



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti**

**Ussher, James**

**Lutetiæ Parisiorum, 1673**

Jacobi Usserii Armachani Annalium Pars Prior.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14425**

---

JACOBI USSERII  
ARMACHANI  
ANNALIUM  
PARS PRIOR.

A  
TEMPORIS HISTORICI PRINCIPIO  
USQUE AD MACHABAICORUM  
INITIA PRODUCTA.

UNA CUM RERUM ASIATICARUM  
ET ÆGYPTIARUM  
CHRONICO.

---

JACOBI USSERII  
ARMACHANI  
ANNALIUM  
PARS PRIOR  
A  
TEMPORIS HISTORICI PRINCIPIO  
USQUE AD MACHABAEORUM  
INITIA PRODUCTA  
UNA CUM TEMUM CRONICA  
ET EPIGRAMM  
C. H. R. O. N. I. C. O.

# ANNALES

## VETERIS TESTAMENTI,

### A PRIMA MUNDI ORIGINE DEDUCTI.

1. A.



**I**N principio creavit Deus Cælum & Terram. [*Genes. I. 1.*] quod temporis principium (juxta nostram Chronologiam) incidit in noctis illius initium, quæ XXIII. diem Octobris præcessit, in anno periodi Julianæ 710.

710 4004

*Primo* igitur sæculi die, (*Octob. 23. feriâ 1.*) cum supremo Cælo creavit Deus Angelos: deinde summo operis fastigio primum perfectò, ad ima Mundanæ hujus fabricæ fundamenta progressus mirandus artifex, infimum hunc globum ex Abyllo & Terrâ conflatum constituit; concinentibus & collaudantibus eum simul omnibus ipsius Angelis. [*Job XXXVIII. 7.*] Cumque Terra esset inanis & vacua, & tenebræ essent in superficie Abylli: in ipso primi diei medio creata est Lux; quam à Tenebris distinguens Deus, illam appellavit Diem, has Noctem.

*Secundo* die, (*Octob. 24. fer. 2.*) creato expanso (quod Cælum est appellatum) distinctio est facta inter aquas superiores, & inferiores Terræ circumfusas.

*Tertio* die, (*Octob. 25. fer. 3.*) Aquis inferioribus in locum unum confluentibus, emerit Terra arida. Aquas in Mare congregavit Creator: emissis interim fluviis, qui in Mare refluerent. [*Ecclesiast. I. 7.*] Terram omne genus Herbas & Plantas, cum seminibus & fructibus, germinare fecit. Præ aliis autem locis, Paradisum in Edene plantis ornavit: in quibus, Arbor vitæ & Arbor scientiæ boni ac mali. [*Gen. II. 8, 9.*]

*Quarto* die, (*Octob. 26. fer. 4.*) Sol, Luna, & reliqua Sidera creata sunt.

*Quinto* die, (*Octob. 27. fer. 5.*) Aquatilia & volatilia animantia producta sunt; & fecunditate donata.

*Sexto* die, (*Octob. 28. fer. 6.*) Terrestria animalia creata sunt; tum Gradientia, tum Repentia. Demùm verò Homo, ad imaginem Dei in divinâ Mentis scientiâ (*Coloss. III. 10.*) & genuinâ Voluntatis sanctitate [*Ephes. IV. 24.*] præcipuè consistentem, conditus est. Ille statim reliquis animalibus, divinitus ad se adductis, ut Dominus eorum designatus, nomina imposuit. In quibus cum adjuvicem sibi similem non inveniret; ne sociâ necessariâ careret, Deus, costâ ex dormientis latere desumptâ, Mulierem formavit, atque in uxorem illi tradidit, Conjugii lege institutâ. Tum conjugibus benedicens, fecunditatem eis tribuit, & dominium in animantia: eisque omnibus de cibo liberaliter providit. Denique, peccato in Mundum huculque non ingresso, *inflexit Deus quicquid fecerat, ecce autem BONA ERAT VALDE. Sic fuit vespera & fuit mane diei sexti.* [*Gen. I. 31.*]

*Septimo* die, (*Octob. 29. fer. 7.*) cum perfecisset Deus opus suum quod fecerat, quievit ab omni opere; & diei septimo benedicens, Sabbatum instituit & consecravit. [*Gen. II. 2, 3.*] quippe in quo *respiravit* (ut humano more ipse de se loquitur, [*Exod. XXXI. 17.*] & *recreavit se*: nec dum (ut videtur) peccato admisso, aut pœnâ fontibus (vel Angelis, vel Hominiibus) à Deo inflictâ. Unde dies hic postea constitutus est signum tum sanctificationis nostræ in hoc sæculo, [*Exod. XXXI. 13.*] tum æterni illius sabbatini, quo in futuro ab omnibus peccati & reliquis & pœnis plenam liberationem expectamus. [*Heb. IV. 4, 9, 10.*]

Post primam mundi septimanam, videtur Deus conjuges in hortum Edenis introduxisse, atque esu Arboris scientiæ boni ac mali eis interdixisse; reliquarum omnium arborum usu liberè concessit.

Diabolus, Deo gloriam, Homini felicitatem invidens, Mulierem per serpentem ad peccandum sollicitat: unde & ipse *Serpentis antiqui* nomen obtinuit. [*Apocal. XII. 9. & XX. 2.*] Mulier per serpentem, Vir per mulierem seductus, Dei præceptum de abstinentiâ à fructu vetito transgreditur. Citatis & convictis pœnæ imponuntur: additâ tamen promissione de semine mulieris caput serpentis contrituro, id est, Christo Diaboli opera dissoluturo. [*1 Joh. III. 8. Rom. XVI. 20.*] Unde tunc primum mulieri *Eve* nomen à marito est impositum: [*Gen. III. 20.*] quod mater futura esset omnium viventium non naturalem tantum vitam, sed illam quoque quæ est per fidem in semen ipsius, Messiam promissum, quomodo & post eam *Sara* fidelium mater est habita. [*1 Pet. III. 6. Galat. IV. 31.*]

Primi parentes, vestibus pelliceis à Deo amicti, ex horto Edenis pelluntur: flammeo gladio posito ad custodiendam viam quæ ferebat ad Arborem vitæ; ne de fructu ejus, quem hæctenus

	non attigerant, deinceps vescerentur. [Gen. III. 21, 22, &c.] Unde plus quam verisimile fit; eodem ejectionem Adamum fuisse die, quo inductus in Paradisum fuerat. Qui quidem dies Mundi <i>decimus</i> fuisse videatur (Kalendis Novembribus anni Juliani proleptici respondens) quo deinceps, ad memorabilis hujus casus memoriam conservandam (ut rationi consentaneum est) instituta est EXPIATIONIS solennitas, & statum JENNIVM (1751 <sup>24</sup> nomine, <i>Alt.</i> XXVII. 9. 227' <i>1870</i> denotatum) in quo universi, tam inquilini quam peregrini, animas suas affligere jubebantur; adjunctâ sanctione severissimâ. <i>Omnis anima, que non fuerit afflictâ eo ipso die, omnino excindetur è populis suis.</i> [Lev. XVI. 29. & XXIII. 29.]		
130	d. Abele occiso à fratre Caino, omnium hominum primogenito, Deus alium pro illo filium Evæ reposuit: unde & <i>Sethi</i> nomen illi inditum. [c. IV. 25.] postquam pater Adamus 130. vixisset annos. [c. V. 3.] Inter eadem verò Abelis & conceptionem Sethi nullum alium filium Evæ obtigisse, (ille enim aliâs dicendus fuisset pro Abele datus, potius quam Sethus) ideoque non longum inter utrumque tempus intercessisse, hinc colligitur. Unde, quum annos ad 128. propagatum tum fuerit humanum genus: ita crevisse intra id spatium mortalium numerum verò fuerit consentaneum, ut non sine causâ confusus sceleris metuerit Cain, <i>ne eaderet eum quilibet qui erat inventurus eum.</i> [c. IV. 14, 15.]	711	4003
235	d. Sethus, annos 105. natus, filium genuit, cui <i>Enoshi</i> nomen imposuit: quod conditionis humanæ deplorandam denotat miseriam. Tunc enim à Cainitis cultus divinus miserè corruptus fuit. Unde eâ inter homines distinctio facta? ut qui in vero Dei cultu permanserunt, <i>Filii Dei</i> ; qui autem ab eo desciverunt, <i>Filii hominum</i> sint appellati. [Gen. IV. 26. cum VI. 1, 2.]	840	3874
325	d. Cainan natus est; quum Enosh ejus pater 90 annos vixisset. [c. V. 9.]		
395	d. Mahalaleel natus est; quum pater Cainan 70 vixisset annos. [c. V. 12.]	1035	3679
460	d. Jared natus est; quum pater Mahalaleel 65 vixisset annos. [c. V. 15.]	1105	3609
622	d. Enoch natus est; quum pater Jared 162 vixisset annos. [c. V. 18.]	1170	3544
687	d. Mathusala natus est; quum pater Enoch 65 vixisset annos. [c. V. 21.]	1332	3382
874	d. Lamech natus est; quum pater Mathusala 187 vixisset annos. [c. V. 25.]	1397	3317
930	d. Adamus primus generis humani parens, mortuus est; cum 930 vixisset annos. [c. V. 5.]	1584	3130
987	d. Enochum, ab Adamo septimum, Deus incontinenter cum ipso ambulantiem transfudit, ne videret mortem; postquam 365 vixisset annos. [c. V. 23, 24. <i>Hebr.</i> 11. 5.]	1640	3074
1042	d. Sethus, Adami filius, mortuus est; cum 912 vixisset annos. [c. V. 8.]	1697	3017
1056	d. Noachus, ab Adamo decimus, natus est; quum pater Lamech 182 vixisset annos. [c. V. 29.]	1752	2962
1140	d. Enosh, tertius ab Adamo, mortuus est; cum 905 vixisset annos. [c. V. 11.]	1766	2948
1235	d. Cainan, quartus ab Adamo, mortuus est; cum 910 vixisset annos. [c. V. 14.]	1850	2864
1290	d. Mahalaleel, quintus ab Adamo, mortuus est; cum 895 vixisset annos. [c. V. 17.]	1945	2769
1422	d. Jared, sextus ab Adamo, mortuus est; cum 962 vixisset annos. [c. V. 20.]	2000	2714
1536	a. Deus, priusquam diluvium in mundum impiorum induceret, Noachum justitiæ suæ præconem ad illos misit: 120 annorum termino ad resipiscendum eis constituto. [1. Pet. III. 20. II Pet. II. 5. <i>Genes.</i> 6. 3.]	2132	2582
1556	d. Noacho, nunc primùm liberis operam dare incipienti, quum 500 esset annorum, natus est primogenitus Japhetus. [Gen. V. 32. cum X. 21.]	2245	2469
1558	d. Noacho natus est secundo-genitus Semus: quippe qui biennio post diluvium 100 annorum fuisse dicitur. [Gen. XI. 10.]	2266	2448
1651	d. Lamechus, nonus ab Adamo, mortuus est; cum 777 vixisset annos. [c. V. 31.]	2268	2446
1656	d. Mathusala, octavus ab Adamo, 969 ætatis anno mortuus est; omnium maximè longævus. [c. V. 27.]	2361	2353
	a. Mense hujus anni 2 die 10 ( <i>Novemb.</i> 30. <i>feriâ</i> 1.) Deus edicit Noacho, ut septimana illâ pararet se ad ingressum in Arcam: dum securus Mundus edebat, bibebat, uxores ducebat, & nuptum dabat. [c. VII. 1, 4, 10. <i>Matth.</i> XXIV. 38.]	2365	2349
	Anno sexcentesimo vitæ Noachi, mensis 2 die 17 ( <i>Decembr.</i> 7. <i>feriâ</i> 1.) eo cum suis & animalibus omnibus in Arcam ingresso; pluviam demisit Deus super terram 40 dies & 40 noctes: & prævaluerunt aquæ super terram 150 diebus. [Gen. VII. 4, 6, 11, 12, 15, 17, 24.]		
	Aquis deficientibus, mensis 7 die 17 ( <i>Mai</i> 6. <i>feriâ</i> 4.) Arca requievit in uno montium Atarati. [c. VIII. 3, 4.]	2366	2348
	Pergentibus verò adhuc aquis deficere, mensis 10 die 1 ( <i>Julii</i> 19. <i>feriâ</i> 1.) conspecti sunt vertices montium. [c. VIII. 5.]		
	Post 40 dies, hoc est, 11 die mensis 11. ( <i>August.</i> 28. <i>fer.</i> 6.) Noachus, apertâ fenestrâ Arcæ, emisit corvum. [c. VIII. 6, 7.]		
	Post septem dies (ut videtur colligi posse ex septem diebus ALIIS, in 10 versu nominatis) emisit Noach columbam: & reversam iterum, post alteros septem dies emisit; quæ circa tempus vespertinum rediit, folium olivæ decerptum in ore gerens. Deinde expectatis & aliis septem diebus, eandem emisit; quæ non est reversa ultra ad eum. [c. VIII. 8, --12.]		



Anno Mundi.	4	ÆTAS MUNDI II.	Anno Periodi Julianæ.	Anno- te æram Christiæ.
		vitâ ibidem functus, filiam reliquit Milcam, patruo Nachori nuptam. [c. XI. 28, 29.]		
1983	c.	Apachnas in Ægypto regnat, ann. 36. mens. 7. [Manetho.]	2693	2021
1996	d.	Phaleg sextus à Noacho, mortuus est; 209 post natum Ragavum annis. [c. XI. 19.]	2706	2008
1997	d.	Nachor, nonus à Noacho, mortuus est; 119 post natum filium Tharam annis. [c. XI. 25.]	2707	2007
2006	d.	Noachus mortuus est, quum vixisset 950 annos; post finitum Diluvium, 350 annis. [c. XI. 28, 29.]	2716	1998
2008	c.	Abram natus est: quippe 75 annorum existens, quum pater Thara moteretur, annum agens ætatis 205 [c. XI. 32. & XII. 1, 4. cum Aët. VII. 4.]	2718	1996
2018	c.	Sarai (quæ & Iscah, Haranis fratris Abrami filia; [Gen. XI. 29, 30.] nata est: utpote decennio marito suo Abramo ætate minor, [Gen. XVII. 17.]	2728	1986
2020	b.	Apophis in Ægypto regnat ann. 61. [Manetho.]	2730	1984
2026	d.	Rehu sive Ragau, septimus à Noacho, mortuus est; 207 post natum Saruchum annis. [c. XI. 21.]	2736	1978
2049	d.	Serug sive Saruch, octavus à Noacho, mortuus est; 200 post natum Nachorem annis. [c. XI. 25.]	2059	1955
2079		Hoc ferè tempore, Chedorlaomer rex Elami sive Elymaidis (inter Persiam & Babyloniam positæ) subegit reges Pentapoleos, Sodomæ videlicet, Gomorrhæ, Adamæ, Seboim, & Belæ sive Zoaris: qui duodecim annis illi serviverunt. [c. XIV. 1, 2, 4.]	2089	1925
2081	b.	Janias in Ægypto regnat, ann. 50 mens. 1. [Manetho.]	2791	1923
2083	a.	Deus Abramum vocat Ure Chaldæorum, ad proficiscendum in eam regionem quam ostensus esset illi. [Gen. XV. 7. Josu. XXIV. 2, 3. Nehem. IX. 7. Aët. VII. 2, 3, 4.] Ure verò ista, quam in Mesopotamiâ cum Stephano protomartyre Aët. VII. 2. etiam Abarbenel (in Gen. cap. 11. collocat, à Sacerdotibus & Mathematicis ex artis vocabulo Chaldæorum appellationem sortitis (quo nomine, in ipsâ etiam Chaldæa, Genethliaci à reliquis magis distincti reperiuntur, Daniel. II. 2, 10. IV. 7. & V. 11.) habitata fuit. Ex quorum consortio & Terach & filii ejus idolorum cultum didicerunt. [Josu. XXIV. 2.]	2792	1922
		Assumpsit igitur Terach Abramum filium suum, & Lotum filium Haranis nepotem suum, Sarai nuntum suam uxorem Abrami filii sui; & egressi unâ Ure Chaldæorum, ad proficiscendum in regionem Canaanis, pervenerunt Charanem, (in eadem cum Ure Mesopotamiâ sitam;) & confederunt illie, gravi Terachi imbecillitate detenti.		
	c.	Quinque fuissent dies Terachi 205 annorum, mortuus est Terach Charane. [Gen. XXI. 31, 32.]	2793	1921

### ÆTAS MUNDI III.

		<b>A</b> bramum, quum mortuus esset pater ejus, denud vocavit Deus à terrâ suâ, & à cognatione suâ, atque à domo paternâ suâ: additâ fœderis Evangelici promissione, de benedicendis in ipso (id est, in semine ipsius benedicto, D. N. Jesu Christo) omnibus familiis terræ. [Gen. XII. 1, 2, 3. cum Aët. VII. 4.] à quâ promissione, & migratione Abrami eam incunctanter subsecutâ, deducendi sunt 430 anni peregrinationis Abrami & posterorum ipsius in terrâ non suâ. [Exod. XII. 40, 41. cum Galat. III. 17.] & initio & fine eorum in 15 die mensis Abib constituto; qui hoc anno in Maii Juliani diem 4 & feriam 4 hebdomadicam (juxta nostras rationes) incidit.		
		Hoc igitur die Abram, quum esset annorum septuaginta quinque, Deum vocantem secutus, assumpsit Saram uxorem suam & Lotum filium Haranis fratris sui, cum universis facultatibus suis quas comparaverant & animabus quas acquisiverant Charane; & profecti ut abirent in regionem Canaanis, tandem pervenerunt in eam. Et transivit Abram per regionem illam ad locum usque Shecemi, ad Quercum Moræ. [Gen. XII. 4, 5, 6.] de quâ etiam in [Gen. XXXV. 4. Josu. XXIV. 25, 26. & Jud. IX. 6.] postea occurrit mentio.		
		Apparens Dominus Abramo, promisit se semini ipsius daturum regionem illam: qui ibidem altare exstruxit Domino qui apparuerat ipsi. Postea reficens tentorium inde ad montana profectus est, versus Orientalem tractum Luzi, postea Bethelis dicti; [c. XXVIII. 19.] ubi ædificato altari, invocavit nomen Domini. Deinde profectus est, indefinenter pergendo, in meridiana regionis tractum; qui Ægyptum spectat. [c. XII. 7, 8, 9.]		
2084	a.	Abram, fame cogente, in Ægyptum descendit, ut peregrinaretur illic: ubi Sarai uxor, quam periculi vitandi causâ sororis nomine compellaverat, regi Pharaoni (Apophi) tradita, postea cum muneribus intacta restituitur: & fide publicâ incolumes ex Ægypto dimittuntur. [c. XII. 10, 20.]		
	c.	Abram & Lot unâ in Cananæam revertuntur: ubi quum eadem regio pecori utriusque alendo non sufficeret, separantur alter ab altero; Loto ad Sodomitas migrante. Post quam secessionem, Abramo terræ & posteritatis numerosæ promissio à Deo renovatur: qui à loco inter Bethelhem & Haiim, ubi prius Altare fecerat, tentoria movens; habitavit in planitie Mamaræ, quæ est ad Hebronem, ibique extruxit altare Domino. [c. XIII.]	2794	1920
2091		Bera rex Sodomæ, cum reliquis Pentapoleos regulis, adversus Chedorlaomerem regem Elami rebellârunt; anno 13. ex quo illi servire cæperant. [c. XIV. 4.]	2801	1913

Anno  
Mundi.

2092	c. Anno 14, Chedorlaomer cum confederatis Principibus, Amraphelo Shinaris, Arjoco El-lafaris & Tidale Gentium, junctis copiis adversus rebelles regulos expeditione susceptâ, Ra-phæos, Zuzæos, Emaeos, Choræos, incolas regionis quæ postea fuit Amalekitarum, & Emoræos primum percusserunt: deinde regulis Pentapolitanis in valle Siddimorum profligatis, Lotum captivum, simul cum omnibus facultatibus Sodomæ & Gomorrhæ, secum abduxerunt. Quod audiens Abram, armatis servis suis 318, unâ cum Hanere, Eshcole & Mamre foederatis suis, victores ad Danem allæcutus, cæcidit eos; & persecutus est Hobam usque, quæ ad lævam est Damasci. Ita Lotum & reliquum captivum populum liberavit: eosque cum omnibus facultatibus illis reduxit. Redeunti autem Abramo à cæde Chedorlaomeris & Regum qui cum eo fuerunt, benedixit Melchisedek Rex Salemi, summi Dei Sacerdos: cui ille vicissim decimas spoliatorum obtulit. Sibi verò nihil de prædâ retinuit, sed unicuique res suas restituit, sociis belli quod ex jure erat relinquens. [c. XIV.]	2802	1912
2093	c. Sarai, desiderio feminis benedicti, Abramo viro suo exactis decem annis ex quo habitavit in terrâ Canaanis, ancillam suam Hagarâ Egyptiam pro uxore tradidit. Quæ ex hero gra-vida, & ab hera, quod erga illam insolentiùs se gessisset, repressa fugit: sed promissionibus Dei per Angelum revocata, ad officium rediit. [c. XVI. 1, 3, 14.]	2803	1911
2094	b. Hagar Abramo, 86 annos nato filium Ismaëlem peperit. [c. XVI. 15, 16. & XVII. 24, 25.]	2804	1910
2096	d. Aphaxad, tertius à Noacho, mortuus est; 403 post natum Salem annis. [c. XI. 13.]	2806	1908
2107	c. Deus cum Abramo, 99 annos nato, fœdus in semine Isaaki (hæc ipsâ sequentis anni tem-pestate ex Sarai nascituri) iniens, signum Circumcisionis instituit, utriusque conjugis nomen (Abram in Abraham, & Sarai in Sarah) ad promissionis monumentum mutat, & Ismaëli priori filio in gratiam Patris se futurum pollicetur. Quod fœdus Abrahamus fide & obedientiâ amplexus, eodem ipso die se 99 & filium Ismaëlem 13 annos natum, & domesticos suos omnes, circumcidendos curavit. [c. XVII. 1, 21, 23, 24, 25, 26.]	2817	1897
Abraham Angelos humanâ formâ iter facientes ad se invitat, & convivio excipit: qui promissione de nascituro Isaako in gratiam Saræ repetitâ, consilium Dei de Pentapoleos everfione retegunt. Abraham, de salute Loti & familiæ ejus sollicitus, pro servandâ Sodomâ Deum in-terpellat. [c. XVIII. cum XIX. 29.]			
Sodoma, Gomorrhæ, Adama & Seboim, ob horrenda scelera, igne & sulphure cœlitus de-misso confagrârunt: [c. XIX.] ut essent exemplar impiè victuris pœnæ ignis æterni eis infligendâ in stagno ignis & sulphuris; quæ est mors secunda. [II Pet. II. 6. Judæ. v. 7. Apocal. XIX. 20. XX. 10. XXI. 8.] Ejusque durans adhuc monumentum superest <i>Mare mortuum</i> : valle Siddimorum, harum civitatum antiquâ sede, quæ priùs puteis bituminis & salis referta fuerat, in immensum lacum conversâ; qui à bitumine, <i>Lacus Asphaltis</i> ; à sale, <i>Maris salis</i> nomen obtinuit. [Genes. XIV. 3, 10. Deuter. III. 17. & XXIX. 23. Sephan. II. 9. Sapient. X. 6, 7.] de quo & Solinus, Polyhistor. cap. 35. <i>Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur, quem de celo tactum testatur humus nigra &amp; in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrhum: apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet specimen maturitatis, mandî tamen non potest; nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extrema cutis cohibet; quæ vel levi pressa tactu fumum exhalat, &amp; fatiscit in vagam pulverem.</i>			
Lot ab Angelis Sodomâ eductus, excidium evasit; ad exiguam Belæ civitatem fugâ se reci-piens, quæ inde <i>zoar</i> postea est dicta. Uxor ejus in statuam salis conversa est. Iple metuens Zoare commorari, è planitie in montem, quò nullus fuerat fugere, duabus filiabus suis comi-tatus migravit. [Gen. XIX.]			
Abrahamus ex planitie Manræ ad regionem meridianam profectus, ut habitaret in loco qui postea Beer-sheba dictus; apud Abimelecum regem Philistæorum Gerari hospitatus est. Ubi, uxore (sororis nomine iterum velatâ) ei ademptâ, Rex divinitus objurgatus & punitus, eam inviolatam marito cum amplis muneribus restituit: cujus precibus ipse cum suis sanitatem recuperat. [c. XX.]			
2108	c. Abrahamo centenariò, & Saræ nonagenariæ, Beer-sheba natus est filius promissionis Isaak. [c. XVII. 17, 21. XXI. 1.-7. Rom. IV. 19.] Neque diu post nati sunt Moab & Ammon ex eo-dem patre & avo suo Loto. [Gen. XIX. 36, 37, 38.]	2818	1896
2113	c. Ablactato Isaako, fecit Abraham convivium magnum. Et videns Sarah filium Hagaræ Egyptiæ ludentem, vel potiùs deludentem & contumeliôsè tractantem, (sicut Gen. XXXIX. 14. vox ea accipitur) imò persequentem (ut Gal. IV. 29. explicat Apostolus) Isaakum; ut qui sibi, primogenituræ ratione, hæreditatem deberi jactitaret; dixit Abrahamo. <i>Ejice istam &amp; filium ejus: non enim futurus est heres filius ancilla istius cum filio meo, cum Isaako.</i> Quod licet ægerrimè primùm ille ferret: perfecit tamen; accedente jussu Dei, illi edicentis; <i>In Isaako vocabitur tibi semen.</i> (Gen. XXI. 8, --12. cum Rom. IX. 7, 8. & Hebr. XI. 17, 18. ubi observa Isaakum hæc ratione unigenitum illius filium appellatum.) <i>Inter Hebræos autem varia opinio est, asserentibus aliis quinto anno ablactationis tempus statutum, aliis duodecimum annum ven-dicantibus. Nos igitur, ut breviorè eligamus ætatem, post decem &amp; octo annos Ismael sup-</i>	2823	1891



	putavimus eiectum esse cum matre: inquit Hieronymus, Traditionib. Hebraicis in Genesim. Unde ab hac electi feminis designatione, & persecutione (ut appellat Apostolus) quam à filio Ægyptiæ sustinuit 400 annorum initium complures deducunt; quibus Abrahami semen peregrinum futurum in terra non sua & affligendum Deus prædixerat, [Gen. XV. 13. Act. VII. 6.] In exitu enim Israelitarum ex Ægypto eos terminandos esse, ex [Gen. XV. 14. & Exod. XII. 35, 36.] inter se collatis liquet. Quamquam Glossa ordinaria, ex Augustino, initium horum annorum ad ipsam nativitatem Isaaki referat: ac si 405 annos, summâ solida & numero rotundo 400 Scriptura dixerit.		
2126	d. Salah, quartus à Noacho, mortuus est; 403 post natum Heberum annis. [Gen. XI. 15.]	2836	1878
2131	b. Assis in Ægypto regnat, ann. 49. mens. 2. [Manetho.]	2841	1873
2133	Per fidem Abrahamus, quum tentaretur, obtulit Isaakum: ratiocinatus Deum potentia præditum esse suscitandi eum ex mortuis; unde etiam in typo illum recepit. [Gen. XXII. Hebr. XI. 17, 19.] Isaakum verò vigesimum quintum annum tunc egisse, tradit Josephus, lib. 1. Antiquitat. cap. 14. (al. 22.) & adultiorem fuisse, ex eo colligitur; quòd tantam truem lignorum tulerit, quanta requirebatur ad eum quasi holocaustum comburendum. [Gen. XXII. 6.]	2843	1871
2145	c. Sarah, 127 annos nata, Hebrone mortua est: ad cujus sepulcrum Abrahamus speluncam agri Macpelæ, primam in terra Cananæ possessionem, ab Ephrone Hittæo pretio acquisivit. [Gen. XXIII. 1, 2, 19, 20.] ut verò Abrahamus pro fidelium patre, [Rom. IV. 11, 12.] ita & Sarah pro piarum mulierum matre, [1 Pet. III. 6.] nobis commendatur: eaque femineæ sexus unica est, cujus integra ætas in sacris literis habetur commemorata.	2855	1856
2148	b. Abrahamus filio Isaako de uxore prospiciens, famulum suum primarium (Eliezerem Damascenum; [Gen. XV. 2.] jurejurando obstrictum ad eam quærendam amandat: qui in Mesopotamiam Deo duce profectus, Rebekkam filiam Bethuelis & sororem Labanis Syri ei uxorem obtinet. Quam Isaak in uxorem accipiens, introduxit in tentorium Saræ matris suæ; ejusque amore dolorem quem ex morte matris, ante triennium defunctæ, conceperat necdum deposuerat, temperavit. [Gen. XXIV. 1, --67.] Erat autem ille 40 annorum, quum uxorem Rebekkam acciperet. [c. XXV. 20.]	2858	1859
	Argivorum eo tempore regnum in Peloponeso ceptum est, annis 1080. ante primam Olympiadem; ut ex Castore in suo Chronico refert Eusebius. Primus apud eos regnavit Inachus, annos 50. de quo videndus Erasimus in proverbio; <i>Inacho antiquior</i> . Atque huc omnino doctissimi Varronis, in XVII. Rerum Humanarum libro, verba illa (ab A. Gellio, lib. 1. noct. attic. cap. 16. & Macrobio, lib. 1. Saturnal. citata) refero. <i>Ad Romuli initium plus mille &amp; centum annorum est</i> . Ab Inachi enim initio juxta Castoris rationes hic constituto, usque ad Palilia Varroniana anni 1102 numerantur.		
2158	d. Semus, Noachi filius, mortuus est; 500 annis post natum Arphaxad. [Gen. XI. 11.]	2878	1846
2167	d. Quum undeviginti post nuptias annis Rebekka permansisset sterilis, supplex pro ea oravit Dominum Isaakus: cujus precibus exauditis, gemellos illa concepit. [c. XXV. 21.]	2877	1837
2168	c. Colluctantibus in utero puerulis, affecta mater Deum consuluit: à quo responsum accepit, duarum dissidentium gentium auctores ex ea prodituros; quarum una robustior futura esset altera, & major serviturus minori. Tempore vero partus, prodiit prior rufus torus similis togæ villosæ, vocatumque est nomen ejus <i>Esau</i> : deinde prodiit alter, manu calcaneum fratris tenens; cujus idcirco nomen vocarunt <i>Jacob</i> . Eratque pater eorum Isaak sexagenarius, quum nascerentur illi. [c. XXV. 22, --26. Hofs. XII. 3.]	2878	1836
2179	Thethmosin Thebaidis, sive Ægypti superioris regem, Hyclos vel Pastores, à patre intra Avarim (locum habentem mensuram jugerum decem millium) inclusos, cum 480 armatorum millibus obsedis, refert Manetho: de expugnatione verò desperantem, pacta cum eis fecisse, ut Ægyptum relinquentes, quò vellent innocii omnes abirent. Illos autem, cum omni domo & possessionibus, non minus 240000 numero, ex Ægypto per desertum in Syriam iter egisse; & metuentes Assyriorum potentiam (qui tunc Asiam obtinebant) in terra quæ nunc Judæ vocatur, civitatem ædificasse, quæ tot millibus hominum sufficere posset, & Hierosolymam appellavisse. Ita <i>Manetho</i> ; apud Josephum, lib. 1. contra Appionem Grammaticum, qui idem Apion, in 4. historiarum Ægyptiacarum libro, Amosin regem hunc appellat, & ex Ptolemæi Mendesii (Sacerdotis Ægyptiaci) Annalibus fuisse temporibus Argivorum regis Inachi confirmat; Tatiano Assyrio (in oratione contra Græcos) Justino Martyre (in Pænetico ad eisdem) Clemente Alexandrino (libro 1. Stromatum) & aliis, referentibus. Qui omnes, post Josephum & Justum Tiberiensem, de Israelitis vitam pastoritiam exercentibus [Gen. XLVI. 33, 34. & XLVII. 3.] & ex Ægypto in Cananæ migrantibus, ista accipientes; ducem eorum Mosem Inacho æqualem fuisse crediderunt, quum ad <i>Phonices</i> potius ea spectare videantur, quos à mari rubro profectos, in <i>Palesina</i> sedes fixisse, tum in ipso Historiæ suæ initio, tum in lib. VII. c. 89. testatur Herodotus, cum <i>Stephano Byzant.</i> in <i>Actis</i> . Nam Israelitarum exodus Inachi regno longè posteriorem fuisse recta temporum ratio dubitare nos non patitur.	2889	1825
2180	c. Thethmosis, sive Amosis, Pastoribus expulsis, in Ægypto inferiore regnavit annis 25. & mensibus 4. [Manetho.]	2890	1824
2183	c. Abraham 175 annos natus, post adventum in Cananæam 100, mortuus est; & à filiis Isaako & Ismaele in speluncâ Macpelæ, cum Sarâ uxore sua, sepultus. [Gen. XXV. 7, --10.]	2893	1821

Anno Mundi.		Anno Periodi Julianæ .	Anno ante Christum .
	Vixit annis 15 post natum Jacobum ; cum quo habitavisse etiam dicitur in tentoriis. [ <i>Heb. XI. 9.</i> ]		
1187	d. Heberus, quintus à Noacho, mortuus est ; 430 post natum Phaleg annis. [ <i>Gen. XI. 17.</i> ] Hic omnium post Diluvium natorum diutissime vixit, ipsi Abrahamo superstes : à quo Hebræi cognomentum accepit ille primum, [ <i>Gen. XIV. 13.</i> ] deinde nepotis ipsius Jacobi posterum omnes, [ <i>Gen. XL. 13.</i> ] ubi observata, <i>Cananaam</i> , dictam fuisse <i>terram Hebræorum</i> , etiam quum adhuc Cananæus esset in terra.	2897	1817
1200	Circa hoc tempus, promissiones Abrahamo prius factæ, filio ejus Isaako datæ à Deo fuisse videntur. <i>Multiplicabo semen tuum sicut stellas ; daboque posteris tuis universas regiones has ; &amp; benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.</i> [ <i>c. XXVI. 4.</i> ]	2910	1804
1205	d. Chebron in Ægypto regnat ann. 13. [ <i>Manetho.</i> ]	2915	1799
1208	c. Esau 40 annos natus, duas uxores Hittæas duxit ; Juditham filiam Beeri, & Basematham filiam Elonis : quæ Isaako & Rebekka molestissima erant & acerbissima. [ <i>Gen. XXVI. 34, 35. cum XXVII. 46. &amp; XXVIII. 8.</i> ]	2918	1796
	Ogygium in Attica factum est Diluvium, annis 1020 ante primam Olympiadem : ut ex Hellenico, Castore, Thallo, Diodoro Siculo ; & Alexandro Polyhistoro confirmat, in 3 Chronographia sua libro Julius Africanus ( apud Eusebium, lib. 10. Præparat. Evangelic. ) quod Varonis tamen rationes 300 ferè annis faciunt antiquius.		
1218	d. Amenophis in Ægypto regnat, ann. 20. mens. 7. [ <i>Manetho.</i> ]	2928	1786
1231	b. Ismael Abrahami filius, quum 137. vixisset annos, mortuus est, [ <i>Gen. XXV. 17.</i> ]	2941	1773
1239	b. Am-ssis, soror Amenophis, in Ægypto regnat, ann. 21. mens. 9 [ <i>Manetho.</i> ]	2949	1765
1242	Euëchous apud Chaldæos imperare cœpit, 224 annis ante Arabes. [ <i>Iul. African.</i> ] Qui videtur esse Belus Babylonius, sive Jupiter Belus ; à Chaldæis postea Deus habitus. [ <i>Esaï. XLVI. 1. Jerem. L. 2. &amp; LI. 44.</i> ]	2952	1762
1245	a. Isaakus senex & oculis captus ( 44 <sup>o</sup> ante obitum anno ) seniore filium Esavum venatum mittit, benedicturus ei post allatam prædam : sed Jacob filius junior, astu matris cum vestitu fratris & edulio suppositus, benedictionem imprudente patre surripit, & Deo auctore obtinet. Quem cum eam ob causam Esavus odio capitali prosequeretur ; tum ut insidias illius declinaret, tum ut ex sua cognatione uxorem duceret ; benedictione patris accepta, Jacob in Mesopotamiam ad avunculum suum Labanem proficiscitur. In itinere verò, Scelæ visione illi exhibita, Deus paternas benedictiones ipsi confirmat, favorémque suum promittit : ad cujus testimonium erecto lapide Jacob loci nomen à Luzo in Bethelen mutat, & votum Deo nuncupat.	2954	1760
	c. Tandemque Charanen perveniens, & cum Labane per <i>mensis</i> spatium commoratus, Rachelis filia ipsius amore correptus, septennii servitutem pro ea paciscitur. [ <i>Gen. XXVII. 1. ad XXIX. 20. cum Hose XII. 12.</i> ] Hæc autem ad annum ætatis Jacobi 77 pertinere, constabit ex iis quæ ad annum Mundi 2259. erunt dicenda.	2955	1759
	Esau, videns Isaakum benedixisse Jacobo, & dimisisse eum in Mesopotamiam ad accipiendum inde sibi uxorem, & filias Cananæorum ipsi displicuisse ; patris animum prioribus nuptiis ipsi infensum reconciliaturus, Mahalatham filiam Ismaelis filii Abrahami prioribus uxoribus superinduxit. [ <i>c. XXVIII. 6, 9.</i> ]		
	Per annos jam 37 maritus ille fuerat, & vitæ 77 exegerat. quò toto tempore cum frater Jacob, ætate ipsi æqualis, vixisset cælebs ; paterni mandati memor, Rachelem uxorem sibi dandam eo nunc argumento postulat ; quod <i>completi essent dies</i> ipsius. [ <i>Gen. XXIX. 21.</i> ] id est, <i>uxori maturus esset plus satis</i> ; ut interpretatur Tremellius, quod tamen de <i>mensè</i> illo intelligendum Lidyatus mavult, quo Laban voluit experiri Jacobi diligentiam ac strenuitatem ac peritiam in rebus agendis ; antequam filiam suam, qua de ( cum ea potissima esset causa adventus ejus ) statim habitus erat sermo, ei collocaret		
	Verùm pro Rachele in nuptiis senior illius soror Lea, fraude patris supponitur : cum qua completa nuptialis convivii septimana, ( ut in <i>Judic. XIV. 12, 17.</i> ) traditur ei uxor quoque Rachel, pacto pro ea altero servitutis septennio. Deditque Laban Lea Zilpam, Racheli Bilham ancillam. Et quum minus à marito amata esset Lea quam Rachel ; hæc sterilis divinitus, illa quatuor filiorum mater, continua per suos annos serie, reddita est. [ <i>c. XXIX. 21, 22, &amp; c.</i> ] Indèque Jacobo, ex Lea.		
1246	Reuben, primogenitus filius natus est : [ <i>c. XXIX. 32.</i> ] qui, ob incestum cum Bilha patris concubina commissum, primogenituræ jure postea excidit. [ <i>c. XXXV. 22. &amp; XLIX. 3, 4. cum I. Chron. V. 1.</i> ]	2956	1758
1247	Simeon natus est.	2957	1757
1248	Levi natus est : [ <i>vers. 34.</i> ]	2958	1756
1249	Judah natus est : [ <i>vers. 35.</i> ] à quo Judæi denominationem acceperunt.	2959	1755
1259	c. Rachel, sterilitate Dei beneficio sublata, Josephum Jacobo peperit, finito 14 anno servitutis suæ. Unde dimissione in patriam à Labane petita, novâ pactione detentus est ; sex aliis annis pro certa gregis parte focero serviens. [ <i>c. XXX. 22, 25, 31. cum XXXI. 41.</i> ] Jacobum autem fuisse 91 annorum quum nasceretur Joseph, ( ac proinde 77 quum primum Labani servire cœpit ) ex eo constat : quod Jacobo 130 annos nato, quum stetit coram Pharaone, exactis septem annis copiæ & duobus famis, [ <i>c. XLV. 6. cum XLVII. 9.</i> ] Joseph 39 annos	2969	1745

	natus fuerit; utpote 30 annorum, quum ipse stetit coram Pharaone, statim ante copie annos septem. [c. XLI. 32, 46.]		
2261	a. Mephres in Ægypto regnat, ann. 12. mens. 9. [Manetho.]	2971	1743
2265	c. Jacob, animadversis Labanis & filiorum invidia anxius, divinitus in patriam redire jubetur. Unde re tota cum uxoribus communicata, dum oves suas tonderet Laban, (sub veris extremum; ut infra, ad ann. Mund. 2974.) postquam 20 annis illi servivisset, clam eo cum facultatibus suis omnibus & tota familia discedens, Euphratem trajecit. [c. XXXI. 1, 3, 19, 21, 38, 41.] Quum verò 12 filii nati illi fuisse dicuntur in Mesopotamia: [c. XXXV. 22, 26.] ex eo numero Benjamin est excipiendus; quem in Cananæa, non procul Bethlehemo, postea natum constat. [Ibid. vers. 18, 19.] quomodo & 12 Apostolos appellatos invenimus, quum numero tamen complendo decisset Judas. [Iohan. XX. 24. & 1. Corinth. XV. 1.] de quo videndas Augustinus, in <i>Genesi. quæst.</i> 117.	2975	1739
	Laban, die tertio (quot dierum itinere greges ipsius à generi statione aberant) Jacobum fugisse audiens, cognatis suis secum assumptis, persecutus est cum itinere septem dierum, tandemque affecutus est in monte Gileadis, ab hujus congressus eventu nomen illud adeptum. Post multas enim ultrò citròque expostulationes, fœdere pacis inito, in ejus testimonium cumulus lapidum aggestus est: quem Laban Syrus suo sermone <i>legar sabadutho</i> , Jacob Hebræus suo <i>גלגל גלאאדען</i> , id est, <i>Cumulum testimonii</i> appellavit. [c. XXXI. 22, ad fin.]		
	A Labane dimissus Jacob, novo fratris Esavi cum copiis adventantis nuncio territus, suos in duas acies distribuit, Dei auxilium implorat, fratri munera præmittit, fortique cum Angelo lucta & novi <i>Israëlis</i> nominis impositione de divino præsidio confirmatur. [c. XXXIII. cum <i>Hose.</i> XII. 3, 4.]		
	Esau, Jacobo fratre benignè excepto, munera precibus victus accipit, se cum suis itineris comitem offert, eoque renuente discedit. Jacob profectus est Succothas; ita tum ab eo appellatus. Ibi enim, extracta sibi domo, pecori suo tuguria; à quibus loco illi <i>Succoth</i> nomen imposuit. Deinde, superato Jordane, Cananæam repetit: & tentoria sua fixit juxta Salemm urbem Sichemitanam, in portione agri quam emit à filiis Hamoris patris Sichi centum numis; ubi & altare statuit quod appellavit <i>El-Elohe-Israel</i> , sive, <i>Dei fortis, Dei Israëlis</i> . [c. XXXIII.] eodem videlicet loco, in quo Abraham primum suum altare extruxerat [c. XII. 6, 7.] & fons Jacobi erat, in conspectu montis Garisim; de quo mulier Samaritana ad Christum <i>Patres nostri adorarunt in monte hoc</i> [Iohan. IV. 5, 6, 12, 20.] cum enim in agro Sichemitano positum fuisse ex <i>Judic.</i> IX. 7. liquet.		
2273	d. Mephramuthosis in Ægypto regnat, ann. 25 mens. 10. [Manetho.]	2983	1731
2276	c. Josephus 17 annos natus, fratrum vitia patri retegens, divinitus paternæ familiæ princeps futurus præmonstratur: sed fratrum odium invidiamque tantum suscipit, ut occasione oblata, primum in necem, deinde in venditionem ejus conspirent. Unde ex puteo in quem cum conjecerant, extractus Ismaelitis & Midianitis mercatoribus (utrisque proavi sui Abrahami posteris) 20 argenteis venditur: à quibus in Ægyptum abductus Potipheris præfecti satelliti Pharaonis mancipium efficitur. [Gen. XXXVII. 2, --36.] Ejus <i>excellens ingenium veritos fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendidisse</i> , & ab iis, <i>deportatum in Ægyptum fuisse</i> , etiam ex Trogo Pompeio lib. 36. cap. 2. refert Justinus.	2986	1728
2287	c. Josephus, carcere conclusus, duobus aulicis Pharaonis somnia ipsorum convenienter eventui interpretatus est; justo biennio antequam accerferetur ad Pharaonem. [Gen. XLI. cum XLI. 1.]	2997	1716
2288	c. Isaaq moritur, 180 annos natus; & à filiis, Esavo & Jacobo, sepelitur. [c. XXXV. 28, 29.]	2998	1717
2289	b. Pharaon somniorum suorum interpretationem à suis sapientibus minimè consequutus, Josephum audita penitentia ejus accersit; annos 30 tum natus. Qui somniis ipsius, de septem annis saturitatis primum, ac totidem deinde famis, expositis; consilium suum de procuranda annona contra famem venturam insuper adjicit. Indèque Pharaon, ex omnium procerum consensu, in summam regni præfecturam illum evexit: data ei in uxorem Asenatha filia Potipheris Omiorum (sive Heliopolitanorum) Præsidis. [c. XL. 1, --46.] Justinus quoque ex Trogo, Josephum Ægypti regi <i>percharum</i> fuisse narrat. <i>Nam &amp; prodigiorum</i> (inquit) <i>sagacissimus erat. &amp; somniorum primus intelligentiam condidit: nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur. Adeo, ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos provideret; perisissetque omnis Ægyptus fame, nisi monitu ejus Rex editto servari per multos annos fruges jusisset: tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine sed à Deo responsa dari viderentur.</i> Hæc ille; lib. 36. cap. 2.	2999	1715
	c. Ab hujus anni messe septem ubertatis anni numerantur: quibus Josephus ingentem annonæ copiam comparavit; & ex Asenatha duos filios, Manassè & Ephraum, suscepit. [Gen. XLI. 47, --53.]		
2296	c. Anni 7 famis cæperunt: quibus Josephi providentia non totam Ægyptum solum sollevavit, sed etiam aliis regionibus alimentum suppeditavit. [c. XLI. 54, --57.]	3006	1708
2297	d. Jacobus decem filios suos pro annona in Ægyptum mittit: qui à fratre Josepho dissimulante agniti, callidè explorationis insimulantur; & in carcerem conjecti, non prius dimittantur quam vinculo Simone (maximo natu ex iis qui in ipsius venditionem consenserant) & ut	3007	1707

Anno  
Mundi.

	obfide relicto, Benjaminem fratrem suum minimum (ex Josephi matre Rachelâ natum) adducturos se promitterent. Dimissi, una cum annona illius pretium mantici ipsorum jussu Josephi inditum domum referunt; patri quicquid acciderat narrant, & minimi fratris sustendi necessitatem persuadere conantur frustra. [c. XLII.]		
2298	b. Jacobus, fame coactus, Benjaminem & reliquos filios, priore pecunia & duplici altera muneribus instructos, ad Josephum pro annona remittit: à quo humaniter lauto convivio, restituto obfide, excipiuntur. [c. XLIII.] Josephus poculum mandato suo in mantica Benjaminis clam fratribus abditum, ut sublatum furto ab ipsis abeuntibus repetit: qui furti crimen ex ante actis diluentes se inquisitioni submitunt, mortemque in se & servitutem decernunt si comperiantur. Itaque invento penes Benjaminem poculo ad Josephum redacti se in servitutem dedunt: quod recusante illo, & solius deprehensi servitute contento, Judas se in illius vicem mancipari supplex petit. [c. XLIV.] Josephus oratione Judæ permotus, se fratribus patefacit; eosque sceleris in se recordatione confternatos, proposita divina providentia, erigit. Deinde jussu Regis eos curribus, comineatu, muneribusque instructos remittit ad patrem familiamque celeriter adducendam: quibus nuncium hunc referentibus patet, non nisi multis verbis & visis curribus, fidem habet. [c. XLV.]	3008	1706
	c. Jacobus oblati victimis divinitus confirmatus, cum tota familia, ineunte tertio anno famis in Ægyptum descendit; annos natus 130 [c. XLV. 6. XLVI. 1, 27. XLVII. 9. Deuter. XXVI. 5.]		
	Josephus, suorum adventu Regi significato, patrem cum quinque è fratribus in conspectum illius adducit: qui sermone cum illis habito terram commodam in regione Goshenis concedit; ubi quiete à Josepho sustentantur. [c. XLVII. 1, 12.]		
2299	d. Mephramuthosi mortuo, Thmosis in Ægypto regnat, ann. 9. mens. 8. [Manetho.]	3009	1705
2300	Josephus totam pecuniam quæ inveniebatur in terra Ægypti & in regione Canaanis pro annona illis vendita collegit, & in ararium Pharaonis eam intulit. [Gen. XLVII. 14.]	3010	1704
2301	Pecunia utriusque regionis absumpta, Ægyptii greges & armenta sua Josepho vendiderunt; ut cibo sustentarentur anno illo. [c. XLVII. 15, 16, 17.]	2311	1703
2302	Quum absolutus esset annus ille, pecunia & possessio pecore jam deficientibus, & agros & libertatem suam Josepho Ægyptii vendiderunt: qui cibum illis suppeditavit, & sementem quoque agros, septimo & postremo hoc famis anno, sererent in sequentem annum fertilitatis reditura. Et ut proprietatis jus omne ab illis Pharaoni plenè acquireretur, transulit eos Josephus, pro arbitrio suo, ab una extremitate Ægypti ad alteram: agrosque illis colendos ea conditione assignavit, ut quintam proventuum partem Regi, lege perpetua, quotannis solverent. Tantummodo Præsidium & sacerdotum agri Pharaoni non cesserunt: quia Regis sumptibus sustentati, terras suas vendere non cogebantur. [c. XLVII. 18, 26.]	3012	1702
2309	b. Amenophis in Ægypto regnat, ann. 30 mens. 10. [Manetho.]	3019	1693
2315	c. Jacobus moriturus Manassem & Ephraïmum, Josephi filios, adoptat: eisque benedicens, minorem majori divino instinctu præponit. [Gen. XLVIII. Hebr. XI. 21.] Convocatis deinde omnibus filiis benedicit, singulis eventura prædicit, de adventu Messie insigni vaticinium edit; & de loco sepulturae mandato eis dato moritur, annos natus 147. postquam in terra Ægypti 17 vixisset annis. [Gen. XLIX. cum XLVII. 28.]	3025	1689
	c. Jacobi cadaver, Josephi jussu, aromatibus conditum 40 diebus asservatur: ab Ægyptiis 70 diebus defletur & Regis permisso à Josepho & fratribus, aulicorum Pharaonis & primorum Ægypti magna caterva comitante, in Cananæam defertur; ubi 7. diebus plangitur, & in spelunca Macpela (uti ipse edixerat) simul cum suis sepelitur. [c. L. 1, 13.]		
	Josephus in Ægyptum reversus, fratres de commisso in se facinore sollicitos benignè consolatur, eisque necessaria omnia promittit. [c. L. 15, 21.]		
2340	b. Orus in Ægypto regnat, ann. 36 mens. 5. [Manetho.]	3050	1694
2369	c. Per fidem Josephus moriturus de egressione filiorum Israël meminit, & de transferendis suis ossibus præcepit: ac deinde annos 110 natus obiit; visis nepotibus suis ad tertiam generationem. [Gen. L. 22, 26. Hebr. XI. 22.] Shutelacho nimirum & Tachane Ephraïmi filius, & Hadane (sive Harane, Num. XXVI. 36.) Shutelachi filio: itemque Macire Manassis filio, & Giliade nepote. Unde Græci Interpretes familiae Jacobi & Josephi, quæ 70 capitibus constare dicebatur, [Gen. XLVI. 27. & Deuter. X. 22.] hos quinque post adventum Jacobi in Ægyptum natos, in I. Chronicor. VII. adjicientes; 75 animarum numerum effecerunt.	3079	3635
	Ex dictis patet, sub pluribus Regibus, Josephum Ægypti præfecturam ipsis annis 80 gessisse: ut rectè annorum seriem in Chronico suo ita digesserit Eusebius. Josephus dux Ægypti sit, anno ætatis XXX. Jacobi patris CXXII. quem principatum tenuit annis LXXX. Post cujus interitum Hebræi Ægyptiis servierunt annis CXLIV. Fiunt autem omnes anni, quos Hebræi in Ægypto fecerunt, CCXV. qui ab eodem tempore computantur, quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum.		
	In morte vero Josephi definit liber Geneleos, 2369 annorum res gestas continens. Eum temporis ordine liber Jobi consequi videtur: quem etiam à Mose conscriptum fuisse, Talmucidorum (in Bababathra. cap. 1.) & communis Hebræorum est sententia. Ejus summa à Severo Sulpicio in Historia sacrae libro I. ita proponitur. Hoc tractu temporum Job fuit, legem natura		

agnitionem Dei & omnem iustitiam complexus: pradiues opibus; atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis depravatus est. Nam cum per Diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus; non potuit vinci, ut præ doloris impatientia aliquâ in parte peccaret. Mercedem denique divini testimonii consecutus, sanitati redditus, omnia que amiserat in duplum recepit.

2376

c. Acenchres, Ori filia, in Ægypto regnat ann. 12. mens. 1. [Manetho.]

3086

1628

2385

Levi in Ægypto mortuus est, annos 137 natus: [Exod. VI. 16.] Mosis & Aaronis maternus quidem avus, sed proavus paternus. Cum enim Levi in Cananæa filium genuisset Kohathum (qui 133 annorum existens mortuus est) & filiam in Ægypto Jocebedam; Kohathi filius Amram, ducta in uxorem amita sua Jocebeda filia Levi, ex eo (Levit. XVIII. 12. & XX. 19. expressè postea vetito) conjugio Aaronem & Mosem & sororem illorum Miriam suscepit; & ad ætatem avi, ejusdemque fœceri sui, annorum 137 vita producta, paulo ante exitum Israëliitarum ex Ægypto eandem finiit. [Exod. II. 1. VI. 18. 20. Num. XXVI. 59.] Quanquam alii Jocebedam immediatam Levi filiam fuisse negent; & Amrami non amitam, sed patruëlem (sive fratris patris sui filiam, ut in [Exod. VI. 20.] Græci interpretes expresserunt) fuisse affirmant. Vid. Perer. in cap. 2. Exod. disput. 1.

3095

1619

2388

d. Rathotis, Acenchris frater, regnat ann. 9. [Manetho.]

3098

1616

2389

Æthiopes, ab indo flumine confluentes, juxta Ægyptum confederunt. [Euseb. Chronic.] Quo spectat locus ille Panegyristæ: Dent veniam trophæa Niliaca, sub quibus Æthiops & Indus intremuit, & quod Æthiopiæ, quæ sub Ægypto est, nunc majorem Indiam appellari scribit Johannes Potken, in Pfalterio Æthiopico Romæ anno 1513 à se edito.

3099

1615

2397

d. Acenchres, Rathotis filius, in Ægypto regnat ann. 12. mens. 5. [Manetho.]

3107

1607

2410

a. Acenchres alius, post eum regnat ann. 12. mens. 3. [Id.]

3120

1594

2422

b. Armais, regnat ann. 4. mens. 1. [Id.]

3132

1582

2426

c. Rameffes, regnat ann. 1. mens. 4. [Id.]

3136

1578

2427

d. Rameffes Miamûn, regnat ann. 66. mens. 2. [Id.] Ejus cognomen pars posterior à priorè nominis Amen-ophis, (quo & filius & è majoribus duo gavisi sunt) prior à Moy vocabulo desumpta videri possit; quod aquam Ægyptiis denotare, Josephus lib. 1. contra Apion. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & Suidas (in msc) affirmant, unde & Neptuni, aquarum Deætri, nomen à Mythologis illi fuisse impositum, infra (ad annum Mundi 2533) indicabitur. Hic est Rex ille novus qui non agnoscebat Josephum; post mortem illius natus, & memoriam beneficiorum ejus libenter abjiciens. Hujusque consilio Ægypti sibi ab Israëlitis numero & viribus auctis metuentes, dura eos servitute opprimebant: præter domesticas & rusticas operas, etiam regionum armamentariorum extructione illis imposita, urbium nempe Pithomi & Raamsis vel Rameffis, [Exod. I. 8, 14. Act. VII. 18, 19.] quarum unam Regis conditoris nomen prætulisse Mercator existimat, alteram fortè Regina.

3137

1577

2430

b. Aaron natus est, triennio ante fratrem Mosem, 83 annis ante exitum Israëliitarum ex Ægypto. [Exod. VII. 7.]

3140

1574

2431

Impius Rex, quum Shiphra & Puæ Hebræarum obstetricibus de masculis infantibus clam tollendis frustra præcepisset; immane de pueris Israeliticis submergendis edictum promulgavit, [Exod. I. 15, 22. Act. VII. 19, 20.] tempore inter Aaronis & Mosis nativitatem interjecto.

3141

1573

2433

b. Jocebeda, annis 48 post mortem patris sui Levi, Amramo nepoti & marito suo Mosem peperit. Erat enim 80 annorum Moses, quum alloqueretur Pharaonem de dimittendis Israelitis ex Ægypto: [Exod. VII. 7.] & 40 post exitum eorum annis, quum mensè 12 moretetur, annorum erat 120 [Dent. XXXI. 2. & XXXIV. 7.]

3143

1571

Quum Mosem forma pulchritudo commendaret, (quam etiam ex Trogo libro 36. capite 2. Justinus commemorat) utpote divinitus venustum; parentes ejus occultaverunt eum domi mensibus tribus, & non metuerunt edictum Regis. [Exod. II. 2. Act. VII. 20. Hebr. XI. 23.]

c. Cùm propter diligentem inquisitionem à Rege institutam, & vicinos Ægyptios celari amplius puerulus non posset; in arca scirpea, bitumine & pice oblita, eum positam mater in ca recto ripæ fluminis exposuit: stante procul sorore ejus [Miriam sive Maria; Num. XXVI. 59. I. Chron. VI. 3.] & considerante eventum rei. Ibi eum repertum filia Pharaonis (quam Thermutin Josephus lib. 2. Antiquit. cap. 5. al. 9. Epiphanius in Panario, & alii nominant) matri Jocebedæ lactandum tradidit: posteaque adoptatum filii loco habuit, & omni sapientia Ægyptiorum erudiendum curavit. Exod. II. 5, 10. cum Act. VII. 21. 22.]

2448

Cecrops Ægyptius, Saitarum colonia in Atticam traducta, (ut ex Diodori Siculi Bibliothecæ libro 1. intelligimus) Atheniense regnum condidit; ante primam Olympiadem annis 780, ut ex Castore habet, in Chronico suo, Eusebius. Ab ejus temporibus Græcorum antiquitates deducit Chronographus Parius, à doctissimo Seldeno nostro inter Arundelliana marmora editus: utpote post quem, & parem illi ætate Mosem, que apud Græcos mirabilia narrantur, contigerunt; Deucalionis diluivium, Phætonis incendium, ortus Erichionii, Proserpine raptus, Cereris mysteria, Eleusiniarum institutio, Triptolemi agricultura, Europe ab Jove raptus, Apollinis nativitas, Cadmi ad Thebanos adventus; atque iis juniores, Bacchus, Minos, Perseus, Esculapius, Dioscuri, Hercules; quemadmodum in Præparationis Evangelicæ libro 10. cap. 9. ab Eusebio est observatum.

3158

1556

Anno Mundi.	Anno Periodi Juliane.	Anno ante scram Christia.
2465	3175	1539
2466	3176	1538
2473	3183	1531
2474	3184	1530
2494	3203	1511
3313	3223	1491

Anno Cectopis 18 Chaldaei contra Phœnices dimicarunt. [ *Euseb. Chronic.* ]  
 Victis Chaldaeis, Arabes in Babylonia regnaverunt; annis 216. ante Belum Assyrium. Eorum primus Mardocentes, per annos 45 regnum obtinuit. [ *Iul. African.* ] Qui videtur esse *Merodach*; à Babyloniis postea Deus habitus: [ *Jerem. L. 2.* ] à quo & Reges eorum, Merodach-Baladan & Evil-Merodach nomina sua mutuati sunt.

b. Moses, Vitæ annis 40 completis, invisens fratres suos Israëlitas, & aspiciens onera eorum; quum videret quendam Ægyptium percutientem virum Hebræum, occidit illum & abscondit in arenâ. Quod quum innotuisse videret Moses, non fratribus suis solum, sed ipsi etiam Pharaoni, qui eam ob rem ultimo supplicio ipsum plectendum quaeritabat: in terram Madianitidem fugit; ubi ducta in uxorem Zippora, Hobabi sive Jethronis filia, alios vitæ suæ annos 40 exegit. [ *Act. VII. 23, --30. Exod. II. 11, --22. cum III. 1. XVIII. 1, 2. Num. X. 29. & Iud. IV. 11.* ]

d. Caleb filius Jephunnæ natus est; 40 annis antequam à Mose mitteretur ad explorandum terram Cananæam. [ *Iosue XIV. 7, 10.* ]

a. Rameffes Miamin mortuus est, anno regni sui 67. cuius tyrannidis diuturnitas notata etiam fuisse videtur verbis illis, [ *Exod. II. 23.* ] *Post multum vero temporis mortuus est Rex Ægypti: & ingemiscentes filii Israël, propter opera vociferati sunt*; propter servitutem scilicet, quæ etiam illo Rege mortuo durabat. Sub filio enim & successore illius Amenophi continuata ea est, annorum 19 & mensium 6 spatio: quod regni tempus à Manethone tributum ipsi legitur. Ex cuius tota narratione, utcumque anilibus figmentis contaminata, (quæ fusè à Josepho, libro 1. contra Apionem, habentur refutata) duæ veritates historicæ clarissimè colliguntur. I. Sub hoc Amenophe, patre Sethosis sive Rameffis (sequentis Dynastiæ, quæ Manethoni 19 est, Regis primi) non sub Amenophe altero (tertio ejusdem Dynastiæ Rege) uti Josephus hariolatus est, Israëlitas ducente Mose, juxta Manethonis quidem sententiam, ex Ægypto decessisse. II. Quem Ægyptii Amenophim, patrem Sethosis (sive Rameffis) & Armais, appellant; eundem à Græcis Belum, Ægypti & Danaï genitorem, nuncupari. Et Beli certè tempus à Thallo Chronographo assignatum, 322 annis ante Trojanam cladem, (Theophilo Antiocheno & Laëtantio referentibus) cum Amenophis nostri ætate exactè congruit. Licet Mythologi, Belum Ægyptium & Belum Assyrium Nini patrem confundentes, à Belo hoc (qui in Erythræo mari submersus est) colonias ex Ægypto in Babyloniæ traductas fuisse fabulentur.

b. Mosi, pascenti gregem Jethronis soceri sui ad montem Horebum, in rubo ardente & incombusto Deus apparet; & ad populum suum à servitute Ægyptiaca liberandum vocat. Ille, munus sibi impositum diversis subterfugijs detrectans, tandem miraculis, opis divinæ promissione, adjunctione fratris Aaronis, illud suscipit. [ *Act. VII. 30, --35. Exod. III. & IV. 1, --18.* ]

Moses, impetrata à Jethero sive Jethrone socero sua venia, cum familia sua in Ægyptum pergit: sed in itinere, propter neglectam filii Eliezeris circumcissionem, à Deo sistitur; nec nisi illo circumciso dimittitur. Unde, remissis ad focerum Zippora uxore & duobus filiis Gers-homo & Eliezere, jam liber Horebum usque regressus, fratri Aaroni ibidem occurrit; eoque comite, legationem prodigijs apud Israëlitas confirmatam obit. [ *Exod. IV. 18, --31. cum XVIII. 1, --6.* ]

Moses & Aaron, legatione sua Regi exposita, ut seditionis capita, cum objurcatione repelluntur: graviore labores Israëlitis, præter diurnum pensum, imponuntur. Cujus causa operum curatores cæsi, quum frustra apud Pharaonem questi essent, cum Mose & Arone exoptulant, & Moses cum Deo: à quo placidè exauditur & confirmatur Moses. [ *c. V.* ]

Moses cum amplioribus mandatis ad Israëlitas remissus, duriore servitute pressos, nihil efficit: quamobrem Pharaonem iterùm convenire jussus, metu ejusdem eventus, detrectat. [ *c. VI.* ]

Moses 80, & Aaron 83 annos natus, Deo urgente, cum Pharaone congregitur: ubi miraculum virgæ in colubrum conversæ præstigijs suis imitati Magi, obstinatioem Regis animum effecerunt. [ *c. VII. 1, --13.* ] Magorum istorum qui Mosi resistunt, principes fuerunt Jannes & Jambres, sive Mambres, ab Apostolo nominati, [ *II. Tim. III. 8.* ] celebres non solum apud Hebræos, in tractatu Talmudico מן מן de Oblationib. cap. 9. (ubi יוחנן וממרה *Ioehanne & Mamre* vocantur) & Chaldaica paraphrasi quæ Jonathani tribuitur in [ *Exod. I. 15. & VII. 11.* ] sed etiam apud ethnicos. Sic enim Numenius Apameus, philosophus Pythagoricus, in 3. libro *ἐπι τῶν ἑβραίων*, (ab Eusebio, lib. 9. Præparationis Evangelicæ cap. 8. citatus) historiam hanc refert. *Jannes & Jambres, Scriba rerum sacrarum Ægyptii, quo tempore Ægypti finibus ejelli Iudæi sunt, claruere; viri omnium iudicio rerum magicarum scientiâ nemini concedentes. Quippe ambo quidem communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qui Museo Duci Iudæorum, cuius apud Deum potentissimæ preces erant, sese opponerent; adeoque gravissimas quasque calamitates à Museo in Ægyptum irvectas omnium in oculis dissolvere ac dissipare potuerunt. Quo & illud Plinij referendum, [ *lib. XXX. cap. 1.* ] *Est & alia Magices factio à Moysè & Ianne & Iotape Iudæis pendens. qui fallus est tamen, tum Mosem inter Magos, tum Jannem & Jotapem inter Judæos recensens.**

Magis Pharaonis frustra sese opponentibus, Deus Mosi ministerio decem plagas Ægyptiis inflixit: quarum memoria in [ *Psalmo LXXVIII. & C. V.* ] (secund. Hebr.) celebratur.

Eas duodecim mensium spatio, per intervalla, fuisse inductas Hebræi autumant: quum intra unicum mensem, hæc ferè temporum serie, peracta fuerint.

Circa mensis 6, (qui anno sequente, & deinceps, 12 numeratus est) diem 18. prima plaga contigit; aquarum in sanguinem versarum. Completo deinde septiduo, [c. VII. 25.] circa 25 diem, secunda plaga, Ranarum secuta est: quæ die proximo ablata est. Circa diem 27, tertia plaga, ciniphum vel pediculorum, est inducta. Circa 28 diem Moses minatus quartam plagam, muscarum & aliorum insectorum colluviei: quæ circa 29 immissa, & 30 amota est.

C. Circa mensis 7 (qui, paulo post, primi nomen accepit) diem 1. plagam quintam minatus Moses, sequente die eam induxit: pestis videlicet & interitus pecorum. Circa diem 3, plaga sexta eam excepit; ulcerum & pustularum, erumpentium in hominibus & jumentis: quæ & ipsi Magi affecti sunt, non minus quam reliqui Egyptij [c. IX. 11.] Unde natum illud Justini, ex Trogo, lib. 36. *Egyptij, quum scabiem & vitiliginem paterentur responso moniti, Mosem cum egris, ne pestis ad plures serperet, terminis Egypti pellunt.* Confer Excerpta ex Diodori Siculi libro 40, in Photij Bibliothecâ: (pag. 620.)

Circa 4 diem, plagam denunciavit Moses, circa 5 induxit, & 6 eam amovit. Erat autem hæc, tonitruum & pluviarum & gravis grandinis cum igni commixta: quibus *linum & bordeum laesum est, quia bordeo jam spica erat & lino culmus: triticum vero & zea non sunt laesa, eo quod latentia erant sub terrâ.* Unde rectè colligit Nicolaus Fullerus, libro 3 Miscellan. (pag. 389.) mense Abib, hanc plagam contigisse.

Circa 7 diem, plagam octavam denunciavit Moses, & sequente die immisit; locustarum videlicet omnia depascentium: quam circa 9 diem removit. [c. X. 4, 13, 19.]

Mensis Abib, qui hæcenus septimus, deinceps primus mensis totius anni est constitutus: [c. XII. 2. cum XIII. 4.] in memoriam exitus Israelitarum ex Egypto; à cujus initio illius epocha deducitur, [Num. IX. 1, 2. cum Exod. XL. 17.] licet ipse exitus in medium mensem inciderit.

Hujus primi mensis die 10. (qui fuit Aprilis Juliani 30, feria hebdomadica 5) Paschatis & azymorum ritu instituto; Agnus Paschalis seligitur, mactandus post 4 dies. [Exod. XIII. 3, 6.]

Moses nonam plagam triduanarum tenebrarum, in Egyptum inducit: quæ tanta fuerunt, ut Egyptiorum nullus toto eo tempore moverit se de loco in quo erat; licet Israëlitis omnibus lux esset in habitationibus ipsorum. [c. X. 22, 23.]

Die 14, (Maii 4 fer. 2) Moses cum Pharaone postremo locutus; decimam plagam cædis primogenitorum, medio noctis sequentis infligendam, denunciavit; & vehementi ita commotus, ab eo discedit. [c. X. 24, --29. XI. 1, 4, --8.]

Vespera hujus diei, primum Pascha celebratum est. [c. XII. 11, 12.]

+++++

## ÆTAS MVNDI IV.

PRIMI mensis die 15 (Maii 5 Feriâ 3) sub mediam noctem primogenitis in Egypto pæcis Pharae & servi ejus Israelitas omnes, cum suis facultatibus & ipsorum spoliis, quam citissime dimitunt: qui eodem die quo absoluti sunt 430 anni à prima peregrinatione majorum suorum, (Abrahamo Charane discedente,) postredie Paschatis, ad sexcenta millia peditum (vitorum, præter parvulos) ordine militari Ramesse profecti sunt. [Exod. XII. 29, 30, 31, 37, 41, 51. Num. XXXIII. 3.]

Hinc stationes eorum à Mose describuntur; Numer. cap. XXXIII. quas, ex Hebræicis nominum significationibus, mysticè explicat Hieronymus in tractatu de 4 mansionibus ad Fabiolam, à quo ne in numeris stationum designandis deinceps dissentiremus, *Ramessem* primam appellare libuit: licet itineris statio nulla ea fuerit, sed terminus à quo profectionum initium erat deducendum. Sit igitur

I. *Rameses*: ubi Israëlita à Josepho collocati fuerant; [Gen. XLVII. 11.] & simul convenerunt omnes, qui vel cum Egyptiis mixti habitabant, [Exod. III. 22.] vel qui ad conquirendum stipulam dispersi fuerant per totam terram. [c. V. 12.]

II. *Succoth*, ubi Moses mandata Dei de annuo Paschatis ritu, & primogenitorum consecratione populo proposuit. [Exod. XIII.]

III. *Etham*, in extremitate deserti: quo perducti sunt, Domino antecedente eos interdiu in columna nubis, & noctu in columna ignis. [Exod. XIII. 20, 21.]

IV. *Pi-habiroth*, inter Migdolum & mare, è regione Baal-zephonis.

Hic Pharae cum exercitu suo Hebræos asscetus est. Mose sua virga aquas dividente, per medium maris Rubri sive Erythraei in desertum Ethami pervenerunt: quos Pharae & Egyptii infecuti, ab aquis recurrentibus primo diluulo obruti sunt. Unde Israëlita, eo die prorsus liberati è manu Egyptiorum, quorum cadavera fluitantia viderunt in littore maris [Exod. XIV. 30.] Deum victoriæ auctorem cantico celebrarunt; [Exod. XV. 1, --21.] quod *Apocal. c. XV. 3. Canticum Mosis servi Dei appellatur.* omniumque quorum uspiam memoria extat, primum est & antiquissimum. Factum verò hoc esse mensis 1 die 21, postremo videlicet azymorum, quo convocatio sancta ex Dei instituto [Exod. XII. 16.] erat habenda, constans He-

bræorum,

bræorum, eaque veritati maximè consentanea, est sententia.

Hinc continuo tridui itinere ( die videlicet 22, 23, 24, *feriâ* 3, 4, & 5. ) Israëlita per desertum Ethami processerunt, aquam non inuenientes, [ *Exod. XV. 22. Num. XXXIII. 8.* ]

V. *Marah*, ab aquarum amaritudine nomen sortita, ob quam quum populus, qui aquarum defectum jam totum triduum sustinuerat; murmurare cœpisset; Moses, ligno in aquas amaras injecto, eas dulces effecit, populûmque in futurum erudiit, [ *Exod. XV. 23, --26.* ]

VI. *Elim*: ubi erant 12 fontes aquarum & 70 palma; & castrametati sunt ibi ad aquas illas. [ *Exod. XV. 27. Num. XXXIII. 9.* ]

VII. *Mare rubrum*. [ *Num. XXXIII. 10.* ]

SECUNDO mensis.

Die 15 ( *Iunii 4 feriâ* 5 ) pervenerunt Israëlita ad stationem.

VIII. *Sinis* desertum; quod est inter Elim & Sinai. Ubi quum ob victûs penuriam murmurassent in Deum & Duces; circa vesperam misit ad eos Deus coturnices, & tempore matutino Manna de cœlo pluit: quo pane deinceps 40 annis vescabantur, donec pervenissent ad extremitatem terræ promissæ. [ *Exod. XVI. 1, --35.* ]

IX. *Dophka*.

X. *Alush*.

XI. *Rephidim*, ubi populo, ob defectum aquæ murmuranti, ( unde loco *Meriba* & *Massa* nomen inditum, ) Moses percussâ petra aquam suppeditat: [ *Exod. XVII. 1, --7* ] quæ & populum per desertum secuta est. [ *Psal. LXXXVIII. 16, 20. CV. 41. I. Corinth. X. 4. & Deut. IX. 21.* ]

Amalekita, lassò & fatigato Israëlitarum exercitui in itinere occurrentes, in postremo agmine debilitate affectos cæciderunt: contra quos Moses pugnare iussit Jehosuum sive Josuam ( filium Nunis, ministrum suum; [ *Exod. XXXIII. 41.* ] cuius nomen *Hoseam* mutavit ille in *Jehosuum*; [ *Num. XIII. 16.* ] sive *Jesum*; [ *Nehem. VIII. 17. Ait. VII. 45. & Hebr. IV. 8.* ] Ille Rephidimis cum Amalekitis dimicans, Mose in vertice collis orante, victoriam consecutus est. De ea gente perdenda Israëlita mandatum accipiunt; & altare in perpetuam hujus rei memoriam exstruunt. [ *Deut. XXV. 17, 18, 19. Exod. XVII. 8, --16.* ]

TERTIO mensis.

XII. *Sinai* desertum; ubi castrametati sunt Israëlita è regione montis Horebi: in eo deserto per integrum ferè annum postea commorati. Anno enim ab exitu 2 mensis 2 die 20 inde moverunt: [ *Num. X. 11, 12.* ] anni verò primi *mensis tertio, in die hac*, eo pervenerunt: [ *Exod. XIX. 1.* ] die nimirum eadem, sive ejusdem numeri cum mense 3, ( ut in libro V. de Templo cap. 7. pluribus confirmat Fr. Ribera ) h. e. mensis 3 die 3. ( *Iun. 22. ser. 2.* )

Mose in montem ascendente, Deus significat se fœdus cum Israëlitis renovare, eos sibi legibus obstringere, observantesque amore prosequi velle. Quibus annuentibus biduum, quo ad Legem Dei reverenter excipiendam præpararentur, indicit; omnibus ( excepto Mose & Aarone ) montis accessu interdicit: posteaque summa cum majestate in montem, cernentibus omnibus ac trepidantibus descendit. [ *Exod. XIX.* ]

Legem, Decalogo comprehensam, Deus terribili voce promulgavit: [ *Exod. XX. Deut. V.* ] quæ tamen promissionem gratiæ, Abrahamo ab eodem ante 430 annos factam, irritam non fecit. [ *Galat. III. 17.* ]

Territo populo Deus per Mosem varias leges tradidit: [ *Exod. XX. XXI. XXII. & XXIII. cum Deuter. IV. 13, 14.* ] quas ille in libro Fœderis scriptas populo proposuit. Deinde manè confurgens, exstruxit altare sub monte, & 12 statuas pro 12 tribubus Israël: misitque juvenes Israëlitarum ( primogenitos, ut habet Chaldaeus paraphrastæ quos sibi Dominus consecraverat, [ *Exod. XIII. 2. Num. III. 13. VIII. 16, 17.* ] sacrorum administratos, [ *Exod. XIX. 22.* ] ante Leviticum sacerdotium institutum ) qui sacrificia, primùm expiatoria, deinde eucharistica, Domino obtulerunt. Quumque librum illum Fœderis ( mandata, quæ [ *Exod. XX.* ] & tribus sequentibus capitibus habentur, continentem ) audiente populo Moses legisset; accipiens sanguinem oblatorum illorum vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & totum populum ( sive 12 illas statuas, 12 tribus Israël re-presentantes ) aspersit: atque ita fœdus inter Deum populumque solenniter sanxit. [ *Exod. XXIV. 3, --8. cum Hebr. IX. 19, 20.* ]

Moses & Aaron, Nadab & Abihu, & 70 è Senioribus Israël, ascenderunt in montem; ibique gloriam Dei aspexerunt. Quibus inde descenditibus, Moses cum Josua ministro suo propius accedens, expectavit diebus sex, donec septimo die cum Deus alloqueretur; fuitque in monte 40 dies & 40 noctes, [ *Exod. XXIV. 9, --18.* ] sex illis expectationis diebus eo in numero comprehensis; cibum non comedens, nec aquam bibens. [ *Deut. IX. 9.* ] ubi de structura Tabernaculi, Sacerdotum ornamentis, consecratione, sacrificiis, &c. mandata accepit; [ *Exod. XXV. & 6.* ] capitibus sequentibus proposita.

QUARTO mensis.

Finitis 40 illis diebus & 40 noctibus, dedit Deus Mose duas Legis tabulas lapideas, sua manu fabricatas, & suo digito scriptas: [ *Exod. XXXI. 18. Deut. 10, 11.* ] celeriter illum descendere jubens, quod populus vitulum aureum sibi conflasset, & adoraret eum. Moses oratione sua Dei iram mitigat, è monte descendit, videntemque populum vituli festum in castris cele-



brantem, tabulas Legis confringit sub ipso monte. [ *Exod. XXXII. 1, 19.* ] Ob quarum con-  
fractionem annum adhuc à Judæis observatur Jejunium, mensis 4 die 17. quod nonnullos in  
cum induxit errorem, ut à die promulgationem Decalogi proximè sequente 40 dies moræ  
Mosis in monte numerandos existimaverint; tempore intermedio, ad scribendum & recitan-  
dum librum fœderis, ipsumque fœdus inter Deum & populum ritibus solennibus pangendum  
requisito, [ *Exod. XXIV.* ] penitus neglecto.

Moses, combusto & communito vitulo, tria idololatrarum millia Levitarum ministerio, è  
medio sustulit. [ *Exod. XXXII. 20, --29. Deut. IX. 21. XXXIII. 9.* ]

Postridie, Moses iterum in montem ascendens, Deus iterato pro populo deprecatur. [ *Exod.  
XXXII. 30, 31, 32.* ] Jubeat eos ornatum deponere, Tentorium conventus (quod tum supple-  
bat locum Tabernaculi à Bezaleele postea extructi) extra castra tendit: populoque iræ divina  
sensu ad resipiscentiam permotò, precibus suis tandem impetrat, ut, non Angelus sed Deus  
ipse sit viæ dux. [ *c. XXXIII.* ]

Deus Mosè novas tabulas, prioribus similes, dolare & sequente die in montem ad se af-  
ferre jubet. Cui manè cum eis ascendenti, in rupe posito Deus, quasi per transitum, gloriæ suæ  
imaginem aliquam manifestat. [ *c. XXXIV.* ]

Moses in monte denuo 40 dies & 40 noctes sine cibo ac potu commoratus, pro populo  
intercedit. [ *Deuter. IX. 18. X. 10.* ] Deus placatus, fœdus cum populo certis conditionibus  
renovat, leges suas iterat & à Mose scripto mandari jubet; Tabulisque à Mose allatis Deca-  
logum ipse inscribit. [ *Exod. XXXIV. 10, --18.* ]

## S E X T O mense.

Moses post 40 dies cum Tabulis de monte redit: & faciei splendescenti velamine imposi-  
to, populo mandata Dei proponit, Sabbati observationem urget, & oblationem à Deo impe-  
ratam ad opus Tabernaculi indicit. [ *Exod. XXXIV. & XXXV.* ]

Ut contributio rectius procederet; numerati omnes à nato 20 annos & deinceps, 603550  
sunt inventi: quorum unoquoque, juxta legem à Deo præscriptam, [ *Exod. XXX. 12, 13.* ]  
dimidium sicli pendente; summa ad 100 argenti talenta, & 1775. siclos pervenit. [ *c. XXXVIII.  
25, 26.* ] Unde colligitur, Hebraicum talentum continuisse tria siclorum millia; sive minas 50  
unaquaque mina habente siclos 60. [ *Ezek. XLV. 12.* ]

Præter capitationem hanc, ex spontaneis donariis conflata est summa auri talentorum 29  
& siclorum 730, æris talentorum 70, & siclorum 2400. [ *Exod. XXXVIII. 24, 29.* ] Ex alia  
verò materia ad opus Tabernaculi requisita, oblatum est plus satis: ut vetare populum esset  
opus, ne quid amplius offerret. [ *c. XXXVI. 5, 6, 7.* ]

Bezaleel & Aholiab artifices Tabernaculi à Deo designati. [ *Exod. XXXI. 2, --6. & XXXV.  
30, --35.* ]

2514 a. Primo hujus anni semestri Tabernaculum, Arca fœderis, Altare, Mensa propositionis, ves-  
tes sacerdotales, sacra unguenta, candelabrum, & reliqua instrumenta & vasa quæ sacrificia  
spectabant, in deserto ad montem Sinai fabricantur; b. & ad Mosè adducuntur. [ *Exod.  
XXXVI. cum 3 capitibus sequentibus.* ] 3224 1490

Mandatum à Deo Mosè accipit: I. Ut mensis 2 die 1 Tabernaculum & omnia ad illud  
spectantia erigat. [ *Exod. XL. 2, --8.* ] II. Ut oleo sacro eadem ungeret, & Aaronem cum  
filiis suis ad Sacerdotium consecraret. [ *Ibid. 9, --15.* ] Quod & Mosè fecisse dicitur: ( *v. 16.* )  
sed non eodem utrumque tempore. Nam die quidem præscripto Tabernaculum, cum omni-  
bus ad ipsum pertinentibus, erexit: [ *Exod. XL. 17, --33.* ] alteram verò mandati partem,  
tempore à Deo postea constituto, peregit; ( *Levit. VIII. 1, --13.* ) in qua exequenda, Sacer-  
dotum & Altaris consecrationi non unus sufficiebat dies, sed integrum septiduum requireba-  
tur. [ *Exod. XXIX. 35, 36, 37.* ] Itaque

## c. Anno 2 Exodi.

## P R I M I mense.

Die 1 ( *Aprilis Juliani 21 feriâ 4.* ) Tabernaculum fœderis erigitur, & gloria Dei impletur:  
[ *Exod. XL. 2, 17, 34.* ] è quo leges illas Deus Mosè per intervalla tradidit, quæ in septem  
primis Levitici capitibus continentur.

Eodem anno 2 & mense 1 Israëlita, à Deo moniti, secundum Pascha celebraverunt ad  
vesperam diei 14 ( *Maii 4 feriâ 3.* ) quo die, Mosè & Aaroni conquerentibus quibusdam,  
qui ex cadavere hominis immunditiam contraxerant, quod cum fratribus suis statuto tem-  
pore Pascha observare non poterant; lex à Deo lata est de Paschate die 14 mensis 2 ab iis  
celebrando, qui vel immunditia vel profectioe aliqua necessaria impediti, data tempestate  
illud celebrare non poterant. [ *Num. IX. 1, --14.* ]

## S E C U N D I mense.

Die 1 ( *Maii Juliani 21 feriâ 6.* ) Deus jubet Mosè Israëlitarum omnium, exceptis Levi-  
tis, mares à 20 anno ad 60 per suas tribus recensere; Levitas verò ministerio Tabernaculi  
præficere & circa illud collocare, ut ipsum, quum opus esset, deponant, portent, & erigant.  
[ *Num. I. 1. XXVI. 64.* ]

Summa numeratorum erat, 603550. [ *Num. I. 46.* ] eadem quæ ante menses 7. in capita-  
tione ad Tabernaculi exstructionem imperata, inventa fuerat. [ *Exod. XXXVIII. 26.* ]

Mosè ( prout Deus mandaverat, [ *Exod. XXIX. 1, --37. XXX. 22, --30. & XL. 9, --15.* ]

oleo sacro Tabernaculum & Altare, cum omnibus ad ea pertinentibus, unxit & consecravit. Aaronem quoque & 4 filios ejus, eodem oleo unctos, præscriptis ritibus & sacrificiis ad munus Sacerdotale obeundum consecravit: & ut per septem dies à porta Tabernaculi non discederent, præscripsit. [Levit. VIII.] Tot enim diebus, tum ipsorum tum Altaris, durabat consecratio. [Exod. XXIX. 35, 36, 37. Levit. VIII. 33.]

Ordo à tribubus in castrametationibus & profectioibus suis servandus præscribitur. [Num. II.]

Levitarum, mensum unum egressorum, 22300 numerus invenitur, [Num. III. 15, --35.] vel, demptis eorum primogenitis, 22000; qui loco primogenitorum ex reliquis tribubus ad Dei ministerium assumuntur. Et quia supra numerum 22000 Levitarum primogeniti Israelitarum 273 sunt reperti; quini in singulos redemptionis sicali statuuntur. [Num. 3. 39, --51.]

Levitæ, ita selecti, solenni ritu Deo ejusque cultui consecrantur: incipientis & desinentis illorum ministerii tempore definito. [Num. VIII. 5, --26.]

Levitæ ab anno 30 ad 50 inveniuntur 8380, & pro familiarum ratione sua eis munera & onera distribuuntur. [Num. IV.]

Leprosi & immundi omnes à castris ejiciuntur. Leges de restitutione damni & zelotypia feruntur. [Num. V.]

Votum, consecratio, & ritus Nazæarum describitur. Formula benedicendi populo Sacerdotibus præscribitur. [Num. VI.]

Die octavo, à finita vero consecratione primo, Aaron primum pro se, deinde pro toto populo sacrificia & munera offert: quibus igne è cælo assumptis, ministerium Sacerdotum populo divinitus comprobatur. [Levit. IX.]

Quum plene jam erectum esset Tabernaculum, & cum instrumentis istis omnibus sacro oleo unctum; atque Altare toto septiduo consecratum, & primis ab Aarone victimis in eo oblati dedicatum (septem enim præcedentes dies expiatorii erant, ad illud sanctificandum ordinari: Exod. XXIX. 36, 37.) Principes numeratarum tribuum sex plaustra camerata & 12 boves ante Tabernaculum simul obtulerunt: quæ Levitis filiis Gershoni & Merari, pro ratione ministerii eorum, sunt tradita. Deinde seorsim singuli singulis diebus sacrificia sua, cum instrumentis sacro ministerio dicatis, ad Altaris dedicationem obtulerunt: quæ idcirco ad 12 dies continuata est. [Num. VII. 1, --10, 11, 84, 88.]

Itaque primo hoc die Naasson (à quo David & secundum carnem D. N. Jesus Christus ortus est) pro tribu Judæ munus obtulit, deinde reliqui, pro sua quisque tribu, eo ordine qui in castrametationibus (cap. II.) institutus fuerat. [Num. VII. 11, 12, --83.]

Nadab & Abihu, primogeniti Aaronis filii, (qui una cum patre in montem Sinai ascendentes, gloriam Dei viderant; Exod. XXIV. 1, 9, 10.) cum igne alieno (non illo cælitus demisso, Levit. IX. 24. qui in altari ad res sacras semper alendus erat; c. VI. 12, 13.) Sanctuarium ingressuri, igne divinitus immisso pereunt. [Levit. 10. 1, 2. Num. III. 2, 3, 4. XXVI. 60, 61.] Luctu eorum Sacerdotibus veuto, occasione neglecti ab aliis officii, vino & ficera Tabernaculum ingressuris interdicitur: de reliquiis sacrificii à Sacerdotibus comedendis lex fertur, & Aaronis eâ in re excusatio à Mose approbatur. [Levit. X. 6, --20.]

Ea occasione lex lata est (circa 10, ut videtur, mensis hujus diem) de ingressu summi Sacerdotis solius semel tantum quotannis in Sanctuarium, die videlicet expiationis & universalis jejunii, 10 die mensis 7 celebrando. [Levit. XVI. 1, --34.]

Die hujus mensis 14 (Junii 3 feriâ 5.) ad vesperam, Pascha ab iis celebratum est, qui superiori mense immundi fuerant. [Num. IX.]

Blasphemus extra castra educus, jussu Dei, lapidibus obruitur. [Levit. XXIV. 10, 11, 12, 13.]

Leges, quæ 17 postremis Levitici capitibus continentur, hoc mense lata fuisse videntur.

Duas argenteas tubas fieri Deus imperat; quibus cætus convocetur, signa profectioinum expeditionumque dentur, & sacrificiorum tempore clangatur. [Num. X. 1, --18.]

Jethro, qui & Hobabus, Zipporam cum duobus liberis Gershomo & Eliezer apud se relictam ad generum suum Mosem reducit: ipsique & populo Israelitico liberationem à servitute Egyptiaca gratulatus, suam in Deum fidem & pietatem verbis factisque protestatur. Ejus monitu Moses, cum aliis regimen populi partitus, magistratus qui res minores dijudicarent instituit. [Exod. XVIII. cum Deuter. I. 9, --18. & Num. X. 29.]

Dies hujus mensis 19 postremus fuisse videtur oblationum 12 Principum in dedicatione Altaris: Ahira pro tribu Naphtali munus offerente. [Num. VII. 78, 88.]

Die 20 mensis 2 (Junii Juliani 9 feriâ 4.) Deus Israelitas castra movere jubet, & terram promissam hereditario possidendam adire. [Num. X. 11, 12. Deut. I. 6, 7.] quo invitatus à Mose Jethro, in regionem suam reversus est. [Num. X. 29. 30. cum Exod. XVIII. 27.]

Nube, quæ Tabernaculo imminabat, elevata; in quatuor exercitus distributi, à deserto Sinai (ubi per integrum ferè annum hæserant) continuo *viidni* itinere pervenerunt in desertum Paranis. [Num. X. 12, 33.] ubi die 23 confederunt in statione.

XIII. *Kibroth-Hattavab*, [Num. XXXIII. 16.] ubi murmurantes divino igne percussi (unde & loco nomen Taberæ inditum) precibus Mosis liberantur: sed rursus carnis desiderio & fastidio Mannæ Deum provocant. Num. XI. 1, --10. Psal. 78. 19, 20, 21.]

Mosi apud Deum conquerenti, & excusationem à munere petenti, Synedrium LXX. se-

niorum adjungitur; è quibus Eldad & Medad in castris manentes prophetarunt. [ *Num.* XI. 10, 17. & 24, 30. ]

Deus populo coturnices (non, ut præcedente anno, ad unum diem; *Exod.* XVI. 12, 13. sed) ad integrum mensem suppeditat: gravissima plaga adjuncta: unde à sepulchris *concupiscentium* loco datum est nomen *kibroib- Hattavab*. [ *Num.* XI. 32, 34. *Psal.* LXXVIII. 26, 31. & CVI. 15. ]

XIV. *Hazereth*. [ *Num.* XI. 35, XXXIII. 17. ]  
Miriam & Aaron contra fratrem Moſem obloquuti, propter uxorem Æthiopiſſam, ( Zipporam videlicet Midianitidem; ex Æthiopia orientali, ſive Arabia, ab eo ductam ) illi ſe æquabant. Sed à Deo præfertur Moſes: & Miriam lepra percuffa è caſtris ejicitur. Verùm orante pro ea Moſe, poſt ſeptem dies ſanatur. [ *Num.* XII. 1, 15. *Deut.* XXIV. 9. ]

Miriam mundata & in caſtra revocata ( 4. menſis, ut ex præcedentibus intelligitur, die aliquo ) moventes Iſraëlita, caſtrametati ſunt in ſtatione.

XV. *Rithma*, in deſerto Paraniſ. [ *Num.* XII. 16. XXXIII. 18. ] juxta Kadefhum Barneæ. [ *Num.* XIII. 26. ]

QUINTO menſe.

A deſerto Paraniſ ( *Num.* XIII. 3. ) vel Kadefho Barneæ ( *Num.* XXXII. 8. *Deut.* I. 19, 22. IX. 23. & *Joſu.* XIV. 7. ) petente populo, & approbante Moſe, ( *Deut.* I. 22, 23 ) Deo verò jubente, *Num.* XIII. 1, 2. ) quando erat tempus primarum uvarum, ( *ibid.* 20. ) duodecim exploratores, vir unus pro unaquaque tribu ( in quibus, pro tribu Judæ fuit Caleb filius Jephunnæ, annos 40. tum natus, *Joſu.* XIV. 7. pro Ephraim, Hoſhea filius Nunis, quem Moſes Jehofuam appellaverat ) ad terram Canaanis perluſtrandam præmiſſi ſunt: qui eam ingreſſi à deſerto Sinis & parte meridiana, ad aquilonares ejuſdem terminos Rechobum uſque proceſſerunt. [ *Num.* XIII. 2, 20, 21, 22. *Deuter.* I. 23. ]

SEXTO menſe.

Exactis quadraginta diebus, ab exploratione terræ reverſi ſunt Kadefhum in deſerto Paraniſ: ingentem palmitem cum botto uvarum, ex valle Eſhecolis ( inde nomen adepta ) exciſum, cum malogranatis & ficibus terræ, ſecum deferentes. [ *Num.* XIII. 23, 27. *Deut.* I. 24, 25. ] Ex qua fructuum maturitate apparet, propinquum fuiſſe menſem *ſepinum*: quandoquidem paulo ante Tabernaculorum feſtum, quod 15. illius menſis die celebrabatur, fructus ex area & torculari colligebantur. [ *Exod.* XXIII. 16. *Levit.* XXIII. 39. *Deut.* XVI. 13. ]

Decem ex eorum numero qui ad explorandam Canaanam miſſi fuerant, famam malam de terra illa inducentes; urbiumque & incolarum robur prædicantes, populum ab aditu illius abſterrent, Calebo fruſtra renitente. *Num.* XIII. 28, 33. XXXII. 9.

Populus territus redditum in Ægyptum mollitur; Joſuam & Calebum diſſuadentes lapidibus obruere paratus. Deus ſubitum exitum eis minatus, deprecatione Moſis ſeſcitur: ita tamen ut omnibus ( præter Joſuam & Calebum ) à nato viginti annos & deinceps ab ingreſſu promiſſæ terræ excluſis mortem in deſerto decernat; ubi 40. annis eos erraturos eſſe denunciat. [ *Num.* XIV. 1, 35. XXVI. 64, 65. XXXII. 10, 13. *Deut.* I. 26, 36. IX. 23. *Joſu.* V. 6. *Pſ.* XCV. 8, 11. CVI. 24, 25, 26. ] numero videlicet rotundo: quum anno 39. filios eorum in terram promiſſam ingreſſos eſſe conſtet. Confer. *Num.* XXXII. 13. cum *Deut.* II. 14.

Decem exploratores, qui ſeditionem hanc excitaverant, à Deo ſubita morte ſublati ſunt. [ *Num.* XIV. 36, 37. ] cujus rei memoriam ad hunc uſque diem, Judæi jejunio 7. diei menſis 6. ( Elul ) celebrant.

Deus Iſraëlitas caſtra movere jubet, in deſertum retrocedere mare rubrum verſus. Hi tamen contra juſſum Domini conſcendentes in montem, ab Amalekitis & Canaanis percuffi ſunt Horam uſque. Reverſi itaque ſteverunt coram Domino: ſed non exauditi ſunt. [ *Num.* XIV. 40, 45. *Deut.* I. 40, 45. ]

Hujus calamitatis, atque eam infeſcutæ continuæ Iſraëlitarum mortis quotidie cadentium in deſerto, compoſitus eſt à Moſe *Pſalmus XC.* *Domine refugium factus es nobis*, in quo & dies hominum ordinarios ad 70. vel 80. annos redactos eſſe ſignificat. Itaque

*Ætas vitæ humana ſertio jam quaſi dimidiata parte brevior eſſicitur.*

2515

4. Iſraëlita Kadefhi confederunt dies multos. [ *Deut.* I. 46. ] Sive enim biduo, ſive menſe, ſive anno, prout continuabat nubes reſidere ſuper Tabernaculo, caſtra habebant in eodem loco, & non proficiſcebantur. [ *Num.* IX. 22. ] In aliquibus verò ſtationibus eos per aliquot annos permaniſſe, ex eo colligimus; quòd ſpatio 37. annorum 17. tantum ſtationes enumeratæ reperiantur. Relinquentes enim Kadefhum, proſecti ſunt rursus in deſertum, mare rubrum verſus, ſicut præceperat Dominus: & circumiverunt montana Seiris diebus multis. [ *Deut.* II. 1. *Judic.* XI. 16. ] Ex 17. verò ſtationibus ad eum circuitum pertinentibus, Numerorum XXXIII. capite commemoratis: fuit ordine

XVI. *Rimmon-Parez.* XVII. *Libna.* XVIII. *Riſſa.* XIX. *Kehelatha.* XX. *Mons Shepheris.* XXI. *Harada.* XXII. *Mekheloth.* XXIII. *Thabath.* XXIV. *Thara.* XXV. *Mitka.* XXVI. *Haſbmona.* XXVII. *Moſeroth.* XXVIII. *Bene-Jaakan*, ſive *Beeroth bene Jaakan*, *Putei florum Jaakanis* [ *Deut.* X. 6. ] XXIX. *Hor-bagidgad*, ſive *Gudgoda*. [ *Deut.* X. 7. ] XXX. *Jorbatha*: regio fluminibus aquarum irrigua. [ *Deut.* X. 7. ] XXXI. *Hebrona.* XXXII. *Ezion-gaber*. ( quæ eſt prope Elothas, ad litus maris Rubri, in terra Edomæorum; I. *Reg.* IX. 26. )

Ad

Anno  
Mundi.

2553

2520

2522

2530

2533

3225 1489

3230 1484

3232 1482

3240 1474

3243 1471

Ad Kadeshi verò longam illam stationem, vel eam subsequens primas, referenda esse illa videntur, quæ in Numerorum capite XV. & 4. sequentibus habentur tradita; tum ad Ieges tum ad Historiam spectantia, quomodo colligens ligna in Sabbato (quod in deserto, licet sacrificiis intermissis, studiosè servatum est) à toto cætu, jussu Dei, lapidibus obrutus est. [c. XV.] Kora, Dathan & Abiram, seditionem contra Mosè & Aaronem moventes, hiatu terræ; 250. verò conjurationis socij fustitum offerentes, igne divinitus immisso, perierunt. Deus seditionum thuribula ad tegendum altare adhiberi jussit, in monumentum filijs Israelis. Populo ob superiorem cladem in Mosè & Aaronem murmurante, 14700. à Deo percussi interierunt. [c. XVI.] Duodecim virgès à 12. principibus tributum acceptis, & in Sanctuario positæ; sola virga Aaronis floruit & amygdala protulit, atque ante Arcam, in signum contra deos rebellioni, servata est. [XVII.] Quæ omnia posteriore semestri anni secundi ab egressu ex Ægypto contigisse existimantur: duorum tantum primorum annorum atque ultimi historia à Mosè explicata; intermedium verò 37. rebus (præter 17. stationum seriem jam propositam silentio prætermittis. *Vid. Abulen. in Numer. cap. 1. quæst. 3.*

Scriptura quoque tempus, quo Israelita iter fecerunt à Kadesho Barnea usque dum transiverunt vallem vel torrentem Zeredi (anni dimidio post relictam 32. stationem & ante transitum Jordanem altero) 38. annorum fuisse indicat: intra quod spatium, tota illa rebellum bel-latorum multitudo est extincta. [Deuteron. II. 14, 15, 16.]

Annis verò 9. primis, quibus in deserto versabantur Israelita, regnum Ægyptiorum admi-nistravit Armais, Orientem verò invasit Sethosis: quos Amenophis (in mari rubro submersi) filios fuisse, supra (ad annum Mundi 2494.) annotavimus. De quibus, in Ægyptiacis suis, Manethon (apud Josephum, libro 1. contra Apionem) ita scribit. *Sethosis equestres & nava-les copias habens, fratrem quidem Armain procuratorem Ægypti constituit, & omnem ei aliam regalem contulit potestatem: tantummodo autem diademate uti prohibuit, & ne reginam matrem liberorum opprimeret imperavit, & ut abstineret etiam ab alijs regalibus concubinis: Ipse verò ad Cyprum & Phœniciam, & rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, universos quidem, alios ferro, alios sine bello virum suarum terrore sibi subjugavit: eoque successu elatus, confidentius incidebat, Orientales provincias ac urbes subvertendo. Aliquanto verò tem-pore procedente Armais, qui in Ægypto fuerat derelictus, omnia contra quam frater agere monnerat, sine timore faciebat. Nam & Reginam violenter traxerat, & alijs concubinis ju-giter miscbatur: persuasusque ab amicis, & diademate utebatur, & fratri rebellabat. Ita Ma-netho Ægyptius: simul etiam addens, Armain quidem Danaum, Sethosim verò, & Ægyptum (unde & regionis nomen datum fuisse ait) & Ramessem avi nomine fuisse nuncupatum. Ex quâ appellationum & rerum gestarum similitudine, eum Taciti Rhamsen & Herodoti Sesostrim fuisse apparet. Regem enim Ramfen Libyâ, Æthiopiâ, Medisque & Persis, & Bactriano, ac Scythia potitum, quasque terras Syri Armenique & contigui Capadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse; in libro II. Annalium refert Cornelius Tacitus, & de Sesostris, libro II. Herodotus. Ipsum dicebant sacerdotes primum omnium Regum longis navibus Arabicum sinum prætervectum, & populos Rubri maris accolæ in potestatem suam redegeisse; in-dèque retrò usque vestigijs reversum, & coactis ingentibus copijs transgressum in continentem, in-festo exercitu obvias ubique gentes subegisse, deinde ex Asia in Europam transgressum, Scythas subjugasse & Thracas: ad quos usque (inquit ille) & non ulterius mihi videtur Ægyptius exer-citus pervenisse; quoniam in istorum terra tituli, non ultra, positi apparent, ex quibus titulis à Sesostris erectis, quosdam se in Palestina Syria vidisse, ipse asserit; circa Joniam item duos, unum quâ ex Epheso in Phœciam itur, alterum quâ è Sardibus Smyrnam versus. Eadem de Sesostris refert Diodorus Siculus, libro 2. sed ad longè anteriora tempora refert: quum ad Mosè tem-pora (uti à Manethone factum) esse eum retrahendum, fratris Danaï ætas evincat, à qua nec multum ipse Diodorus aberravit, in libro 40. refertens, expulsis ex Ægypto alienigenis, Danaum & Cadmum eorum Duces in Graciam, Mosè in Iudæam concessisse, (ut in Photii eclogis videre licet.) Quod ut rectius intelligatur, simulque 37. horum annorum (à Mosè prætermis-sorum) hiatus aliquo modo suppleatur; exoticarum istarum rerum tempora, ex Eusebianis Tabulis descripta, hic exhibere, abs re fortasse non fuerit.*

Ægyptus, quæ prius Aeria dicebatur, ab Ægypto tunc ibi regnante nomen accepit, cui datum est regnum, ejecto Danao. Ubi nostræ rationes ab Eusebianis biennio tantum discrepant. Nam

Ægyptus, qui & Ramesses & Sesostris, post 9. annos in exteris expeditionibus insumptos, (testante Diodoro Siculo, lib. 1.) Pelusium rediit: unde Armais, qui & Danaus, quum Ægyptiorum regno novem annis præfuisset, fratrem suum Ramessem sive Ægyptum fugiens, Ægyptiaco suo regno excidit, & in Graciam devenit. (ut habet Georgius Syncellus; in Gracis Euse-bianis Scaligeri, pag. 26. 27.) quum prius fratrem, Pelusi convivio exceptum in fidijs frustra appetivisset: ut & Herodotus lib. 2. (cap. 107.) & in lib. 1. (pag. 53. edit. Græcolatin.) refert Diodorus Siculus.

Argos sibi Danaus vindicavit, expulsus Ægypto, & eandem aquis abundare fecit. Danaus per filias 50. filios Ægypti interfecit; evadente solo Lynceo, qui post eum regnavit, apud Argivos se.

Bustiris Neptuni & Libyæ, Epaphi filia, filius apud vicina Nilo loca tyrannidem exercet, tran-seuntes hospites crudelis scelere interficiens. Unde illud Ovidii, lib. 3. *Tiist, Sævior es tristis Bustiri-*

de. Et Virgili, lib. 3. Georgicôn) & apud A. Gellium, lib. 2. cap. 6.) --- *Quis aut Eurythœa durum, aut illandari nescit Busiridis aras?* hoc est, indigni qui à quoquam laudaretur, ut ab Iſocrate est factum, cujus adhuc superest *Busiridis Encomium*; in quo eum etiam (ut Eusebius) *filie Epaphi Libye, & Neptuni filium* facit. Ubi observa. *Neptunum* à Mythologico dictum fuisse *Rameſsem* illum (de quo, ad annum Mundi 2427. dictum) *Miamun* cognominatum, qui Hebræorum infantes aquis submergendos imperavit; filiosque, Amenophim (sive Belum, Ægypti & Danai patrem) *Neptunus* illum aquis maris Rubri obrutum, & Busiridem propter *επιεικείας* ita infamem, tali patre dignam prolem, post se reliquit: & adde, si libet, ex A. Gellio, lib. XV. cap. XXI. *Pœtas, ferocissimos & immanes & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptunum filios dixisse.*

2543 *His temporibus Tat, filius Hermetis Trismegisti, fuisse dignoscitur: inquit Eusebius. Cum quo convenit quod dicunt Ægyptii, Sesostridem ab Hermete solertiam & consilia didicisse: ut est apud Ælianum, lib. 12. Var. Histor. cap. 4.*

2549 *Phœnix & Cadmus, de Thebis Ægyptiorum in Syriam profecti, apud Tyrum & Sidonem regnaverunt. [Euseb. Chronic.]*

2552 *b. Postquam Israelitæ circumvissent montana Seiris & Idumæam per annos 37. à Kades-barnea usque ad Ezion-gaber, ab Aquilone ad Meridiem & ipsam maris Rubri litus profecti; regredi eos inde Aquilonem versus Deus jubet, & in terram promissam recta contendere. Et quia imminet transitus per fines Idumææ, mandat ut cum Edomæis fratribus suis bellum non miscant: commemorata insigni sua providentia qua illorum curam in deserto per 40. annos hac. buerat. [Deut. II. 1.-7.] integro numero, pro 39. imperfecto, posito. Incunte enim*

Anno 40. exodi, mense *ΡΕΙΜΟ*, Venientes Israelitæ in desertum *Tzinis*, confederunt in statione *XXXIII. Kadeshi* [*Num. XX. 1. collat. cum XXXIII. 36, 37, 38. & Jud. XI. 17.*] *Kadeshi* videlicet *Tzinis*, in extremis Idumææ finibus (c. *XX. 14, 15.*) versus Ezion-gaber & mare Rubrum: (c. *XXXIII. 36. Deut. II. 8.*) non *Kadeshi Barnea*; quæ XV. fuit statio, in confinio australi Cananæ posita. (*Num. XXXIV. 4. Josu XV. 3.*)

*Hic mortua est Miriam, sive Maria: [Num. XX. 1.] 4. mensibus ante fratrem Aaronem, & 11 ante fratrem Moſem. Utroque verò seniore fuisse, & 130. ætatis annum attigisse, ex [Exod. II. 4, 7. colligitur; unde, quum nasceretur Moſes, puellam grandiuſculam eam fuisse apparet. supr. ad ann. Mundi 2433.] Die primi hujus mensis 10. obitus illius memoriâ Judæi adhuc celebrant.*

*Populus, deficiente aqua, cum Moſe & Aaron contendit: quibus quum mandasset Deus, ut Petram tantum alloquentes aquam elicerent; irritatus Moſes, impatientiæ & diffidentia vocibus quibusdam editis, petram florente Aaronis virga bis percussit, & aquas inde eduxit: quæ, ut alteræ illæ ex petra alia ante annos 39. similiter eductæ, [Exod. XVII. 7.] *Meriba* sive contentionis, à re, appellatæ sunt. *Num. XX. 2.-13.*] In precedente enim statione, *aquam comitem*, ut eam appellat Tertullianus, (de qua, ad XI stationem, est dictum) mari Rubro immerſam fuisse, verisimillimum est. Ut jam in novo aquarum defectu, eadem ipsa in filiis denovo erupit pervicacia, quæ in parentibus tam diu antea sese prodiderat.*

*Moſes & Aaron, ob diffidentiam in Mandato Dei exequendo hic expressam, ab ingressu in terram promissam sunt exclusi. [Num. XX. 23, 24. XXVII. 14. & Ps. CVI. 32, 33.]*

*d. Israelitæ, missis nunciis ad reges Idumæorum & Moabitaram, ut per terras ipsorum transirent, rogarunt: qui per medias ipsorum regiones transitum negarunt, [Num. XX. 14. 1.-21. Judic. XI. 17.] sed per extrema ditionis suæ concesserunt. [Deut. II. 4, 6. 29.] Unde illi, Kadeshi aliquandiu morati: [Jud. XI. 17.] progressi sunt in stationem.*

*XXXIV. Horem montem, juxta fines terræ Edomæorum: [Num. XX. 22, 23. & XXXIII. 37.] sive Moseram, Deut. X. 6. ubi Israelitæ ex Beeroth bene Iakân, sive puteis filiorum Iakân (statione XXVIII.) huc pervenisse dicuntur; sed prius peragrata Gudgoda sive Horbagdad, Iobatha, & reliquis interjectis stationibus. Nam quod verſu 7. inde Gudgodam, & Gudgoda Jotbatham venisse dicuntur: inde, non ad Moseram, sed ad Beeroth referendum est: ut à viris doctis jam pridem hic est annotatum.*

#### QUINTI mensis.

*Die 1. (August. 18. fer. 3.) anno 40. ab exitu Israelitarum è terra Ægypti; Aaron Moseral in vertice montis Hori moritur, anno ætatis 123. filio Eleazare in summo Sacerdotio successore relicto. [Num. XX. 23.-28. XXXIII. 38, 39. Deut. X. 6.]*

*Aaronis mortem desseverunt Israelitæ 30. diebus [Num. XX. 29. toto videlicet 30. illo mense. SEXTO mense.*

*Audiens rex Aradi, australem partem Cananæ inhabitans, adventare Israelitas; pugnavit contra eos, multosque captivos abduxit. Unde Israelitæ eorum Deo nuncuparunt: & victoriam consecuti, Cananos devotos effecerunt & civitates eorum, ex quo & ipsi loco *Horna*, id est, devotionis vel anathematis nomen datum. [Num. XXI. 1, 2, 3. & XXXIII. 40.]*

*Deinde profecti ex monte Hore, & descedentes à via campestrum, quæ ab Elatha & Ezion-gaber & mari Rubro recta ad Idumæam ducit; ad latus orientale circumvenerunt terram Edomæorum: [Num. XXI. 4. Deut. II. 8.] castrametati primum statione.*

*XXXV. Tsalmona: [Num. XXXIII. 41.] *ψαλς* sive *imagine* nomen adepta. Cum enim populus murmurans à serpentibus igneis (non dracunculis in ipso corpore natis; ut in libro 3. de*

Anno  
Mundi.

spontaneo viventium ortu cap. 51. Fortunius Licetus autumat, sed presteribus extra à Deo im-  
missis) intermeretur; intuitu imaginis serpentis ænei, iussu Dei super perticam erecti, sanatus  
est. [ Num. XXI. 5, 9. Johan. III. 14. I. Cor. X. 9. ]

XXXVI. Punon. [ Num. XXXIII. 42. ]

XXXVII. Oboth. [ Num. XXI. 10. XXXIII. 43. ]

XXXVIII. Ise-Abarim, ad terminum Moabitarum: [ c. XXXIII. 44. ] in illo videlicet  
deserto quod est ante conspectum Moabitarum ab ortu Solis; (c. XXI. 11.) & desertum Moab  
appellatur. (Deut. II. 8.) Pergentes enim in deserto illo, versùs ortum Solis terræ Moabita-  
rum iter fecerunt. [ Jud. XI. 18. ]

Inde discedentibus, ut transirent vallem vel torrentem Zeredi, vetat Deus ne bellum cum  
Moabitis miscant. [ Num. XXI. 12. Deut. II. 8, 13. ]

Zeredum verò transierunt, annis 38. postquam exploratores Kadesho Barnea missi fuerant;  
extincta jam tota ætate illa, à natis 20. annos & deinceps, quæ contra Deum tum rebellave-  
rat. [ Deut. II. 13, 16. ]

XXXIX. Dibon-Gad. Num. XXXIII. 4. ]

XL. Almon-Diblathaim: [ Num. XXXIII. 46. ] quæ & Beib-Diblathaim; in Moabi de-  
serto. [ Ier. XLVIII. 22. Ezek. VI. 14. ]

a. Israëlitis transituris terminum Moabitarum Arem. & appropinquaturis è regione Ammonita-  
rum, vetuit Deus ne cum Ammonitis hostiliter agerent. [ Deut. II. 18, 19, 37. ] Deinde ius-  
sit, ut transirent fluvium Arnonis, qui eo tempore Moabitas & Amoraos determinabat. [ Deut.  
II. 24. Num. XXI. 13. Unde castrametati illi sunt trans Arnonem; terminum tamen Moabita-  
rum non sunt ingressi. [ Deut. II. 24. Num. XXI. 13. Judic. XI. 18. ]

Inde enim profecti Beerum (ubi puteus quem foderunt principes & ingenui è populo, cum  
Legislatore Mose, scipionibus suis) Marthanam, Nahalielem, Bamothas & vallem illam quæ est  
in agro Moabitarum, ad initium collium quod respicit versùs solitudinem ( Num. XXI. 16,--  
20. ) Kedemotharum sc. ( Deut. II. 26. ) ibi tandem confederunt, in statione.

XLI. Montibus videlicet Abarimorum ante Nebuntem. [ Num. XXXIII. 47. ] Priores enim  
illas non stationes Israëlitarum fuisse ait Tremellius, [ in Num. XXI. 12. ] sed loca per quæ  
transiverunt, antequàm Moses legatos ad Amoraum mitteret. Quamquam Chaldæi paraphra-  
stæ, non ut nomina propria sed ut appellativa accipientes, de aquis putei ( ut petra, I. Cor. X.  
4. ) Israëlitas ad torrentes sequentibus interpretantur, & à torrentibus ad montes, & à mon-  
tibus ad vallem Moabitarum.

E deserto Kedemotharum miserunt Israëlita nuncios ad Sihonem Emoraum, regem Hesbo-  
nis, ut pacificè eos transire permitteret per extrema regionis suæ ( quemadmodum Edomæi &  
Moabite fecerunt) quæ brevi itinere ad vada Jordanis eos deducebant. Illo verò renuente, &  
prælio cum eis ad Jahasam congregiente, Israëlita, eo percussio, occupaverunt omnes civitates  
illius & in eis habitaverunt. Deut. II. 24,--36. Num. XXI. 21,--31. Judic. XI. 19,--22. ]

Deinde misit Moses ad explorandum Jazerem: quam ceperunt cum oppidis ejus, Amotro in-  
de expulso. [ Num. XXI. 32. ] Atque ita univèrsium Sihonis regnum Israëlita occupaverunt; ab  
Arnone fluvio, Moabitarum termino, [ Num. XXI. 13. XXII. 36. ] usque ad torrentem Jabboki  
Ammonitarum litem: [ Deut. II. 16. Josu. XII. 2. & XIII. 10. ] toto tamen tractu ip-  
sius Jabboki, omnibusque ad Ammonitis & Moabitas eo tempore spectantibus, prout Deus  
iussit, intactis relictis. Deut. II. 9, 19, 37. ] Unde quum post annos 264. conquererentur Am-  
monitæ, Israëlitas cepisse terram suam, ab Arnone ad Jabbokum & Jordanem usque: à Jeph-  
thaco rectè illis est responsum, non attigisse eos terram vel Moabitarum vel Ammonitarum;  
sed Sihone devicto, totum terminum Amoraorum, ab Arnone usque ad Jabbokum, hæredi-  
tario jure possedisse. [ Judic. XI. 13, 15, 22, 23. ] quamquam verum etiam fuerit, Sihonem  
Amoraum prius, ut à Vahabo rege Moabitarum Hesbonem & totam regionem ejus Arno-  
nem usque, [ Num. XXI. 14, 26, 28. ] ita etiam ab Ammonitis dimidiam eorum terram ad-  
emisse Arociem usque, quæ est ante conspectum Rabbæ ( Ammonitarum. Deut. III. 11. ) Eam  
enim Ammonitarum primum fuisse, deinde ab Amoraïs ablatam tribui Gadis fuisse assigna-  
tam, ex Josu. XIII. 25. intelligimus.

Ascendentibus Israëlitis via ad Basanem, Og rex Basanis, ex residuo Gigantum, prælio cum  
eis congressus ad Edrein, simul cum toto suo populo deletus est; Israëlitis regionem illius occu-  
pantibus, 60. nimirum civitates cum toto tractu Argobi [ Deut. III. 1,--11. Num. XXI. 33,  
34, 35. Amos. II. 9. ] Totum verò tractum illum Argobi usque ad terminum Geshuritarum  
& Mahacathitarum cepisse dicitur Jair filius Manassis, & vocavisse villas Basanis à se captas,  
de nomine suo, Havob-fair. [ Num. XXXII. 41. Deut. III. 14. ] Qui quidem Segubi è  
tribu Judæ filius fuit; sed Manassitis accensus, tum hereditatis ratione, tum etiam avia. Filia  
enim Machiris Manassite, patris Gileadis, Hezroni sexagenario Segubum peperit, patrem  
Jairis hujus: ut in I. Chron. II. 21, 22. legimus, ubi porro etiam additur; Jairem possedisse 23.  
civitates in terra Gileadis, cepisseque Geshurem & Aramum (secundum meliores interpretes)  
cum villis Jairis, Kenatham quoque cum villis ejus, 60. civitates. Licet sub eo Kenatham cum  
villis ejus Nobachus ceperit, & de nomine suo Nobachum appellaverit. [ Num. XXXII. 42. ]

Post has victorias profecti Israëlita à montibus Abarimorum, castrametati sunt in campestribus  
Moabitarum cis vadum Jerichuntinum Jordanis, à Beth-jeshimoth usque ad Abel-thittim

[ Num. XXII. 1. & XXXIII. 48, 49. ] Unde statio eorum.

XLII. *Shittim*, [ Num. XXV. 1. ] vel *Abel-shittim*. [ c. XXXIII. 49. ] ubi permanferunt, donec sub Josua inde profecti, ad Jordanem pervenerunt. [ Josu. III. 1. ]

Balak filius Zipporæ, rex Moabitarum, omnia quæ Emoreis fecerant Israëlita considerans, ne speciè transitus regnum ejus occuparent vereri cœpit. Itaque consilio cum vicinorum Midianitarum Senatoribus communicato, Balaamum filium Beoris hariolum, ut Israëlitis malediceret, magna mercede proposita, ex Mesopotamia accersit: de re bello cum eis experiunda postea cogitans, [ Num. XXI. 1,--6. Deut. XXXIII. 4. Josu. XXIV. 9. ]

Balaamus venire primum recusat, de voluntate Dei admonitus: iterum vocatus, veniam abeundi extorquet; & cum animo maledicendi Israëlitis proficiscitur. Unde offensus Deus, ut subjugis asina muta, humanâ voce locuta, inhiberet Prophetæ dementia effecit. [ Num. XXI. 7, 35. II. Pet. II. 15, 16. ]

Balaamus, præmissis sacrificiis, bis conatur Israëlitis maledicere, morem Balako gerens: sed spiritu Dei adactus, eisdem benedicit; & felicia eis, infelicia verò eorum hostibus coram Balako prænunciat, [ Num. XXIII. & XXIV. Deut. XXIII. 5. Josu. XXIV. 10. ]

Balaami consilio subornatæ Moabiticæ & Midianiticæ femine Israëlitas in Idololatriam & scortationem induxerunt. [ Num. XXV. 1, 2, 3. XXXI. 16. Deut. IV. 3. Psal. CVI. 28. Apocal. II. 14. ] Quamobrem edixit primum Deus Mosi, ut duces omnes maleficiorum coram Sole suspenderentur: deinde Moses judicibus, ut reliquos occiderent qui copularunt se idolo Peoris. Et irrupente in illos plaga Dei, ceciderunt ex eis uno die 2300. [ I. Cor. X. 8. ] quibus addito suspensorum & gladio confosorum numero, summa fit 24000. [ Num. XXV. 4, 5, 9. ]

Phineas, Eleazari filius, occidens Zimri filium Salu principem paternæ familiæ ex Simeonitis & Cozbi filiam Suris principis Midianitarum, iram Dei avertit, & plagam illam coarctavit, [ Num. XXV. Psal. CVI. 30. ] Deus, Phineaso propter zelum suum sacerdotio perpetuo adjudicato, bellum in Midianitas imperat. [ Num. XXV. 12, 13, 17, 18. ] Moses & Eleazarus, Deo jubente, in campestribus Moabitarum secundum Jordanem ex adverso Jerichuntis, populum à nato 20 annos & deinceps numerantes, 601730 invenerunt: Præter Levitas, quorum census à nato uno mense & deinceps erat, 23000. Terræ promissæ inter eos distribuendæ Moses mandatum accepit. [ Num. XXVI. 1,--63. ]

Filiabus Zelopheadi hæreditas paterna, mascula prole deficiente, decernitur: eaque occasione, de jure successioinum Lex fertur. [ Num. XXVII. 1,--11. ]

Mosi mors denunciatur, & successor Josua designatur: cui manus ille imponit, mandatisque eum instruit. [ Num. XXVII. 12,--23. Deut. III. 26, 27, 28. ] Variæ leges feruntur. [ c. XXVIII. XXIX. & XXX. ]

Duodecim Israëlitarum millia, cum Phineaso, bello contra Midianitas gesto omnes eorum mares occiderunt: simul cum quinque eorum Principibus (& inter eos Sure patre Cozbi) qui Sihoni regi Amoræorum (dum viveret, subjecti fuerant; & Balaamo, qui in patriam suam rediturus [ Num. XXIV. 25. ] apud Midianitas sublitterat [ Num. XXXI. 1,--8. Josu. XIII. 21, 22. ] Ex fœminis, solæ virgines servantur. Præda inter milites qui conflixerant & reliquum populum dividitur, Deus ex illorum pro Sacerdotibus, ex hujus præda pro Levitis portionem assumit: præter res à Ducibus oblatas, quæ in Tabernaculo ad monumentum asservatæ sunt. [ Num. XXXI. 9,--54. ]

b. Terræ, quæ fuerant Sihonis & Ogi, trans Jordanem duabus tribubus Reubenis & Gadis ac dimidiæ Manassis à Mose distribuuntur: [ Num. XXXII. Deut. III. 12,--20. XXIX. 8. Josu. XIII. 8,--12. XXII. 4. ] ab Arnone fluvio usque ad montem Hermonem (qui & Shenir & Sirion & Sion est dictus) Anti-Libano contiguum. [ Deut. III. 8, 9, IV. 48. Josu. XII. 1. XIII. 9, 11. ]

Deus Israëlitis terram ingressuris mandata dat; de Cananeis eorumque idolis exterminandis. [ Num. XXXIII. 50,--56. ] de terræ cis Jordanem terminis, ejusque inter tribus novem & dimidiatam Manassis distribuendi ratione. [ c. XXXIV. ] 48 civitatibus Levitarum, & 6 refugii; [ c. XXXV. ] quarum tres trans Jordanem ab ipso Mose designatæ sunt. [ Deuter. IV. 41, 42, 43. ]

#### UNDECIMI mensis.

Die 1 (Februarii 20 die Sabbati) ab exitu ex Ægypto anno 40 in campestribus Moabitarum, Moses concionem ad populum Israeliticum habuit, quæ ab initio Deuteronomii [ c. I. 1, 3, 6. ] usque ad cap. IV. vers. 40. continetur: eamque postea, usque ad cap. XXVII. continuavit.

Moses cum Senioribus Israelis, præcipit populo, ut trajecto Jordane lapides oblitos calce inscripto Decalogo erigant: ritumque benedictionis in monte Garizim & maledictionis in monte Ebal præscribit. [ Deut. XXVII. ] deinde ipse, propositis præmiis ad legis Dei observationem hortatur, & comminationibus ab ejus violatione absterret. [ c. XXVIII. ]

Moses jussu Dei, fœdus in Horebo pactum cum Israëlitis Jordanem trajecturis & eorum posteris renovat: ejusque observationem, partim beneficiis & promissis, partim terroribus & minis, urget. [ c. XXIX. ] Veniam tamen & liberationem proponit ex animo respicientibus: & divinam voluntatem populo ita patefactam fuisse docet, ut nullus sit futurus in posterum prætextui ignorationis locus. [ c. XXX. ]

Moses scriptam hanc legem Sacerdotibus filiis Levi & omnibus Senioribus Israelis tradit: eamque septimo quoque anno in festo Tabernaculorum, publicè legi jubet. Scripsit quoque Canticum suum die illo, & Israelitis illud docuit. Quumque absolvisset scribere verba Legis hujus in libro: à lacere Arca fœderis eum reponendum curavit. [c. XXXI.] Canticum vero illud excellentissimum in XXXII. Deuteronomii capite habetur.

Moses, paulo post moriturus, singulis tribubus (Simeonis exceptâ) prophetice benedicit: quod extremum ipsius Testamentum in XXXIII. Deuteronomii capite continetur.

DUODECIMO mense.

Ascendens Moses à campestribus Moabitarum in montem Nebuntis, quæ pars fuit Abatimorum, è vertice illius collis qui est in conspectu Jerichuntis rotam terram circumquaque prospexit: atque deinde mortem obiit: [Num. XXVII. 12, 13. Deut. III. 23, 29. XXXII. 49, 50. XXXIV. 1, 2, 3.] annos 120 datus. [c. XXXI. 2. XXXIV. 7.] cujus temporis tertiam partem in imperio eum exegisse, uno mense minus, non male in fine 4 libri Antiquitatum scripsit Josephus: quippe mortuum ultimo anni mense; primâ videlicet mensis illius die, qui à Macedonibus *Dystrus*, ab Hebræis *Adar* appellatur, quod cum sequentium historiarum serie magis convenit, quam posteriorum Hebræorum traditio; qui ad septimum diem mensis Adar obitum illius referunt: ut in Seder Olam rabba cap. 10. libro *הקשר* sive *Excessus* Moses. Proemio Maimonidæ in librum *Misnaioth*, & hodiernorum Judæorum Kalendaris videre licet; qui memoriam mortis ejus hoc die solenni Jejunio adhuc celebrant.

A monte in vallem translatus Moses corpus, in terram Moabitarum è regione Beth-Peoris, sepelivit Dominus: neque novit quisquam sepulchrum ejus usque in diem hunc. [Deut. XXXIV. 6.] Hanc vero vallem in terra Sihonis regis Amoræorum, ab Israelitis acquisita, positam fuisse, ex [Deut. IV. 46.] & Beth-Peorem ipsam tribui Reubenis assignatam fuisse, ex *Josua* XIII. 20. apparet. Unde, quum hic in terra Moabitarum sepultus fuisse dicatur Moses (sicut & Deut. XXIX. 1. in eadem fœdus fuisse renovatum: ) terra quæ Moabitarum fuerat, sed cum aliis (ut ex *Num.* XXI. 26. ostensum est) à Sihone illis fuit erepta, & nunc ab Israelitis possessa, intelligenda est.

Michael Angelus (ut in Judæa epistola legitur) adversus Diabolum de Moses corpore disceptavit: quod Diabolus patefacere voluit, ut Judæis occasionem idololatriæ ministraret; quemadmodum Chrysostomus Homil. 1. in Matth. Theodoretus in Deuteronom. quæst. 43. Procopius Gazeus in Deuteronom. & alii opinantur, licet Judæos hujusmodi *κατασκευασία* deditos unquam fuisse, nusquam reperiamus. Hujusmodi Michaelis cum Diabolo disceptatio, in libro apocrypho *Αναλογία Μωυσεως* olim ferebatur: ut apud Originem, *ἀπὸ ἀρχῆς* lib. 3. cap. 2. & Gelasium Cyzicenum, in Act. Concil. Nicen. par. 2. cap. 20. videre licet. Cui consimilis etiam apud Hebræos in *הקשר* R. Nathan habetur commemorata.

Atque hic finitur Pentateuchus, historiam annorum 2552 cum dimidio, ab initio mundi complectens: & libet Josuæ, cum anno 41 exitus ex Aegypto incipit.

PRIMO mense.

c. Josua in vocatione sua à Deo confirmatus, [Jos. I. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.] Shittimis duos exploratores ad urbem Jerichuntinam pramissit: qui à Rahaba in diversorio excepti, & clam dimissi; triduo in montibus se abscondentes, demùm ad Josuam reversi sunt. [cap. II.]

Jubetur populus ut viaticum (si quod præter Manna, quod nondum cessaverat, esset necessarium) sibi pararent: quandoquidem post tres dies trajecturi essent Jordanem. [c. I. 10, 11.]

Mane profecti Shittimis, pervenerunt usque ad Jordanem, & pernoctarunt ibi. [c. III. 1.] Tertio die (à mandato illo, ut videtur, de parando viatico) jussus est populus sanctificare se ad transitum Jordanis in sequentem diem. [c. III. 2, 3, 4.]

Die 10 mensis primi (*April. 30 feria 6*) eodem videlicet die quo agnus Paschalis erat seligendus, Israelitæ, duce Josua typo Jesu Christi, ex Jordane ascenderunt in promissam terram Cananæam, cœlestis patriæ typum, pedibus emensi fluvium, divisus ejus undis qua tempestate omnes suas ripas superare solitus est. In cujus miraculosi transitus memoriam, 12 lapides in medio Jordane erexit Josua; totidemque è medio Jordane sublatis in proxima Gilgalis statione collocavit. [c. III. 17, 18.]

Die (ut videtur) sequente, Josua circumcisionis usum, per 40 annos interruptum, restauravit Gilgale: ubi circumcisi confederunt, donec sanitatem recepissent. [c. V. 2, 3, 4, 5, 6.]

Die 14 mensis 1 (*Maii 4 feria 3*) vespere, Israelitæ Pascha primum in terra Cananæa celebrarunt. [c. V. 10.]

Postridie Paschatis (*Maii 5 feria 4*) comederunt ex annona ipsius terræ, panes azymos & tostum igne frumentum. Cessavitque Manna postridie quam comederent de annona terræ: neque fuit deinceps filiis Israelis Manna, sed comederunt de proventu terræ Cananæa anno illo. [c. V. 11, 12.]

Jesus Dominus noster, princeps militiæ Patris sui, Jesu typico ad Jerichuntem stricto gladio apparens, promittit se populum defensurum. [c. V. 13, 14, 15.]

Jericho, circa ipsam Arca Domini circumducta, septimo die, mœnibus Sacerdotalium tubarum clangore sponte collapsis, expugnata, interneconi devota est; sola Rahaba, cum suis, servata. [c. VI.] quæ Salmoni è tribu Juda postea nupta, Boazum peperit. [Matth. I. 5.]

Israelitæ oppugnantes Ajum, propter sacrilegium Achaniis ope Dei destituti, cæduntur.



Sceleris auctor forte deprehensus, lapidibus obruitur, & una cum liberis ac pecudibus comburitur. [ c. VII. ] Deo ita reconciliato, Ai per insidias capta & funditus eversa est; cæsis hostium 12 millibus. [ c. VIII. 1, 29. ]

Altare, ex Legis præscripto, in monte Ebalis ad sacrificandum erigitur, Decalogus lapidibus insculpitur, Benedictiones & maledictiones in montibus Ebalis & Garizimorum recitantur, Liber legis coram universo populo legitur. [ c. VIII. 30, 35. ]

d. Fama successus Israelitarum commoti, Cananæi reges, in eos conspirant: Gibeonitæ contra astu vitam ab eis fœdere obtinent; sed ad servilia officia pro domo Dei obeanda deputantur. [ c. IX. ]

Adoni-fedek rex Hierosolimorum, cum regibus Hebronis, Jarmuthi, Lacishi & Eglonis, audita defectione Gibeonitarum, civitatem eorum conjunctis viribus oppugnaverunt. Josua, soluta obsidione, quinque illos reges persequutus, percussit eos Azekam & Makkedam utque. Quo tempore, Sol supra Gibeonem & Luna supra convallem Ajalonis in medio cælo quasi diem integrum substitit; donec vindictam sumpsisset Israel de hostibus suis. [ c. X. 1, 14. ] Ubi, duo Laur. Codomanus observat, I. *Cum Ajalon vix uno milliari Germanico distet à Gibeone versus occasum; verisimile esse, Lunam tum fuisse decreescentem & falcatam.* II. *Cum ambo luminaria simul stare ceperint ac deserint; moram illam calculum Astronomicum non impedire, quemadmodum in concentibus Musicis salva manet harmonia nec soni discrepant, si voces in signo convenientiæ conquiescant, & postea simul, juxta suas cujusque notas, cantum pergunt absolvere.*

Josua victoriam persequente, quinque reges fugientes absconderunt se in quadam spelunca Makkeda: cujus ori lapidibus magnis obvolutis, jussu Josuæ, custodia est apposita; donec, hostibus Israelis maxima cæde percussis, qui ex eis supererant in civitates unitas essent ingressi. Tum vero, toto populo incolumi in castra ad Josuam Makkedam reverso, è spelunca educti, & à Ducibus exercitus calcati, & è quinque lignis usque ad vesperam suspensi, in eadem spelunca magnis lapidibus denno obstructa sepulti sunt. [ c. X. 16, 27. ]

Atque ita negotiosissimus annus ille Mundi 2553 finem accipit: in cujus priorie semestri per Moysen tota terra trans, in posteriore per Josuam magna pars terræ cis Jordanem est occupata; in ipso vero anni medio, cessante Manna de proventu Cananææ populus Israeliticus cepit vivere.

2554 a. Ab autumno hujus anni, quo post cessationem Manne terram primum ferere Israelitis contigit, numerandus est 1. annus *næ jacobitæ*, & radix annorum Sabbaticorum hic figenda. [ *Exod. XXIII. 10, 11. Levit. XXV. 2, 7. Deut. XV. 1, 9. & XXXI. 10.* ]

Devictis quinque regibus, omnes reliqui conjunctis copiis sese Israelitis opposuerunt; contra quos diebus multis Josua bellum gessit. [ *Josu. XI. 1, 18.* ] toto videlicet sexennio; ut mox videbimus.

2559 c. Josua, jam senex, terram cis Jordanem novem tribubus & dimidiatæ Manassis dividere à Deo jubetur. [ c. XIII. 1, 7. ] Unde is, Gilgale primum (ubi Dei Tabernaculum & Israelitarum castra eo tempore commorabantur) tribubus Judæ & Ephraimi & dimidiæ illi Manassis hæreditates distribuit. [ c. XIV. 6. XV. XVI. XVII. ]

d. Quo tempore Caleb Jephunnæ filius, annis 45 postquam ad explorandam Terram à Mose missus fuerat, Hebronem, cum montanis Judææ pro hæreditate petit; ad Anakæos gigantes inde expellendos operam suam offerens. [ c. XIV. 6. 10. 13. ]

Neque tamen permisit Josua (ut recte hic à Tremellio est notatum) ut Hebronem propriis viribus aggrediretur Caleb; sed ipse cum toto Israele eam oppugnavit, & captum Caleb tradidit. (agros nimirum & villas illius: urbe ipsa una cum suburbiis, pro civitate refugii seposita, & Sacerdotibus assignata. [ *Josu. XXI. 11, 12, 13. I. Chronic. VI. 55, 56, 57.* ] Nondum enim captam fuisse vel Hebronem vel Debirum (ad hæreditatem Calebi utramque spectantem) neque excisos Anakæos; ex XIV. & XV. Josuæ capite colligitur. ut quæ ob materiæ cognitionem; in libro Josuæ à versiculo 28. cap. X. usque ad finem cap. XI. & in primo libri Judicum capitulo à 9 ad 17 versum narrantur; huc omnino referenda esse videantur.

Quum enim, tribubus filiorum Judæ & Josephi hæreditate assignata, magna adhuc Cananææ pars à Gentibus possideretur; prius quam in terræ distributione ulterius procederet, Josua cum Israelitico exercitu Gilgale profectus, Makkedam cepit eodem (quo eam oppugnavit) die, & Libnam similiter: Regibus & incolis utriusque interfectioni devotis. [ *Josu. X. 28, 29, 30.* ]

Inde cum exercitu progressus Joshua, Lacishum die (ab obsidione) secundo cepit, & percussit acie gladii. Cumque ascenderet Horamus rex Gezeris ad suppetias illi ferendas; percussit eum Josua & populum ejus, adeo ut non facerent ei reliquum superstitem. Atque inde Eglonem pergens, eodem (quo obsedit) die eam cepit, & similiter percussit acie gladii. [ c. X. 31, 35. ]

Ascendens deinde Josua & totus Israel cum eo Eglone Hebronem, expugnaverunt eam: novumque ejusdem Regem (prior enim ante sexennium suspensus fuerat) & omnes civitates ejus percusserunt gladio. [ c. X. 36, 37. ] unde Calebus tres illos gigantes expulit, filios Anaki, (ante annos 45 ibidem nominatissimos; [ *Num. XIII. 22, 33.* ] Sheshai, Ahiman & Talmai. [ *Jof. XV. 14.* ]

Deinde, meridiana parte relicta, Gilgalem versus tendens Josua cum Israelitico exercitu Debirum oppugnavit, [ c. X. 38 ] cujus nomen antea fuerat *Kiriath-sepher*. Ubi, Caleb

filiam

Anno  
Mundi.

filiam suam Urbem occupaturo pollicente; cepit eam agnatus ejus Othoniel Kenazi filius: duxitque filiam ejus Aclam in uxorem, acceptis etiam cum ea scaturiginibus aquarum [ *Jos. XV. 15--19. Judic. I. 11,--15.* ] Capta vero Urbe, novum illius Regem ( altero ante sexennium suspensio ) & omnes civitates ejus percusserunt Israelitæ acie gladii. [ *Iosu. X. 39.* ]

Denique percussit Josua totam regionem, montanam, & australem, & planam, & decursibus irriguam, & omnes Reges earum: inde à Kadesho Barneæ, Gazam usque: totamque terram Goshenis ( in sorte tribus Judæ: *c. XV. 51.* ) Gibeonem usque. Omnesque istos Reges & terram eorum cepit Josua vice una, hoc est, una expeditione & uno quasi impetu: Deo pugnante pro Israele. Atque tum demum, cum toto Israelitico exercitu, ad castra Gilgalem reversus est. [ *c. X. 40,--43.* ]

Reliqui reges ( cum quibus Josua longo tempore bellum gesserat ) his auditis, conjunctis copiis Israelitas statuunt invadere: sed inopinantes oppressi caduntur, & tota eorum regio occupatur; [ *c. XI. 15--16.* ] à monte quo ascenditur Seirem ( qui Edomæa erat terminus ) usque Baal-Gadem in convalle Libani, sub monte Hermonis. [ *c. XI. 17. XII. 7.* ]

Tempore illo veniens Josua, exiit Anakeos gigantes cum civitatibus eorum è montanis, ex Hebrone, ( opera tribus Judæ: *Jud. I. 10.* ) & Debiro, ex Anabo, & ab omnibus montanis Judæ & Israelis. Atque ita capta tota terra, dedit eam in possessionem Israelitis, secundum partitiones eorum ( ut anno sequente videbitur ) per tribus eorum. [ *Ios. XI. 21, 23.* ] Et *quiescit* terra à bello. [ *c. XI. 23. & XIV. 15.* ]

1560 a. Annus septimus à Terra primum ab Israelitis coli cæpta, idemque primus Sabbaticus in ea ab illis actus: quum à Jesu typico in *requiem* fuissent adducti, quæ Sabbatifici populo Dei per verum Jesum, acquirendi umbra erat & figura. [ *Hebr. IV. 8, 9.* ] Atque hinc annorum *Jubilæorum*, sive quinquagesimorum, epocha est deducenda. [ *Levit. XXV. 8,--13.* ]

Mensis VII. die 15, ( *Novem. 5. die Sabbati* ) Israelitæ festum Tabernaculorum, in Tabernaculis ex ramis arborum confectis, ( juxta legem, *Levit. XXIII. 39, 40.* ) majore celebrasse videntur studio, quam temporibus Judicium & Regum postea est factum. [ *Nehem. VIII. 17.* ]

Quum Dominus Israelitis esset daturus quietem ab omnibus inimicis suis circumquaque, ita ut habitarent secure; statuendus erat locus quem ipse eligeret ad collocandum nomen suum ibi. [ *Deut. XII. 10, 11.* ] Congregati igitur universi *Shilantem*, Tabernaculum conventus ibi collocaverunt; postquam *terra domita fuisset coram eis.* [ *Jos. XVIII. 1.* ] *Shilo* vero ( ubi Tabernaculum deinceps, simul cum Arca fœderis, per annos 328 quiescit ) tum ex nominis significatione tum ex loci situ, eadem videtur esse & *Salem*. Ut enim *שלם* pacificum denotat & tranquillum: [ *Gen. XXXIV. 21. Nabum. I. 12.* ] ita & *שלום* [ *Dan. IV. 1.* ] unde & *Messias Shiloh* [ *Gen. XLIX. 10.* ] appellatus existimatur; quod non ipse modo pacificus esset & tranquillus, sed etiam æternæ pacis & tranquillitatis nobis auctor: cum typo ipsius Melchisedeko, existens *Rex Salem*; quod est, *Rex pacis.* [ *Hebr. VII. 2.* ] curus quidem Melchisedeki palatium suo tempore ostensum fuisse in urbe *Salem*, prope quam Johannes baptizabat, [ *Johan. III. 23.* ] in Epist. 126, ad Evagrium refert Hieronymus: quæ, *Gen. XXXIII. 18.* ( juxta ipsius & LXX. interpretationem ) *urbis Sichimorum* appellatur; quod in agro Sichemitano, ut *Shilo*, [ *Jos. XXIV. 25, 26. cum XVIII. 1. Gen. XXXV. 4. Jud. IX. 6. & XXI. 19. collat.* ] esset posita.

Reliquis septem tribubus, terræ quæ supererat descriptione in libro facta hereditates assignatae sunt: [ *Jos. c. XVIII. & XIX.* ] atque ita, post deletas 7 gentes in terra Canaan, distributioni terræ finis est impositus; annis post electionem Patrum *circiter* 450. [ *Act. XIII. 17, 19, 20.* ] A nato enim femine promisso Iſaako hucusque anni 452, à rejecto Iſmaele 447 effluxerunt: utrobique, *circiter* 450.

d. Ex universa terra, tam ultra quam citra Jordanem, urbes 48 à Levitis habitandæ, feceruntur: aſylis, ad quæ cedis minus voluntarie rei confugerent, in sex earum constitutis. [ *Jos. XX. XXI.* ] atque ita terram promissam possederunt Israelitæ: dante illis Deo *requiem* circumquaque, secundum omnia quæ patribus eorum juramento promiserat. [ *c. XXI. 43, 44.* ] unde copiae auxiliares, è Reubenitica, Gaditica, & dimidia Manassis tribu accitæ, *requie* hac fratribus à Deo jam præstita, cum benedictione Josuæ, ad possessiones suas, quas à Moſe trans Jordanem acceperant, redierunt. [ *c. XXII. 4. cum c. I. 13, 15. & Num. XXXII. 21, 22.* ]

Quum illi vero, ad suos in Peræam revertentes, ad transitum Jordanis in Cananæ terminis magnum altare extruxissent: reliquæ tribus, à Deo defecturos suspicæ, de bello eis inferendo cogitabant. Verum, misso ad eos Phineaso Eleazari summi Sacerdotis filio, cum decem aliis principibus, ubi non ad sacrificandi usum, sed ad testandam suam cum reliquo populo Israelitico communionem, erectum fuisse Altare rescivissent; mutatis animis, à proposito desisterunt. [ *Jos. XXII.* ]

2561 Josua civitatem Timnath-Seræ, in monte Ephraim, ædificavit: in qua & longo post *quiescit* Israel à Deo datam tempore, habitavit; & 110 annorum senex ( quæ eadem & Josephi, in fine Geneſeos, ætas fuerat ) demum moriens, sepultus est. [ *c. XXIII. 1. XXIV. 29, 30.* ]

2591 d. Quum tempore *discessus* Josuæ & superstitum illi seniorum ( qui, jam adulti cum exirent

3270 1444

3271 1443

3301 1413

cx

Anno Mundi.	24	ÆTAS MVNDI IV.	Anno Periodi Julianæ.	Anno- re- aræ Christi.
		ex Ægypto, observare poterant mirabilia quæ Deus fecerat Israel) mortem infecuta, faciente unoquoque quod rectum videbatur in oculis suis, ea contigissent quæ in quinque postremis capitibus libri Judicum (de Michæ & Danitarum idololatria, belloque Benjaminico & ejus causis) commemorantur; & successit ætas Dei immemor, quæ cum Canaanitis gentibus conjugia misceret, & idola earum coleret: irritatus Deus, in manus Cushanis Mesopotamiæ regis Israelitas tradidit. Quæ prima oppressio, octo tantum annorum fuit. [ <i>Judic. II. 7, 10. &amp; III. 6, 7, 8.</i> ]		
2599	d.	Othoniel Kenasi filius, (Calebii gener; <i>Iosu. XV. 17. Jud. I. 31.</i> ) è tribu Judæ judex, & vindex à Deo suscitatus, Cushane debellato, libertatem Israelitis restituit. <i>Et quievit terra anno quadragesimo</i> ; post quietem à Josua in ea primum constitutam. [ <i>Judic. III. 9, 10, 11.</i> ]	3309	1405
2609	a.	Jubilæus primus in terra actus.	3318	1396
2658	a.	Jubilæus secundus.	3367	1347
2661	d.	Post mortem Othonielis, iterum peccantes Israelitæ, traditi sunt in manus Eglonis regis Moabitarum: qui adjunctis sibi Ammonitis & Amalekitis, Israelem percussit, & civitatem Jerichuntis occupavit. Fuitque hæc secunda oppressio, annorum octodecim. [ <i>Jud. III. 12, 13, 14.</i> ]	3371	1343
2679	d.	Ehud Geræ filius, è tribu Benjaminica (non diu ante ad internecionem pene deleta) vindex populi à Deo suscitatus, simulata legatione, Eglonem (pugione in ventrem adacto) in cœnaculo interemit: deinde prudenti fuga elapsus, Israelitarum copiis in monte Ephraimi coactis, decem robustiorum Moabitarum millia percussit. <i>Et quievit terra anno octuagesimo</i> ; post quietem priorem, ab Othoniele restitutam. [ <i>Jud. III. 15, 30.</i> ] Post eum etiam Shamgar, Anathi filius, sexcentos Philistæos occidit stimulo bovis vindicavitque & ipse Israelem. ( <i>ibid. vers. ult.</i> )	3389	1325
2682		Belus Assyrius in Babylonia, post Arabas, regnavit annis 55. [ <i>Jul. African.</i> ]	3392	1322
2699	d.	Israelitæ, post mortem Ehudis ad peccata redeuntes, traditi sunt à Deo in manus Jabinis regis Canaanis; qui regnavit Hazore, & habuit 900 currus ferreos. Duravitque hæc tertia oppressio annos viginti. [ <i>Jud. IV. 1, 2, 3.</i> ]	3409	1305
2707	a.	Jubilæus tertius.	3416	1298
2719	d.	Debora Lapidothana prophetissa (quæ eo tempore Israelem judicabat in monte Ephraimi) & Barak Nephtalia Abinoami filius, Israelitarum copiarum Dux constitutus, conflictu ad aquas Megidduntinas inito, Siferam principem militiæ regis Jabinis profligavit: eoque à Jaele, uxore Heberis Kenitæ, paxillo in tentorio occiso; Debora carnine epinio victoriam celebravit. <i>Et quievit terra anno quadragesimo</i> ; post quietem priorem, ab Ehude restitutam. [ <i>Judic. IV. &amp; V. 31.</i> ]	3429	1285
2737		Ninus Beli filius, Assyriorum fundavit Imperium: qui 520 annis superiorem Asiam obtinuerunt, ut in libro 1. cap. 95. Herodotus author est, quem & in Operis sui initio Appianus Alexandrinus est secutus. Exiguam quandam Asiæ partem sub illorum ditione fuisse, in 1 <sup>o</sup> Romanarum Antiquitatum libro, confirmat diligentissimus hujusmodi rerum investigator Dionysius Halicarnassensis, Ninum tamen, cum Ariæo Arabum rege societate inita, annis 17 Asiam totam, præter Indos ac Bactrianos, in potestatem suam redegit, & Bactrianos demum cum rege suo Zoroastre superavisse, in 2 <sup>a</sup> Bibliothecæ suæ libro, ex Ctesia Cnidio refert Diodorus Siculus, de quo Justinus quoque, ex Trogi Pompeii historiarum libro 1. <i>Domitis proximis, cum accessione virium fortior ad alios transfret. &amp; proxima quaque victoria instrumentum sequentis esset; totius Orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre rege Bactrianorum fuit; qui primus dicitur artes magicas invenisse, &amp; mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse. Hoc occiso &amp; ipse decessit.</i> Annos regni 52 illi tribuunt Julius Africanus & Eusebius.	3447	1267
2752	d.	Israelitæ, denuo peccantes, in manus Midianitarum deduntur. Quæ quarta oppressio, annorum septem fuit. [ <i>Jud. VI. 1.</i> ]	3462	1252
2756	a.	Jubilæus quartus.	3465	1249
2759	d.	Oppressi Israelitæ, ad Dominum clamantes, à Propheta redarguuntur. Gideon Manassites, Joashi Abiezritæ filius, ab Angelo Domini ad eos liberandos excitatur. Idem, Dei jussu, Baalis altare diruit, & lucum succendit: unde popularium suorum contentione adversus ipsum orta, nomen <i>Ierub-baal</i> (&) <i>Ierub-besbeth</i> , [ <i>II. Sam. XI. 21.</i> ] adeptus est. Ex 32 millibus, ita Deo volente, selectis tantum trecentis viris; tubis, hydriis & facibus Midianitas territans, exercitum eorum fudit; quos infecuti deinde Ephraimitæ, principes eorum Orebum & Zeebhum interemerunt. Gideon vero placatis Ephraimitis, quod ad expeditionem primum vocati non fuissent ægre ferentibus, Jordanem transiens reliquas Midianitarum copias profligavit; Succothanos & Penuelitas, qui comitatum illi denegarant, castigavit; duosque reges Midianiticos, Zabam & Zalmunnam, interfecit. Parta demum victoria tam insigni, regnum sibi & posteris suis ab Israelitis oblatum respuit: sed ex inauribus eorum aureis Ephodem constituit, quæ idololatriæ illis postea causa extitit. Atque ita, subjugatis Midianitis, <i>quievit terra anno quadragesimo</i> ; post quietem priorem, à Debora & Barako restitutam. [ <i>Jud. VI. VII. &amp; VIII. 28.</i> ]	3469	1245
2768	d.	Quamprimum vita excessit Gideon, Israelitæ ad idololatriam conversi, Baal-berith pro Deo coluerunt. [ <i>Jud. VIII. 33.</i> ] Abimelech, Gibeonis è concubina Shechemitana filius,	3478	1236

regnum

Anno Mundi.		Anno Periodi solime.	Anno ante Christum.
	regnum quod pater recusaverat affectans ; septuaginta fratres suos super unum lapidem interemit. [c. IX. 5, 8, 24, 56.]		
1769	a. Abimelech, Shecemitarum opera, Rege constituto; Jothanus, filiorum Gideonis natu minimus, qui solus fratris manus evaserat, e vertice montis Garizimi de injuria domui paternae illata cum eis expostulat, & parabola proposita ruinam eorum praedicit: deinde oratione peracta, fuga se propiciens, Beeri tutus habitat. [Jud. IX.]		
1771	d. Quum triennio super Iſraelem regnaſſet Abimelech, Gaal cum Sichemitis conjurationem adverſus eum inivit: qua per Xebulem detecta, diruta eſt urbs Sichemitana & ſale ſeminata, incolae omnes deſeri, & domus Dei ipſorum Berith ſuccenſa igni. Inde vero ad obſidionem Thebezi progreſſus Abimelech, fragmento lapidis molaris à muliere projecto primum vulneratus, deinde ab armigero ſuo conſoſſus, interiit. [Judic. IX. 22. ad ſinem. cum II. Sam. XI. 21.]	3481	1233
1772	a. Poſt Abimelechum, Tolah Puæ filius Iſſacharita judicavit Iſraelem annos 23. [Judic. X. 1, 2.]		
1781	Argon Nini filius, poſt Atyadas primus Sardibus regnavit: cujus poſteri per 505 annos, 22 vitorum ætatis, Lydorum Imperium tenuerunt, filius patri, deinceps ſuccedens; uſque ad Gandaulem Myrſi filium. [Herodot. lib. 1. cap. 7.]	3491	1223
1789	Semiramis, Derceſidis filia, Menonis primum, deinde Nini uxor, univerſae aſiæ præter Indos imperavit: vixitque annos 62, cum 42 regnaſſet: ut ex Cteſia Cnidio, reſert in libro 2. Bibliothecæ ſuæ Diodorus Siculus. ubi ſuſius res ab ea geſtas, maxime cum Stabrobate Indorum rege, ex eodem explicat. quanquam rerum Indicarum ſcriptor Megathenes (apud Strabonem libro 15 & Arrianum in Indicis) mortuam Semiramidem fuiſſe dicat, priuſquam Indiam fuerit aggreſſa. Aggeres circa Babylonem extruxiſſe eam ſpectatu dignos, narrat Herodotus. (lib. 1. cap. 184.) quum antea flumen pluviam eam omnem reſtagnare ſolitum eſſet. De eadem etiam, ex Trogo Pompeio in libro 1 <sup>o</sup> Juſtinus. Hac Babyloniam condidit, murumque urbi cæcto latere circumdedit, arena vice, b tumine interſtrato: que materia in illis locis paſſim è terra exſtat. Multa alia præclara hujus regina fuere. Siquidem non contenta acquiſiſſis à viro regni terminos iuere, Aethiopiã quoque imperio adſecit. Sed & India bellum intulit; quo, præter illam & Alexandrum Magnum nemo intravit. Ubi hiſ, quos Indiam intraviſſe dicit, Dionyſius etiam ſive Bacchus ab aliis omnibus additur: de Babylonico muro fabella illi cum aliis multis eſt communis, Semiramidi opus illud tribuentibus, quod à Rebuchadneſare & nuru ejus Nitocride longo poſt illam tempore eſt peractum. De Babylonia autem ab illa primum condita commentum, à Diodoro ſimul & Trogo (ut & à Strabone, libro 2 & 16. Geographiæ ſuæ) venditatum, non ſolum ex ſacra hiſtoria [Genef. XI. reſellitur, ſed etiam ex Eupolemo, qui (in libro aſiæ uſque ad Aſtopus, apud Euſebium lib. 9. Præparat. Evangel.) ab hiſ conditam fuiſſe retulit, qui à Diluvio evaſerunt; & Erranio (apud Stephanum Byzantinum de Urbib. in Babylonia & Euſtathium in Dyoniſ. Perieg. p. 126.) qui Babylonem annis 1002. Semiramide antiquiorem fuiſſe innuit. Qui ſi 1022. ſcripſiſſet (ſicut fortalle & ſcripſit) ab epocha Caliſthenis Babylonica, quam ſupra (ad annum Mundi 1770) ex Porphyrio propoſuimus, non multum diſceſſiſſet. Idem quoque Porphyrius, in 4. contra Chriſtianos libro, (Euſebio, lib. 1. & 10. Præparat. Euangelic. citato) de Sanchuniathon Berutio, Originum Phœnicicarum antiquiſſimo ſcriptore, verba faciens; ab Hierombalo (cujus nomen ab illo Jerubbaalis, de quo paulo ſuperius, ad 2759. Mundi annum, non multum abſudit) ſacerdote Dei Iſuo (ſive Jehovæ, Judæorum Dei) ſua illum hauſiſſe narrat; qui Abibalo Berutorum regi hiſtoriam ſuam inſcripſit. deinde Sanchuniathonem hunc reginæ Allyriorum Semiramidis temporibus fuiſſe ſubiicit; à οὐρανὸν ἵκανον, ἢ 227' αὐτοῦ 227. ἐν τῷ 227. ἔτος ἵκανον, que ante Iliaca vel circa ea tempora fuiſſe ſcribitur. quod cum noſtris rationibus probe convenit; quæ undecim annis Illo Semiramidem ſuperſtitem fuiſſe ſtatuentes, & ante bellum illud & ſub eo floruiſſe illam indicant.	3499	1215
1790	a. Eli Sacerdos naſcitur. Cum vixiſſet enim annos 98. mortuus eſt, [1. Sam. IV. 15.] anno Mundi 1888.		
1795	a. Tolæ deſuncto, & Shamire (ubi habitaverat) in monte Ephraimi ſepulto, ſucceſſit Jair Gileadita, (è tribu Manaſſis ultra Jordanem) qui Iſraelem judicavit 22. annos. [Jud. XI. 1, 2, 3.] E poſteris Jairis illius hic fuit, qui villas Argobi à ſe captas de ſuo nomine Havorb-fair appellavit: [Num. XXXII. 41. Deuteron. III. 14.] quo exemplo & filii 30 junioris hujus Jairis (qui, ad ſenioris diſcrimen, [1. Sam. XII. 11. & 1. Chron. VII. 17.] Bedan etiam dictus fuiſſe videtur) 30 illas quas ipſi obtinebant urbes Havorb-fair pariter denominabant. [Jud. X. 4.]	3504	1210
1799	a. Iſraelitæ, relicto vero Deo, variarum gentium idola colentes, in manus Philiſtæorum & Ammonitarum traditi ſunt. Quæ quinta oppreſſio, octodecim annorum fuit: [Jud. X. 8.] cum victoria de Ammonitis, initio principatus Jephthæchi, parta terminatorum.	3508	1206
1805	a. Jubilæus quintus.	3514	1200
1816	d. Hoc anno, nempe oppreſſionis 18. cum hoſtes confregiſſent omnes Iſraelitas qui erant ultra Jordanem; & trajicerent etiam Ammonitæ, ut pugnarent contra Judam, Benjaminem & Ephraimum (quos & Philiſtæi prius oppreſſerant:) Iſraelitæ Deum inſclamantes; primum graviter increpantur; deinde reſpicientes, & idola rejicientes, gratiam impetrant. [Jud. X. 8.]	3526	1188

2817	a.	Mortuus Jair, Camone sepultus est. [ <i>Ind. X. 5.</i> ] Ammonitis in Gileade, Israelitis Mizpæ ( in Gileade quoque; ) castrametantibus, [ <i>X. 17. XI. 11.</i> ] Jephthacus Gileadita à senioribus Gileadis accersitus, populi & exercitus Israelitici Dux constitutus est. Is Ammonitas, rationibus prius frustra tentatos, armis subjugavit, Rediens à prælio, Deo filiam devovit; & 42000 Ephraimitas, adversus ipsum insolentius se gerentes, trucidavit; atque Israelem sex annos judicavit. [ <i>Ind. XI. &amp; XII. 6, 7.</i> ]		
2820	c.	Troia à Græcis expugnata est: annis 408 ante primam Olympiadem.	3530	1184
2823	a.	Mortuo Jephthaco, & in Gileade sepulto; Izban Bethlehemitæ judicavit Israelem septem annos. [ <i>Iua. XII. 7, 8, 9.</i> ]	3532	1182
2830	a.	Ibzani defuncto, & Bethlehemi sepulto, successit Elon Zabulonita: qui judicavit Israelem decem annos. [ <i>Ind. XII. 10, 11.</i> ]	3539	1175
2831		Semiramis, cum concubitus filii petisset, ab eodem interfecta est, duos & XL. annos post Ninum regno potita. [ <i>Iustinus histor. lib. 1. c. 2.</i> ] & quantum 62 annorum ævum de ejusmodi incestu cogitavisse, vix videatur esse credibile: apud B. Augustinum tamen, lib. 18. de Civit. Dei cap. 2. fidem invenisse videtur. Verum de Semiramidis exitu, videnda quæ in 2 <sup>o</sup> Bibliothecæ suæ libro retulit Diodorus Siculus. Ejus filius & successor, Ninus sive Ninyas dictus, contentus elaborato à parentibus imperio, belli studia deposuit; & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in feminarum & eunuchorum turba consuevit. [ <i>Iustin. lib. 1. cap. 2. ex Trogo. Diodor. Sic. lib. 2. &amp; Athenæus lib. 12. ex Ctesia Persicorum libro 3.</i> ]	3541	1173
2840	a.	Eloni defuncto, & Ajalone in terra Zabulonis sepulto, successit Abdon Ephraimita, Hillelis Pirathonitæ filius: qui octo annis Israelem judicavit. [ <i>Ind. XII. 12, 13, 14.</i> ]	3549	1165
2848	a.	Mortuus est Abdon, & Pirathone in monte Ephraimi sepultus. [ <i>Ind. XII. 15.</i> ] Post eum, Eli summus Sacerdos ( in quo, ab Eleazari ad Ithamaris familiam translatus est summum Sacerdotium ) judicavit Israelem annos quadraginta. [ <i>I. Sam. IV. 18.</i> ] Peccantes vero iterum Israelitæ, in manus Philistæorum à Deo traditi sunt. Quæ sexta oppressio, annorum itidem quadraginta fuit: [ <i>Ind. XIII. 1.</i> ] quos, sicut cum reducta arca mensibus post mortem Eli septem terminamus, ita, pari ratione, totidem post initium principatus ipsius mensibus inchoamus; circa tertii videlicet mensis exordium, qui Sivan postea dictus est.	3557	1157
	c.	quadraginta fuit: [ <i>Ind. XIII. 1.</i> ] quos, sicut cum reducta arca mensibus post mortem Eli septem terminamus, ita, pari ratione, totidem post initium principatus ipsius mensibus inchoamus; circa tertii videlicet mensis exordium, qui Sivan postea dictus est.	3558	1156
	d.	Uxori Manœ Danitæ Zoræ apparens Angelus, eam, licet hucusque sterilem, filium parituram edocet; qui perpetuus Nazaræus esset futurus, & Israelem è Philistæorum manu liberare cœpturus. [ <i>Ind. XIII. 5.</i> ]		
2849	b.	Samson, Nazaræus, uti Angelus prædixerat, Zoræ natus est. [ <i>Ind. XIII. 24.</i> ] Cum enim post captos annos 40 oppressionis Philistæorum ( ex ejusd. cap. v. 1. & 5. ) conceptum illum fuisset conflet; & ipsum viginti annis vindicasse Israelem in diebus Philistæorum, cap. XV. 20. expresse doceamur: ultra hoc tempus nativitatem ejus non esse differendam apparet; nisi ante 18 ætatis suæ annum, Vindicis eum officium suscepisse statuerimus.	3559	1155
2854	a.	Jubilæus sextus.	3563	1151
2867	d.	Eli Sacerdote summo Judicis officium in rebus forensibus, sub Philistæorum dominatu, exeunte; è nuptiis cum fœmina Timnathana contractis quaesita occasione. Vindicis quoque partes agere Samson cœpit, quasi duodeviginti annorum tunc existens. [ <i>Ind. XIV. 4.</i> ] Cum enim die sponsalium leonem inermis occidisset, indeque ænigmatum argumentum arripuisset; in nuptiali convivio invitatis illud proposuit, sponsione interposita. Cujus mentem cum ab uxore retectam videret; accensus, triginta Alcalonitis interemptis, spolia eorum expositoribus ænigmatum tradidit, & ad domum patris rediit.	3577	1137
2868	c.	Samson, tempore messis triticæ, cum hædo visitaturus uxorem ad domum soceri venit: sed eam sibi adeptam, & alteri traditam comperit. Unde vindicte occasione arrepta, trecentas cepit vulpes: & titionibus ad caudas earum alligatis, Philistæorum segetes, vineas & oliveta succendit. Quo irritati Philistæi, uxorem ipsius, simul cum socero, combusserunt. Quos ultus Samson, inimicos magna affectu cæde: & in Etami petra confedit. Unde à tribus Judæorum millibus abductus, & Philistæis traditus, eorum mille maxilla asini percussos è medio sustulit. In quo loco, à maxilla illa <i>Lechi</i> nomen adeptus, à Samstone invocatus Deus, fisso cavo quodam terræ fontem produxit, ( <i>Enbakkore</i> , sive <i>Fontem invocantis</i> . appellatum) qui è labore sitientem & fatiscientem refocillaret. [ <i>Ind. XV.</i> ]	3578	1136
2887	c.	Samson à Dahila concubina proditus, abrafo Nazaræatus sui capillitio, Philistæis deditur: qui, erutis oculis, Gazam eum abduxerunt, & carceri compedibus æneis vincitum manciparunt. Crescentibus deinde capillis, & viribus recuperatis, Dagonis ædem, in qua Philistæorum primores omnes & maxima populi turba convenerant, dejecit: pluribus eo casu secum oppressis, quam in tota vita prius interemerat. Sepultusque est cum patre inter Zoram & Eshtaolem: quum Israelem vindicasset 20 annis. [ <i>Ind. XVI. 30, 31.</i> ]	3597	1117
2888	a.	Tanta inimicorum clade animati ( ut videtur ) Israelitæ, ad bellum cum Philistæis gerendum progressi, juxta Eben-Ezer ( ita postea à Samuele nominatam, quando anno abhinc 21 <sup>o</sup> Philistæi eodem ipso in loco ab eo devicti sunt. [ <i>Sam. VII. 12.</i> ] castra posuerunt: [ <i>Sam. IV. 1.</i> ] ubi infeliciter pugnantes, quatuor suorum millia amiserunt. Shilante deinde arca fœderis Dei accersita, tanquam de summa rerum jam decertaturi Philistæi, se invicem ut viriliter agerent sunt cohortati; <i>ne servi Hebræis fiamus, inquietes, sicut nobis fuerant illi.</i> ( <i>vers. 9.</i> )		

Unde

Anno  
Mundi.

Unde in prælio illo altero, ex parte Israelitarum 30 peditum millia ceciderunt, Arca Dei capta est, Hophni & Phineas sacerdotes filii Eli sunt occisi. Quarum rerum nuntio percussus Eli, fracta cervice, mortuus est: nurus quoque ejus, uxor Phineasi, Ichabodem enixa, expiravit. [I. Sam. IV.] Philistæi vero Arcam captivam abducenes, Azoti in Templo Dagonis collocarunt. Sed his coram ea idolo eorum concidente, & civibus partim morte, partim pudendo hamorrhoidum morbo percussis; [Psal. LXXVIII. 66.] hinc ad Gittæos, atque inde ad Ekronitas eam transferunt. Verum & illis eodem modo afflictis; post septem tandem mensium moram, ex Sacerdotum suorum consilio, cum munere honorario Arcam in terram Israelitarum remiserunt. Ubi Bethshemeshitis, tempore messis triticeæ (ingrante videlicet Pentecoste, circa initium mensis tertii,) in Arcam Dei curiosius introsipientibus, 50070 è populo morte mulctati sunt. [Sam. V. & XI. 12, 13, 19.] Inde vero deducta Arca, collocata est in domo Abinadabi in Gibeæ sive colle urbis Kiriath-jearim [I. Sam. VII. 1. II. Sam. VI. 3, 4.] quæ in tribu Judæ posita, Baalæ etiam & Kiriath-baal nomen obtinuit. [I. Chronic. XIII. 6. Jos. XV. 9. 60.] Adhuc tamen domus Dei, id est, Tabernaculum, cum cultu in eo peragi solito, Shilunte in tribu Ephraimitica permansit. [Judic. XVIII. 31. cum I. Sam. XIV. 3.]

c. Barzillai Gileadita natus est: quippe octogenarius, tempore conjurationis Absalonice. [II. Sam. XIX. 35.]

a. Jubilæus septimus.

c. Annis 20 postquam Arca fœderis Kiriath-jearimis collocata est, [I. Sam. VII. 2.] Israelitæ à Philisthæis graviter oppressi, & Samuelis opera ad Dominum conversi, abjectis omnibus idolis suis, Mizpæ conveniunt: ubi aquam hausisse, id est, lachrymarum rivos ex intimo fonte cordis eduxisse, & Domino dicuntur effudisse; (vers. 6.) adhibito etiam fortasse, huic resipiscentiæ significandæ, externo effusionis aquæ simbolo, ex [II. Sam. XIV. 14.] exponendo: quod de ipsorum tamen resipiscendum baptismo, ex [Genes. XXXV. 2. & Exod. XIX. 14.] alii malunt accipere. Hinc Deus ipse, è cælo tonitu edito, Israelitas ab invadentibus Philistæis immediate servavit. [Sam. VII. 10, 12. collat. cum Josu. X. 10, 11.] Quo divino terrore percussæ Philistæi, deseruerunt civitates Israelitarum prius occupatas: [I. Sam. VII. 14.] quibusdam stationariis militibus alieni relictiis [c. X. 5.] neque perexerunt deinceps invadere terminum Israelitarum: quandoquidem manus DOMINI contra eos erat omnibus diebus Samuelis. [c. VII. 12.] antequam regnum obtineret Saul, scilicet: sub quo Israelitas denuo (ut videbimus) miseram servitute oppresserunt. Interim vero Samuel, jam senex, ad pacis & quietis studia conversus, in partem sollicitudinis duos filios ascivit; ut populum Beershebæ judicarent: qui tamen non ambularunt in viis patris sui; sed munera accipientes, pervertunt judicium. [c. VIII. 1, 2, 3.] Sed integrum officii onus in filios suos nequaquam Samuelem rejecisse, ex cap. VII. 15, 16, 17. manifestum est: ubi mos judicandi populum ab eo, ad mortis usque tempus, observatus, declaratur; postquam regimini admoti fuissent non filii solum illius, sed rex ipse Saul.

c. Israelitæ, sanctissimi senis labore insuper habito, (quod male & illum, & Deum ipsum habuit; [c. VIII. 6, 8.] occasione ex pravis moribus filiorum ipsius (qui in præcturâ ipso exordio, quo maxima à magistratibus etiam minime bonis præstari solet moderatio, mature eripuerunt) avidè arrepta, novum & reliquis gentibus conforme regimen experierunt. [c. VIII. 4, 5.] Cujus rei altera, & verior; causa fuit; quod cum nondum à stationariis Philistæorum militibus regio eorum plene fuisset liberata, nova accessit fama apparatus bellici Nahashi Ammonitarum regis adversus eos facti: qua territi, neque Samuelis prudentiæ, neque Dei virtuti, per se Regis & vindicis illis officium præstantis (cujus recens in debellatis Philistæis jam habuerant experimentum) consili; utrumque rejecerunt, Regem novum postulantes. [c. XII. 12, 17, 19.] Unde Deus Regem illis in ira sua dedit: Hosc. XIII. 10, 11.] Saulem filium Kis, è tribu Benjamin, per spatium annorum quadraginta. [Act. XIII. 21.] quot annorum quum filius quoque ipsius Ishobeth fuisset dicatur, is regno illi succedens: [II. Sam. II. 10.] eodem tempore & illum in lucem fuisse editum intelligimus. Saul vero à Samuele (qui à morte Eli hucusque annos 21 cum dimidio judicaverat) privatim primum unctus, deinde publice coram toto populo Mizpæ Rex declaratus est. [I. Sam. X. 1. 24, 25.] Nec longo post tempore (ut ex c. XII. 12. apparet) quasi post mensē se. (ut expresse habetur apud LXX. interpretes, & Josephum lib. 6. Antiqu. cap. 5.) Jabesh Gilead à Nahasho obfessa est; & à Saule, profligatis Ammonitis, liberata. Unde totius populi conventu Gilgale habito, regnum Sauli renovatum est: [c. XI. 14, 15.] Samuele integritatem suam in munere suo exequendo confirmante, de injuria sibi illata conquerente, pluvia & tonitru messis triticeæ tempore populum terrente, atque Dei misericordia deinde proposita eundem consolante. [c. XII. 17.] Unde apparet, circa festam Pentecostes & initium tertii mensis gesta hæc fuisse: annis 21 post Arcam à Philistæis, ejusdem messis tempestate, reductam. [I. Sam. VI. 15.] è quibus ut 20 inter reductam Arcam & subactos Philistæos effluxisse, ex cap. VII. 2, 13. ita & unum inter terram à Philistæis liberatam & Saulem regem declaratum intercessisse, ex verbis illis cap. XIII. 1. colligimus. Filii anni erat Saul cum regnaret ipse; & duobus annis regnavit super Israel. quorum commodior sensus reddi non potest, quam iste: post Philistæos à Samuele subactos, unum actum esse annum, quum Saul regnare inciperet; & duobus deinde annis regnavisse illum, à jugo Philistæorum liberum. Temporibus enim inscutis.

3598 1176

3604 1110

3612 1102

3618 1096

3619 1095

2611	c. Saul imperio suo à Philistæis est exutus: populo Israelitico gravi & diuturna servitute ab eis oppresso. Qua tandem amota Saul regnum super Israellem accepisse, id est, denuo recuperasse dicitur. [I. Sam. XIV. 47.] Per multos vero annos duravisse oppressionem illam, argumentum est, quod cum octo ante natum Davidem annis ea cæperit; ante illam tamen finitam, de eodem in regno Sauli successuro pronuntiaverit Samuel. <i>Quæsit sibi Dominus virum juxta cor suum: &amp; præcepit ei Dominus, ut esset princeps super populum suum.</i> [I. Sam. XIII. 14.] Ut enim libertatis recuperandæ Israelitis spem omnem præciderent, ne arma illis suppeterent, fabros omnes ferrarios Philistæi illis abstulerunt: adeo ut, quum ad prælium esset perventum, soli ex toto populo Saul & filius Jonathan ense & hasta armati deprehenderentur. [I. Sam. XIII. 19, 22.]	3621	1093
2919	c. Jessæo Ephrathitæ, in senectute sua, [I. Sam. XVII. 12.] minimus filiorum David Bethleemi Judææ, quæ inde civitas, Davidis dicta est, [I. Sam. XX. 6. & Luc. II. 4.] nascitur: annis 30. antequam Sauli in regno succederet. [I. Sam. V. 4. cum I. Sam. XVI. 1.]	3629	1083
2941	c. Rejecto Saule, & familia ejus à regni successione exclusa, Samuel post diutinum luctum, Bethlehemum à Deo mittitur ut Davidem post eum regnaturum ungeret: annis 40. ante conjugationem Abisalomiticam. [I. Sam. XVI. 1. cum II. Sam. XV. 7.] Qui quidem, <i>Formosus pecoris custos formosior ipse,</i> à pascendo grege vocatus, [I. Sam. XVI. 11, 12, 18. cum II. Sam. VII. 3. & Ps. LXXXVIII. 70, 71.] septem senioribus fratribus prælatus, & in medio eorum unctus, [I. Sam. XVII. 13.] invidiam eorum, [c. XVII. 28. ut suorum Joseph, suslinuit: & demùm eadem ætate qua Joseph Egypto, (Gen. XLI. 46.) ipse tribui Judæ præfectus est. Interim verò, ab ipso unctio- nis die, spiritus Domini super eum venit: spiritus nimirum & fortitudinis, & sapientiæ; [I. Sam. XVI. 13, 18. XVIII. 13, 14, 30.] cujus utriusque respectu, etiam regnantis Saulis temporibus, totius Israelis Dux est constitutus. [I. Sam. XVIII. 5, 13. & II. Sam. V. 2.] Unde & fortis- simus bellator evasit, qui Domini pugnaret prælia; [I. Sam. XXV. 28.] idemque Propheta & suavissimus Pfalter Israelis, qui divinis suis Hymnis populum Dei ad finem usque sæculi eru- diret. [AII II. 30. II. Sam. XXIII. 1, 2.]	3651	1063
2944	c. David, nè in Saulis manus tandem aliquando incideret metuens, Gathum (quò & antea con- fugerat, I. Sam. XXI. 10.) ad Achishum regem sexcentis viris comitatus, recurrit: à quo Zic- lago oppido ad habitandum impetrato, anno uno & mensibus quatuor in terra Philistæorum permansit. a. Unde irruptione in Geshuritas, Gerzitas, & Amalekitas facta, ad unum omnes tam fœminas quam mares interfecit, ne quis cladis nuncius ad regem Achishum perveniret. [I. Sam. XXVII. 1, 2, 6, 7, 8, &c.]	3654	1060
2948	c. Ad Davidem Ziclagi agentem secesserunt ex agnatis Saulis bellatores robustissimi Benjami- nitæ; nec non ex Gaditis viri militares præstantissimi, qui trajecerunt Jordanem mense primo, quum exundaret supra omnes ripas suas: cum ducibus aliis è tribu Benjaminis & Judæ. [I. Chron. XII. 1, 15, 18.]	3658	1056
2949	c. Rex Achish cum Philistæis suis Israelitas invasurus, Davidem ad prælium secum adduxit; [I. Sam. XXVIII. 1, 2.] cui cum sexcentis suis eò proficiscens adiunxerunt se Manassitarum nonnulli: [I. Chron. XII. 19.] & castrametati sunt Philisthæi Shunemi, Israelitæ vero Gilboæ. [I. Sam. XXVIII. 4.]	3659	1055
	Saul conspecto Philistæorum exercitu territus, consuluit Dominum. Cùm vero is illi non re- ponderet, neque per fomnia, neque per Urim, neque per Prophetas; relicto Deo, Endorem ad consulendam Pythonissam noctu concessit: ubi à spectro Samuelis evocato tristem illam accepit sententiam. <i>Traditurus est Dominus Israellem tecum in manum Philistæorum: &amp; cras tu atque filij tui eritis mecum.</i> [I. Sam. XXVIII. 5, 6, 19, &c. I. Chron. X. 13, 14.]		
	Daude absente, Amalekitæ Ziclagum diriperunt & combusserunt: abductis secum tum re- liquorum conjugibus & liberis, tum Davidis etiam uxoribus duabus, Ahinoama Jezteelide & Abigaile Nabalis vidua [I. Sam. XXX.]		
	Reverso eadem nocte Saule à pythonissa, Israelitæ castra ad fontem Jezzeelis moverunt: Philistæorum copiis omnibus Aphexum congregatis. Ubi, Philistæorum principibus Davidem suspectum habentibus, ille sequente manè cum suis, castris eorum relicto, Ziclagum versus iter suum cœpit: Philistæis Jezteelem, ut cum Israelitis manus confererent, ascendentibus. [I. Sam. XXVII. 25. XXIX. 1, 3, 10, 11.] Unde apparet, non proximo post habitum cum Samuelis spe- cetro colloquium die, quo David adhuc in castris Philistæorum fuerat, sed aliquanto post disces- sum illius tempore, Saulem cum filiis occubuisse.		
	Dauidi Ziclagum redeunti adjunxerunt se septem Manassitarum chiliarchi, [I. Chron. XII. 20, 21.] Quum eò tertio advenisset die, atque urbem spoliatam & combustam reperisset; du- centis suorum, qui defecti erant viribus, ad torrentem Besoris relicto, cum aliis quadringentis Amalekitas affecutus, percussit eos à crepusculo usque ad sequentis diei vespem: prædaque omni recuperata, ovans domum rediit. [I. Sam. XXX.]		
	Fugato Israelitarum exercitu, tres Saulis filii, Jonathan, Abinadab & Malchisua occubue- runt, Saul, & armiger ipsius in monte Gilboa propriis se interemerunt gladiis. Sequente die, Philistæi capite Saulis amputato, arma ejus in æde idoli sui Ashtaroth deposuerunt, ipsiusque		

& filiorum cadavera mœnibus Bethshanis affixerunt. Jabeshi Gileadis cives, memores beneficii à Saule in regni initio ipsis præstiti, cadavera noctu surrepta combusserunt, & ossa sub nemore ad Jabeshum sepeliverunt: jejunantes septem diebus. [ I. Sam. XXXI. I. Chron. X. ]

Mephibosheth, Jonathans occisi filius, cladis nuncio Jezreele perlato, è nutricis territæ & fugam festinantis sinu lapsus, claudus efficitur. [ II. Sam. IV. 4. ]

Quum ab Amalekitarum cæde reversus David biduo Ziclagi confedisset, die demùm tertio de exercitus Israelitici interitu primùm audiit: puero quodam Amalekita qui prælio interfuit, coronam capiti & armillam brachio Saulis detractam ad illum deferente. [ II. Sam. I. 1. ] Ex quo tam serò per festinantem è prælio ad Davidem perlato nuncio colligitur; aliquot etiam post Davidis è castris Philistæorum discessum diebus Gilboitanam illam cladem contigisse: quum non sit credibile, serò elapsos fuisse dies, priusquàm David factam cladem rescivisset. Neque est quod quisquam miretur, tam diu dilatam fuisse pugnam: quum ad *Aphékum* quoque Syros postea castra è regione Israelitarum per septem dies habuisse, & septimo demùm die acies conflixisse legamus. [ I. Reg. XX. 26, 29. ]

David, Amalekita illo qui se Saulis interfectorem professus est occiso, Saulis & Jonathans & populi Dei cladem funebri carmine deplorat, [ II. Sam. 1. ] Confluentibus deinde ad eum quotidie Israelitarum copiis auxiliariis, [ Chron. XII. 22. ] Deo primùm consulto, *Hebronem* cum sociis suis & eorum familiis commigravit: ubi à tribulibus suis, quum 30. esset annorum, Rex unctus, super domum Judæ per annos septem & menses sex regnavit. [ Sam. II. 1, 3, 4, 11. & V. 4, 5. ]

Abner, princeps militiæ Saulis, Isbosethum illius filium *Mahanaima* traductum, reliquo Israeli præfecit: qui filius 40. annorum biennio super Israellem regnavisse dicitur. [ Sam. II. 8, 9, 10. ] pacificè scilicet, & à domo Davidis bello non petitus, quomodo & patris ejus biennium, de regno ipsius libero & à Philistæis minimè interturbato, intellectum fuisse vidimus. [ I. Sam. XIII. 1. ]

David, legatis ad cives Jabeshi Gileadis missis, de humanitate Domino suo Sauli præstita gratias illis agit, & regnum Judæ sibi delatum esse significat. [ II. Sam. II. 5, 6, 7. ] In quo ut magis se corroboraret, affinitate cum Talmaio regè Geshuris inita, filiam eius Maachamin in uxorem duxit: quæ Absalomum & sororem ipsius Thamarum illi peperit. [ II. Sam. III. 3. & XIII. 1. ]

2651 c. Exacto biennio, quo pacificè regno Israelitico potiebatur Isbosethus, diutinum inter ipsius & Davidis partes bellum est exortum: pro his à Joabo ( Zervæ sororis Davidis filio, ) pro illis ab Abnero, continuo iteratis præliis; ita tamen ut hæ quotidie invalescerent, attenuarentur illæ. [ II. Sam. II. 26. III. 1. ]

2962 a. Jubileus oblatvus.

2956 a. Abner, contumelia ab Isbosetho affectus, ad Davidem defecit: de transferendo ad eum regno Seniores Israelis sollicitans, Beniaminitis audientibus. [ II. Sam. III. ]

Michal uxor Davidis, quam post illius fugam pater Saul Phaltiel dederat, eam requirenti Davidi ab Isbosetho transmittitur. [ I. Sam. XXV. 44. II. Sam. III. 14, 15. ]

Abner cum 20. virorum comitatu ad Davidem veniens, convivio ab eo excipitur: & pacificè recedens, per dolum à Joabo perfidè occiditur, atque à lugente Davide Hebrone sepelitur. [ II. Sam. III. ]

Conturbatis Israelitis ob cædem Abneris, Bahana & Recab Beniaminitæ dominum suum Isbosethum, æstu diei in cubiculo suo dormientem, obruncant: caput verò occisi ad Davidem deferentes, morte mulctantur. [ c. IV. ]

Duces & Seniores omnium tribuum Hebronem venientes Davidem, tertio inunctum, super totum Israellem regem constituunt. [ I. Chron. XII. à versu 23. ad fin. cum cap. XI. 1, 2, 3, & II. Sam. V. 1, 2, 3. ]

2957 a. David cum toto Israele Hierosolyman adversus Jebusæos profectus, arcem Sionis ( quæ inde Urbs Davidis non minùs quàm Bethlehem in qua natus ille fuerat, est appellata ) Joabi præcipuè, opera occupavit: regniq; sede in Hierosolymitana civitate constituta, annos ibi 33. universo Israeli imperavit. [ II. Sam. V. 5, 6, 7, 9. I. Chron. XI. 4, 5, 6, 7. ]

c. Philistæi, audientes Davidem communi tribuum consensu unctum fuisse regem super Israellem, adversus eum bis ascenderunt in convallem Raphæorum: & duplici clade ab eo affecti sunt. [ II. Sam. V. & I. Chron. XIV. ] Ubi, messis tempore, Davide aquam è cisterna Bethlehemi desiderante; quum tres potentissimi ipsius duces, per Philistæorum castra perumpentes, eam attulissent, bibere recusavit. [ II. Sam. XXII. 13. I. Chron. XI. 15. ]

2958 b. David edificavit civitatem Sionis circumquaque, tam munitionem quàm circuitum ejus: Joab verò instauravit reliquum civitatis. [ II. Sam. V. 9. I. Chron. XI. 8. ]

Hitamus legatos ad Davidem misit, lignaque cedrina, & fabros lignarios & latomos; qui Regiam ipsius extruxerunt. [ II. Sam. V. 11. I. Chron. XIV. 1. ]

2959 Arca fœderis, quæ primo anno Sabbatico Gilgale inducta est Shiluntem, hoc etiam anno Sabbatico Kiriath-jearimis ( quo Shilunte ante annos 70. translata fuerat ) è domo Abinadabi, comitantibus illam 30000 delectis ex Israele: cum Psalmi LXVIII. cantu, ( ut ex ejus principio probabiliter colligitur, quod ex formula precatonis à Mose usurpata, cum profectura esset Arca, Num. X. 35. est desumptum ) domum Obedis-edomi primùm, deinde post tres





	<p>menſes in urbem Davidis, five arcem Sionis, deducta fuiſſe videtur: exultante Davide, &amp; illud Pſalmi CXXXII. 8. (a filio Salomone, Arcam inde proxime ſequenti Jubilæo in Templi adytum inferentem, repetitum) accinente. <i>Surge, Domine, in requiem tuam; tu &amp; Arca roboris tui.</i> cum illis que de eadem Arca in eodem habentur Pſalmo; verſiculo 6. <i>Eccæ nos (vicini Bethlehemitæ) audivimus de ea in Ephrata (patria noſtra:) invenimus eam in campis Jaaris five ſylvæ. h. e. in colle Kiriath-Jearimorum.</i> (illud enim nomen urbem in confinio ſylvarum poſitam denotat.) &amp; verſ. 13, 14. <i>Elegit Dominus Sionem, expetiit pro habitazione ſua, dicens: Hæc eſt requies mea uſque in ſempiternum; hic habitaturus ſum, quia hoc expetiiveram.</i> Unde tunc <i>quieviſſe Arca</i> dicitur; [I. Chron. VI. 31.] intra novum Tentorium tecepta, quod David ei terenderat Hieroſolymis. [II. Sam. VI. 17. I. Chron. XVI. 1. II. Chron. I. 4.] Nam Tabernaculum conventus Moſaicum, cum altari æneo in quo jube offerebatur ſacrificium, Gibeone (in tribu item Judæ, non amplius in Ephraimitica Shilunte) remanſit, uſque ad conditum Templum Salomonicum. [I. Chron. VI. 32. 4<sup>o</sup>, 49. XVI. 39, 40. XXI. 29. II. Chron. I. 3, 5, 6. I. Reg. III. 2, 4.] Atque ita ab Ephraimitica Joſephi tribu ad tribum Judæ domo Dei tranſlata, <i>Shiloh</i> deinceps neglecta jacuit. [Pſal. LXXXVIII. 67, 68. Jerem. VII. 12, 14. XXVI. 6.]</p>		
2960	<p>d. David in nova ſua domo cedrina reſidens, &amp; alta jam pace fruens, Nathani propheta conſilium ſuum de <i>Æde</i> Deo conſtruenda aperuit. Verum à Deo reſponſum accepit; non ab ipſo, bellis jamdiu aſſueto, ſed à filio pacifico <i>Salomone</i>, ipſi naſciturus, hoc perficiendum eſſe. [II. Sam. VII. 1, 2, 11, 13. I. Chron. XVII. &amp; XXII. 8, 9, 10. &amp; XXVIII. 3, 6. II. Chron. VI. 8, 9. I. Reg. VIII. 18, 19.] Quod vero hinc uſque ad natum Salomonem interceſſit temporis ſpatium, expeditionibus bellicis eſt impenſum; quibus Philiſtæi, Idumæi, Amalekitæ, Moabitæ, Ammonitæ, &amp; Syri domiti ſunt; [II. Sam. VIII. I. Chron. XVIII.] &amp; Iſraelitici imperii termini, non ſolum à <i>Shichore</i> <i>Egypti</i> uſque ad <i>Hamatham</i>, [I. Chron. XIII. 5.] ſed etiam inde uſque ad <i>Euphratem</i>, <i>Syria</i> <i>Zobææ</i> limitem, propagati. [II. Sam. VIII. 3.] qui extremi erant terræ, ſemini Abraham à Deo promiſſæ, termini; [Genef. XV. 18. cum Deut. XI. 24. &amp; Joſu. I. 3, 4.] &amp; à ſolo Davide, &amp; filio ejus <i>Salomone</i>, [I. Reg. IV. 21, 24. II. Chron. IX. 18.] poſſeſſi.</p> <p><i>Syriæ</i> vero <i>Zobææ</i> rex <i>Hadad-ezer</i> five <i>Hadar-ezer</i> (7 enim &amp; 7 apud Hebræos facile inter ſe commutantur) tum fuit, <i>Rehobi</i> filius: cui verſus <i>Euphratem</i> contra <i>Davidem</i> pugnaturo <i>Rezon</i> filius <i>Eliodæ</i>, cum auxiliariis è <i>Syria</i> <i>Damaſcena</i> copiis, ſe adjuvit. Verum, <i>Hadad-ezeris</i> exercitu proſtigato, <i>David</i> 22 <i>Syrorum</i> <i>Damaſcenorum</i> millia interemit, &amp; ſtationarios regioni eorum impoſuit. Quum autem victoriam in partem <i>Davidis</i> inclinare videret <i>Rezon</i>, ab <i>Hadad-ezero</i> domino ſuo fugit, &amp; congregatis ad ſe hominibus principem turmæ ſe effecit: &amp; <i>Damaſcum</i> cum eis profectus, regnum ibi pro ſe &amp; poſteris conſtituit; quod <i>Salomoni</i> &amp; regibus <i>Iſraeliticis</i> poſtea tam infeſtum fuiſſe legimus. [II. Sam. VIII. 5, 6. I. Chron. XVIII. 5, 6. I. Reg. XI. 23, 24, 25.] Pugnæ hujus cum <i> Davide</i> ad <i>Euphratem</i> commiſſæ meminit <i>Nicolaus Damaſcenus</i>, apud <i>Joſephum</i> lib. 7. <i>Antiqu.</i> cap. 6. (al. 5.) ubi <i>Rezonem</i> hunc non ſolum <i>Adadam</i> appellat, ſed etiam poſteris regibus omnibus ad decimam uſque generationem nomen hoc, ſicut <i>Prolemai</i> <i>Egyptiaticis</i>, commune fuiſſe ſubjicit.</p>	3670	1044
2967	<p>a. <i>Nashaſo</i> <i>Ammonitarum</i> regi deſuncto ſucceſſit filius <i>Hanun</i>: qui legatos ad ipſum de patris morte conſolandum humaniter à <i> Davide</i> miſſos indignis excepit modis. c. Adverſus quem miſſus <i>Joabus</i>, <i>Ammonitarum</i> &amp; <i>Syrorum</i> ab eis conductorum numeroſiſſimo fugato exercitu, <i>Hieroſolymam</i> rediit. [II. Sam. X. I. Chron. XIX.]</p>	3676	1038
2968	<p>b. <i>David</i> cum copiis ſuis <i>Jordanem</i> trajiciens, <i>Syrorum</i> exercitum ſub <i>Shobacho</i>, principe militiæ <i>Hadar-ezeris</i> <i>Syriæ</i> <i>Zobææ</i> regis, coactum ingenti clade perculit. Unde pacem cum <i> Davide</i> ineuntes <i>Syrorum</i> reguli, ſervierunt ei; <i>Ammonitis</i> auxilio amplius eſſe metuentes. [II. Sam. X. I. Chron. XIX.]</p>	3677	1037
2969	<p>b. Vertente anno, quo tempore reges ad bellandum prodeunt, <i>Joab</i> copias militares in regionem <i>Ammonitarum</i> ducens, <i>Rabbam</i> illius metropolim obſedit: deſidente interim <i> Davide</i> <i>Hieroſolymis</i>. [II. Sam. XI. 1. I. Chron. XX. 1.] qui abſentis in exercitu <i>Uriæ</i> <i>Hittæi</i> conjugem <i>Bathshebam</i> adulterio polluit, ipſumque maritum ab <i>Ammonitis</i> interficiendum procuravit. [II. Sam. XI.]</p>	3678	1036
2970	<p>b. Poſt natum filium in adulterio conceptum, <i>David</i> à <i>Nathane</i> propheta peccati ſui convictus reſpuit, &amp; Pſalmum 51 penitentia ſua teſtem edidit. Infans nihilominus, recens natus, morte ſublatus eſt. [II. Sam. XII.]</p>	3679	1035
2971	<p>a. <i>Bathsheba</i> <i>Davidi</i>, jam marito ſuo, filium peperit: cui <i>Deus</i>, ut pacifico futuro, <i>Salomonis</i>, [I. Chron. XXII. 9.] &amp; ut à ſe dilecto, <i>Jedidia</i> nomen impoſuit. [II. Sam. XII. 25.]</p>	3680	1034
2972	<p>c. <i>Amnon</i>, primogenitus <i>Davidis</i> filius, <i>Thamarem</i> ſororem vitavit. [II. Sam. XIII.]</p>	3681	1033
2974	<p>e. <i>Amnon</i>, biennio poſt nefarium ſuum inceſtum, fratris <i>Abſalom</i>i juſſu interficitur, quo oves tondebantur tempore. [II. Sam. XIII. 23.] ſub veris videlicet extremum; regerminante gramine, quod demetebatur ante meſſem frugum paulo poſt medium primi meſis factam: ut (ex <i>Amos</i> VII. 1. collat. cum <i>Joſu.</i> III. 15. IV. 19. &amp; V. 10, 11, 12.) <i>Codomanus</i> hic annotat. <i>Abſalomus</i> vero, fratricidio peracto, <i>Geshurem</i> fugit in <i>Syria</i>: ubi cum rege <i>Talmaio</i> (avo ſuo materno) per triennium manſit. [II. Sam. XIII. 37, 38. XV. 8.]</p>	3682	1032
2977	<p>c. <i>Abſalom</i>, poſt triennale exilium, rediit <i>Hieroſolymam</i>, patre oratione <i>Tekoitanæ</i> viduæ</p>	3684	1030
		3687	1027
	(Joabo)		

Anno Mundi.	Anno Periodi Juliane.	Anno ære Christiane.
2979	3689	1025
2980	3690	1024
2981	3691	1023
2983	3693	1021
2986	3696	1018
2987	3697	1017
2988	3698	1016
2986	3699	1015

( Joabo procurante ) placato. [ II. Sam. XIII. 38. XIV. 1, 23. ]  
 b. Absalom, succensa Joabi segete hordeacea, paulo ante messem hujus anni, ( sequente enim, utpote Sabbatico, nulla in Judæa messis fuerat ) ejus opera in conspectum patris admittitur: quo post reditum ab exilio caruerat biennium. [ II. Sam. XIV. 28, 30, 33. ]

Annus Sabbaticus, inter succensionem segetis Joabi & conjurationem Absalomi interpositus: in quo rebellis filius, comparatis sibi curribus, equis & satellitibus, auram captare popularem & civium animos à patre Davide cepit abalienare. [ II. Sam. XV. 1. ]

c. Exactis post unctum à Samuele Davidem annis 40 Absalomus, consiliario usus Achitopheli, regnum paternum invasit; [ II. Sam. XV. 7. ] inter Paschatis & Pentecostes festum: ut ex novis frugibus & spicis tostis, quas Barzillai Davidi fugienti præbuit, [ II. Sam. XVII. 28. Codomanus colligit.

Contra Absalomi & Achitophelis molitiones, David Psalmum III. & I.V. oravit. Simei Benjaminita fugientem Davidem convitis prosequitur. [ II. Sam. XVI. ]

Achitophel, neglectum videns suum consilium, suspensio vitam finivit. [ II. Sam. XVII. ]  
 Cæcis viginti rebellium millibus, fugit Absalom; & perplexæ quercui hærente capite, inter cælum & terram pendulus, telis à Joabo confossus interiit. [ II. Sam. XVIII. ]

Post victoriam, David à tribulibus suis & dimidio populo Israelitico domum reducit. Tumultuantibus Israelitis, quod in rege reducendo priores non fuissent eorum partes, nova exorta est seditio quæ, abscessio à civibus Abelis capite Shebæ filii Bicti, conjurationis primarii authoris, sedata est. [ II. Sam. XIX. XX. ]

c. Melle hujus anni deficiente, cepit fames qua tribus annis continuis afflicti sunt Israelita, ob Gibeonitarum sanguinem à Saule & domo ejus effusum. [ II. Sam. XXI. 1, 2. ]

c. Fame adhuc durante, in principio messis hordeacæ Gibeonitæ duos filios & quinque nepotes Saulis suspenderunt: quos Rizpa Saulis concubina à volucrum & bestiarum injuriis immunes conservavit, donec effunderetur aqua super eos à cælis. [ II. Sam. XXI. 8, 9, 10. ]

David ossa Saulis & Jonathans filii ejus Jabesho Gileadis translata, simul cum septem suspensorum ossibus, Zelæ in sepulchro Kishi patris Saulis condenda cutavit. *Ibid. ver. 12, 13, 14.*

Varia cum Philistæis & eorum gigantibus prælia sunt inita: in quorum uno faciscens David jam senex, mortis periculum ab Ishi-benob gigante illi intentatum ægrè evasit. Quæ pugna omnium ultima fuit, cui ipse præfens interfuit. [ II. Sam. XXI. 1. I. Chron. XX. ]

d. David, tentatione Satanæ & ambitione incitatus, universi populi censu instituto, iram Dei in Israelitas accendit. Unde ex omnibus tribubus, Levitica & Benjaminica excepta, [ I. Chron. XXI. 6. cum XXVII. 24. ] virorum omnium annum ætatis 20. excedentium, [ I. Chron. XXVII. 23 ] spatio mensium 9. & dierum 20. numeratione peracta; [ II. Sam. XXIV. 8. ] famis, vel gladii, vel pestis optio per Gadem prophetam illi est proposita: & quidem famis, vel trium annorum, deinceps futurorum, [ I. Chron. XXI. 12. ] vel septem. [ II. Sam. XXIV. 23. ]

continuatis videlicet annis tribus prioris famis, & quarto, præfente hoc Sabbatico qui, nova messe destitutus, priora damna refarcire non poterat, ac si dictum fuisset. Tres jam anni famis propter Gibeonitas elapsi sunt: quos messis quidem excepit, sed propter sementis penuriam tenuis, & ad duorum annorum annonam ( quam Sabbatici anni interventus postulat ) suppeditanam impar; ut adhuc etiam incediæ miserias sustineat pauperiorum saltem turba longè maxima. Ad hosce præteritos annos adjuendum nunc proponit tibi Deus triennium famis alterum. Atque hæc reconciliandi ista ratio: ut ad annum hunc Sabbaticum Davidici census historiam referremus, potissimum nos permovet.

Peste, quam è tribus propositis David elegerat, Israelitarum una die 70. millia perierunt. Angelus Hierosolymam perdere aggressus, desistere jubetur: Deo miserente & Davide, ejus iussu, holocausta & eucharistica in area Araunæ sive Ornanis Jebusæi offerente. [ II. Sam. XXIV. 1. I. Chron. XXI. ]

a. David, cognoscens Dei domum in area illa Ornanis fore ædificandam, [ I. Chron. XXII. 1. cum II. Chron. III. 1. ] materiam omnem ad structuram illius necessariam præparavit: Salomonem filium & omnes principes Israelis cohortatus, ut operi perficiendo strenuè incumberent; [ I. Chron. XXII. 1, 2, 3, 17, 18, 19. ]

c. Idem, numeratis Levitis, primum quidem à nato triginta, postea verò à nato viginti annos & supra, distributionem eorum fecit, & quibusque officia sua assignavit: ordine tum Ecclesiasticæ tum civilis politicæ constituto, anno regni sui quadragesimo. [ I. Chron. XXIII. 3, 27. XXIV. XXV. XXVI. 31. ] ineunte sc. ante mortem anno uno & dimidio.

Rehoboam Salomoni ex Naama Amonitilla nascitur: ut potè 41. annorum existens; quum regnare inciperet. [ I. Reg. XIV. 21. I. Chron. XII. 13. ] Licet enim ipse Salomon puerum parvum se appellet, [ I. Reg. III. 7. ] & David pater puerum & tenellum fuisse agnoscat: [ I. Chr. XXII. 5. & XXIX. 1. ] virum sapientem tamen idem pater eum nominat, [ I. Reg. II. 9. ] etiam antequam superaddita illius sapientiæ cumulo à Deo donaretur. Quæ tria ( ætas tenera, filius genitus, & sapientia perspecta ) de Salomone duodevicensio dici potuisse nemo mirabitur, qui eadem postea in Josia annum ætatis 16. agente, simul concurrisse consideraverit. [ II. Chron. XXXIV. 1, 2, 3. cum XXXVI. 5. ]

b. David septuagenarius, belli & fugæ continuatis laboribus attritus adeò effæto fuit corpore, ut pannorum adjectione haudquaquam calefieret. c. Unde ad eum fovendum, Abislagæ

puell.

2611

puella Sunamitis est delecta: Adonias, occasione ex patris infirmitate arrepta, Joabi & Abiatharis consilio atque auxilio usus, regnum occupat. De eo David per Bathsebam & Nathanelem certior factus Salomonem, à Zadoko sacerdote, Nathane propheta, & Benaia filio Jehoiada; Gihonem perductum, Regem ungi curat. Quod audiens Adonias, ad Asylum confugit: & prehenfis cornibus altaris, benignitate Salomonis liber dimissus est. [I. Reg. I.]

David, congregatis omnibus præfectis, chiliarchis, & centurionibus Israelis, una cum filiis & aulicis suis, tum illos ad timendum Deum, tum Salomonem ad extruendum Templum cohortatus est: cujusque partis structura forma, atque distributionibus Sacerdotum & Levitarum ad unumquodque ministerium, scripto; auroque & argento, ad singula instrumenta cujusque ministerii, certo pondere, Salomoni traditis. [I. Chron. XXVIII.] Deinde suo exemplo, & hortatu, ut reliqui etiam omnes aurum & argentum & as & ferrum & lapides ad opus domus Dei liberalissimè conferrent, effecit. Tunc, gratis Deo actis, posttridie diei illius, sacrificaverunt illi juvenes mille, arietes mille, & agnos mille, cum libaminibus eorum: denique regem secundo instituerunt Salomonem; ungentes eum in summum Principem, & Zadokum in summum Sacerdotem. [I. Chron. XXIX. 1, -- 22.]

2990

a. David, Salomonem filium, præceptis, instruens, moritur: I. Reg. II. 1, -10] postquam Hebrone super Judam annis 7. & mensis 6. atque Hierosolymis 33. annis super totum Israel & Judam regnavisset. [II. Sam. V. 5.] ex quibus 40. annos, quos Scriptura illi tribuere solet, ante constitutum regem Salomonem exegisse eum, existimare par est; sex verò amplius menses regnante Salomone superstitem fuisse: ita ut anni Salomonis, in Scriptura commemorati, à mense primo deducendi sint, semestri ante mortem Davidis integro.

b. Adonias, intercedente Bathseba, Abisagam Sunamitidem in uxorem à Salomone expetit: indeque, ut affectati regni reus, illius jussu occiditur. Abiathar, è posteris Eli, Sacerdotio amovetur; substituto Zadoko, ex Phineasi posteris: uti prædictum à Deo fuerat. [Sam. II. 33, 35.] atque ita summum Sacerdotium à familia Ithamaris ad familiam Eleazari rediit, atque in ea deinceps confirmatum est. Joab, sibi metuens, ad Dei tentorium confugit: ubi, prehenfis cornibus altaris, à Benaia filio Jehoiada interficitur: qui illi in præfectura militiæ, à Rege successus est. Simei verò, qui convitiis Davidem laceraverat, à Salomone domum edificare jussus est; unde ultra torrentem Kidronis, capitis periculo egredi illi non liceret. [I. Reg. II.]

Hadad Idumæus, audita Joabi morte, ex Ægypto in patriam reversus est: quem Salomoni postea ad vanitates converso, adversarium suscitavit Deus. [I. Reg. XI. 14. 21.]

2991

a. Pharaon Rex Ægypti filiam suam Salomoni matrimonio conjunxit: & Gezerum, tribus Ephraimiticæ civitatem, [Jos. XXI. 21.] quam incolis Cananæis cæcis, ceperat filia suæ donavit. [I. Reg. IX. 16.] Eam verò Salomon Sionem, in regiam Davidis, deduxit. [I. Reg. III. 1. II. Chron. VIII. 11.]

c. Salomon Gibeone, ubi tabernaculum tum fuerat, mille holocausta obtulit. Ibi optione ei in somnis à Deo data petendi quod vellet, sapientiam elegit. Unde sapientia divinitus donatus est, aliis donis supra quam petierat cumulata: quæ, in judicio litigantium inter se mulierum apparere incipiens, auctoritatem ei & reverentiam magnam apud subditos conciliavit. [I. Reg. III.]

2992

a. Salomon ab Hiram rege Tyri per nuncios salutaris, juvari ab ipso petit, in materia pro structura Templi suppeditanda: quod Hiram certis conditionibus mercedis accipiens, cum eo paciscitur, & præstat. Salomon verò operarios suppeditat, adjunctis præfectis & curatoribus. [I. Reg. V.]

+++++

## ÆTAS MUNDI V.

a. ANNO 480. ab egressu Israelitarum ex Ægypto, anno 4. regni Salomonis, mensis secundus, qui Ziv tunc dictus est, die secundo, (Masi 21. feria 2.) Templi fundamenta à Salomone jacta sunt. [I. Reg. VI. 1. 37. III. 21.]

2993

b. Simei, exactis tribus annis postquam ut sedem Hierosolymis figeret mandatum acceperat, rediens Gath, (unde duos fugitivos servos reduxerat) jussu Salomonis occisus est. [I. Reg. II. 39.]

3000

a. Anno undecimo regni Salomonis, mense octavo, qui Bul dictus est, Templi structura abfoluta est, cum omnibus rebus ejus: spatio annorum septem, ac dimidii. [I. Reg. VI. 38.] Ejus verò dedicatio in sequentem annum est dilata, propter celebritatem Jubilæi.

3001

a. Jubilæus nonus, quartum Mundi seculum aperiens; in quo Templi Encænia magnificè à Salomone celebrata sunt. Congregatis enim ad eum omnibus Israelitis, mense septimo, qui Ethanim dictus est, Arca Sionè in adytum, Tabernaculum ac vasa sacra Gibeone in thesaurum Templi deducta sunt. Ubi, quum Deus præsentia suæ signum spectabile edidisset; Salomon in suggesto aneo flexis genibus conceptas ad Deum preces effudit. Populo deinde benedicens, boum 22 millia, ovium 120 sacrificavit. Atque ita festo dedicationis altaris septem diebus, & festo Tabernaculorum die celebrato: die demum mensis septimi 230 populus in tentoria sua dimissus est. [I. Reg. VIII. 1, 2, -- 65, 66. II. Chron. V. 3, 4, 5. VII. VI. 8, 9, 10.]

Mensis septimi dies 8. (Octob. 30. feria 6.) septem dierum dedicationis primus fuit. Dies 10.

(Novemb.)

Anno Mundi.

Novemb. 1. feria 1.) Jejunium expiationis: in quo, juxta legem, *Levit. XXV. 9.*) clangore tubæ Jubilæus erat indicendus. Dies 15 (Novemb. 6. feria 6.) festi Tabernaculorum primus. Dies (Novemb. 13. feria item 6.) Tabernaculorum octavus; cujus magna erat observatio. [II. Chr. VII. 9. cum *Levit. 23. 36. & Joan. VII. 37.*] Sub finem verò sequentis diei (Novemb. 14. feria 7.) peracto Sabbato, concessit populus ad tentoria sua.

3012 c. Salomon 13<sup>o</sup> post extractum templum anno, totius suæ regie structuram absolvit: 20 annis in utrumque opus impensis, 7 (cum dimidio) in Dei, 13 (vel 12 cum dimidio) in suæ domus ædificatione peractis [I. Reg. VII. 1. IX. 10. & II. Chron. VIII. 1.]

3722

992

Exactis annis illis 20 quibus ædificata sunt domus Dei & Regia Salomon viginti civitates Cabulis regionis (tribui Asheris conterminæ) à se acquisita Hiram regi Tyri, in compensationem officiorum quibus adjutus ab eo fuerat, obtulit: quas ab eo repudiatas ille ædificavit, & Israelitarum colonias eò deditit. [I. Reg. IX. 10. & II. Chron. VIII. 1, 2.]

Cum absolvisset Salomon utramque domum, & murum Hierosolymorum circumquaque; filiam Pharaonis uxorem suam, ex civitate & domo Davidis in domum deditit, quam illi ædificaverat: [I. Reg. III. 1. VII. 8. IX. 24. II. Chron. VIII. 11.] ædificato etiam Gezero, quam Pharaon pater Cananæis ereptam illi donaverat in tribu Ephraimitica. [I. Reg. IX. 15, 16, 17.]

3016 c. Sefak, alius Sefonchis dictus, in Ægypto (juxta Chronologiam nostram Ægyptiacam) regnum inivit: ad quem Jeroboam Nebati filius fugit; usque ad mortem Salomonis cum eo commoratus. [I. Reg. XI. 40. XII. 1.]

3736

978

3029 c. Salomon, postquam relictis vanitatibus, quibus in senectute sua indulserat, ad sanio-rem mentem rediisset, testata in libro Ecclesiastæ toti Ecclesiæ respicientia sua, reconciliatus Deo, [II. Chron. XI. 17.] mortem demum obiit, quàm 40. regnasset annos. [I. Reg. XI. 42. II. Chron. IX. 30.]

3739

975

Rehoboam, Salomonis filius, Sichemum conveniente toto Israele ad constituendum eum regem, duro responso decem tribus à se alienat: quæ, accersitum ex Ægypto, Jeroboam Ephraimitam Nebati filium regem sibi præficiunt; eoque duce, & à domo Davidis (Adoram Rehoboami legato interfecto) & à vero Dei cultu pariter deficiunt. [I. Reg. XII.] In cujus casus tristem memoriam, Judei postea die 23. tertii mensis, sive Sivan, anniversarium Jejunium instituerunt.

Hinc, regno ita distracto, Rehoboam tribui Judæ & Benjaminis, annis 17. [I. Reg. XIV. 21. II. Chron. XII. 1, 2.] Jeroboam Israeli, id est, reliquis 10. tribubus, usque ad annum 22 præfuit. [I. Reg. XIV. 20.]

Rehoboam, Hierosolymam reversus, ex tribu Judæ & Benjaminis 18000 militibus electis, bellum adversus eas gerere instituit; sed à Deo per Semaïam prophetam monitus, à cepto destitit: [I. Reg. XII.] licet continuuū bellum inter utrumque regem fuerit, omnibus diebus eorum. [I. Reg. XIV. 30.]

Jeroboam in regni sui principio Sichemum, ubi rex electus fuerat, à rege Abimelecho ante annos 358 dirutam, [Jud. IX. 45.] in monte Ephraimi ædificavit, ibique habitavit, donec inde procedens trans Jordanem Penuelem ædificavit, [I. Reg. XII. 25.] & Tirzæ demum regiam suam collocavit. [c. XIV. 17.] Ne novi verò subditi ab ipso deficerent, nova religionis specie eos ab Hierosolymis adeundis avertit; dúbis aurti vitulis Bethæle & Danæ, ut à stulto populo, colerentur, propositis. [I. Reg. XII.]

	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israelis.
3030 4.	REHOBOAMI 1	1

**JEROBOAMI.**  
Jeroboam die 15 mensis 8, (Decemb. 6. fer. 2) festo quod ipse commentus erat, simile festo Tabernaculorum Judaico, in altari idololatrico, Bethæle extracto, vitulo suo sacrificavit. [I. Reg. XII. 32, 33.] Quo tempore, Propheta quidam, ex Judæa à Deo missus, judicium quod olim executurus esset uhui è posteris Davidis, Josias nomine in altare illud & sacerdotes, ejus denunciavit: quod & præsentibus prodigiis in altare atque Regem ipsum confirmavit. [I. Reg. XIII. cum II. Reg. XXIII. 16, 17. A quo Idololatricæ hujus primo exercitio, & divini in eam judicii denunciatione publica, ardescendum est initium 390. annorum iniquitatis Israelis. [Ezek. IV. 5.]

I. Vsser. Amal. p. pr. b. Sa-

E Pro-

Anno Mundi.	34 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israelis.	<i>MVNDI V.</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno ab ante Christum.
	<i>b.</i> Sacerdotes & Levitæ, & alii Israelitæ qui timebant Deum, à Jeroboamo idololatra ad Rehoboamum transeuntes, regnum Judæ confirmarunt per triennium: tot enim annis in via Davidis & Salomonis ambulaverunt. [ <i>II. Chron. XI. 17.</i> ]			Propheta ille, ab alio Propheta Bethelita oraculi prætextu deceptus, contra Dei mandatum cibum Bethelæ sumpsit: eamque ob rem itinere à leone interfectus est. quo cognito, Bethelita honorifice cum sepeliit, & filios de vaticinii illius fide informavit. [ <i>I. Reg. XIII. cum II. Reg. XXIII. 17, 18.</i> ] Jeroboam in defectione persistens rejectis Sacerdotibus filiis Aaronis & Levitis, fecit de populo sacerdotes excelsorum. [ <i>I. Reg. XIII. 33, 34. II. Chron. XI. 14, 15. &amp; XIII. 9.</i> ] Unde Dei Sacerdotes & Levitæ, prædiis suburbanis & possessionibus suis derelictis, in Judæam abierunt: quos & secuti ex omnibus tribubus Israelis, qui debebant animum suum ad requirendum Deum Israelis, Hierosolymam venerunt ad sacrificandum Deo majorum suorum. [ <i>II. Chron. XI. 13, 14, 16.</i> ]	3730	974
3032	<i>d.</i> Rehoboam in regno confirmatus, reliquit legem Domini, & totus Israel cum eo. [ <i>II. Chron. XII. 1.</i> ] Judæi enim, qui lapsos Israelitas exemplo suo ad penitentiam provocare debuissent, provocarunt Deum peccatis suis, quibus peccarunt supra quam omnia quæ fecerant majores eorum. Nam extruxerunt etiam sibi excelsa, & statuas, ac lucos, super omnem collem altum, & sub omni arbore virente: facientes secundum omnes abominaciones gentium, quas ejecerat Dominus à facie eorum. [ <i>I. Reg. XIV. 22, 23, 24.</i> ]	2 3 4	2 3 4		3742	971
3033	<i>e.</i> Anno 5 Rehoboami, Sefak rex Ægypti ( à Jeroboamo fortasse invitatus, qui cum illo vixerat; ut ad ann. M. 3026. est annotatum ) 1200 currus, 60000. equites, innumerumque populum Ægypto, Lubæis, Succæis, & Cusitis, in Judæam eduxit; & munitis ejusdem civitatibus captis, Hierosolymam usque pervenit. Ubi Rex & principes prædicatione Semaiæ prophetæ ad respiscenciam perducti, liberationis quidem promissionem à Deo acceperunt, sed ejusmodi quæ magno ab ipsis pretio esset redimenda. Thesauros enim domus Dei accepit Ægyptius, & thesauros domus Regis, & omnia scuta aurea quæ fecerat Salomon; pro quibus ænea Rehoboam substituit. [ <i>I. Reg. XIV. 25. II. Chron. XII. 2,--12.</i> ]	5	5		3743	971
		6 7 8 9 10	6 7 8 9 10			
	ABIAH,					NADAB,

Anno Mundi.	ÆTAS	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israëli.	MVNDI V. 35	Anno Periodi julianæ.	Anno an- te gram Christi.
		11	11			
		12	12			
		13	13			
		14	14			
		15	15			
		16	16			
		17	17			
		18	18			
3046	c. ABIAH, anno Jeroboami 18. (ineunte) patri Rehoboamo defuncto in regno succedit: & regnat triennio. [I. Reg. XV. 1, 2. II. Chron. XIII. 1, 2.]				3756	958
3047	c. Abia cum suorum 400. & Jeroboamo cum suorum 800. millibus, pugnam ineuntibus; Abiah Deo confisus, insignem reportavit victoriam, cæsis 500 Israelitarum millibus: quanta hominum cædes uno in prælio nunquam facta fuisse legitur. Deinde victoriam persecutus; Bethelam cepit, (ubi alter vitulorum erat) & Jesanam & Hephraim, cum villis earum. [II. Chron. XIII.]	2	19		3757	957
3049	c. ASA, anno Jeroboami 20. (completo) patri Abiæ defuncto in regno succedit: quod annis 41 tenuit. [I. Reg. XV. 8, 9, 10.]	3	20		3759	955
3050	a. Jubilæus decimus d.	1	21			
3050	d.	2	22	1 NADAB, anno 2 Asæ, patri Jeroboamo defuncto in regno succedit: quod ad secundum tantum annum produxit. [I. Reg. XV. 25.]	3760	954
3051	d.	3	23	2 Nadab, Gibberthorem Philistæorum obsidens, à Baasa Issacarita occiditur, anno 3 Asæ: eodemq; anno BAASA illi in regno succedens, totam Jeroboami stirpem perdidit; & ad annum usque 24 regnum tenuit. [I. Reg. XV. 27; 28, 29, 33.]	3761	953
3053	c. Decennium pacis continuum terræ largitus est Deus: [II. Chron. XIV. 1, 6.] usque ad annum regni Asæ 15. sive 35. regni ipsius ab Isaælitico divisi. [c. XV. 10, 19.] quo tempore pius rex Asa publicam idololatriam sustulit, & regno reformato, civitates Judæ contra hostes munivit. [c. XIV.]	4	24		3763	951
3055	d. Asæ natus est Jeosaphatus, ex matre Azuba: qui postea annorum 35. ipsi in regno successit. [XXII. 24. II. Chron. XX. 31.]	5	25		3765	949
		6	26			
		7	27			
		8	28			
		9	29			
		10	30			
		11	31			
		12	32			
		13	33			
		14	34			
3063	c. Anno 15. Asæ ineunte, Zerach Ethiops cum innumero exercitu Cushæorum suorum (Arabiam Peræam & Desertam, ut videtur, incolentium) atque Lubæorum numero 1000000. (præter eos qui è curribus pugnabant) Judæam invadit.	15	35		3773	741

I. Vsser. Annal. p. pr. Qui-

E ij Baasa

Anno Mundi.	36 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Jude.	Anni Regum Israëlis.	<i>MVNDI V. 37</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno Christi.
	<p>Quibus occurrens Afa, cum 30000 è Juda &amp; 28000 è Beniamine; Dei nomine invocato, eos suos caecosque spoliat. Deinde ab Azaria propheta incitatus, subditos suos &amp; Israelitarum qui ad eum defecerant plurimos Hierosolymam congregavit mense tertio, (in quem festum Pentecostes incidit;) ubi sacrificarunt Domino de præda, boves 700, &amp; pecudum septem millia, fœdusque cum Deo solenniter renovarunt. Afa quoque inceptam regni reformationem persecutus, Mahacam aviam suam idololatriæ patronam amovit ne esset Augusta: &amp; res à se &amp; patre suo consecratas in domum Dei intulit. [ II. Chron. XIV. 9. XV. 1, 10, 11, 12, 16. XVI. 8. ]</p>					
3064	c.	16	14	<p>Baafa, cum videret Asam religionem instaurasse, &amp; multos in regno suo ad eum defecisse, ut in fœdus Dei convenirent: [ II. Chron. XV. 9. ] bellum cum eo habuit omnibus diebus suis. [ I. Reg. XV. 16, 32. ] Indèque hoc anno, qui 36. regni Afa [ id est, regni Judæ ab Israele divisi, quod tum obtinebat Afa ) numeratur, ascendens contra Judam, ædificavit Ramam: ne sineret egredi aut regredi quemquam ad Asam regem Judæ. [ II. Chron. XVI. 1. ]</p>	3774	940
	<p>d. Afa mercede conduxit Ben-hadadum regem Syriæ ad impediendum Baafam: atque ex lapidibus &amp; lignis ab eo Ramam comportatis Gebam &amp; Mizpam ædificavit. Idem Hananem prophetam, ob imploratum regis Syriæ auxilium ipsum reprehendentem, in carcerem conjecit: &amp; quosdam etiam è populo oppressit tempore illo. [ II. Chron. XVI. ]</p>			<p>Ben-hadad rex Syriæ, missis copiis suis contra civitates Israëlis percussit Ijonem Asheritarum, Danem Danitarum, Abel-bethmaacam Manassitarum, &amp; tractum Cinereth cum tota terra Nephthali. Unde destitit Baafa ab ædificanda Rama, &amp; Tirzæ residit. [ I. Reg. XVI. 20, 21. II. Chron. XVI. 4, 5. cum Esai IX. 1. ] Fuit autem Ben-hadad iste filius Tabrimmonis, filij Hezjonis, [ I. Reg. XV. 18. ] sive Rezonis, primi Syrorum Damascenorum regis; à quo <i>Hadadi</i> nomen ad posteros traductum fuisse scripsit Nicolaus Damascenus, apud Josephum lib. 7. Antiquit. cap. 6 (al. 5) ubi quod Nicolaus ait, eorum tertium, eadem ævi temporibus acceptam redimere valentem, expeditione contra Judæos facta Samariam vastavisse; de invasa à Ben-hadado, Achabi temporibus, Samaria Josephus interpretatur. Vid. sup. an. Mundi 2960. &amp; infra, an. 3103.</p>		
		17	15			
		18	16			
		19	17			
		20	18			
		21	19			
		22	20			
		23	21			
		24	22			
		25	23			
3074	d.]	26	24. 1	<p>Baafa defuncto, &amp; Tyrzæ sepulto filius ELA successit anno 26. Afa [ I. Reg. XVI. 8, 9, 10. ]</p>	3784	930
	d. Jcho-				Anno	

Anno Mundi.	ÆTAS	Anni Regum Iuda.	Anni Regum Israelis.	MVNDI V. 37	Anno Periodi oliam.	Anno an- te gram Christi.
3075	d.	27	2	Anno 2 Elæ, 27. Afa, Ela cum tot familia Baafæ, è medio tollitur à ZIMRI: qui Tirzæ diebus 7 regnum occupavit. sed populus castra habens contra Gibbethonem Philistæorum, regem constituit Omrin principem militia: quo Tirzam obsidente, Zimri fecum domo regia combussit. [ I. Reg. XVI. 15, 16, 17, 18. ]	758	929
	d.		1	Schismate in populo Israelitico orto; pars una Thibni Ginathi filium constituit regem, pars altera secuta est OMRI: sed firmior erat populus qui sequebatur Omrin. [ I. Reg. XVI. 21, 22. ]		
3077	d.	28 29	2 3	Achabo filio Omri nata fuisse videtur Athalia; annis 42. antequam regnaret in Juda filius ipsius Ahaziah. [ II. Chron. XXII. 2. cum XXI. 6. ]	3787	927
3079	d.	30 31	4 5	Omri mortuo æmulo Thibni, solus regnare incipit, anno 31 Afa. [ I. Reg. XVI. 23. ]	3789	925
3080	d. Jehosaphato filius Jehoramus nascitur; annis 32. antequam illum regni consortem faceret. [ II. Reg. VIII. 17. II. Chron. XXI. 20. ]	32	6	Quum Tirzæ sex annis regnasset Omri, regni sedem inde transfudit Samariam in monte Somronis à se ædificatam, quem à Sdmero quodam emerat. [ I. Reg. XVI. 23, 24. ]	3790	924
		33 34 35 36 37	7 8 9 10 11			
3086	d.	38	12. 1	Omri moritur, & Samaria sepelitur. Malo patri successit peior filius Achab qui ad annum usque 22 regno præfuit [ I. Reg. XVI. 28, 29. ]	3796	918
3087	d. Afa anno regni 39. ex pedum doloribus ægrotans, ad medicos, non ad Deum recurrit. [ II. Chron. XVI. 12. ]	39	2		3797	917
		40 41 1	3 4 5			
3090	c. Afa anno regni 41. (definente) mortuus; in cubili speciebus aromaticis impleto, quod sibi in civitate Davidis paraverat, sepultus est. [ II. Chron. XVI. 13, 14. ] Bono patri melior successit filius JEHOSEPHAT: qui anno Achabi 4 (definente) regnum suscipiens, annis 25 illud tenuit. [ I. Reg. XXII. 41, 42. II. Chron. XX. 31. ]				3800	914
3092	c. Jehosaphat, regno confirmato, atque excelsis & lucis amotis, anno regni sui 3 Levitas cum Principibus ad populum instituendum per civitates mittendos curat: dum Deus hostium alios cohibet, alios ei subjicit. [ II. Chron. XVII. 7. ]	2 3	6 7		3802	912
		4 5 6 7	8 9 10 11			
3097	d. Athalia filia Achabi regis Israelis, nupta Jehoram filio Jehosaphati re-	8	12		3807	907

gis

E iij Ben-



Anno Mundi.	38 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israel.	<i>MVNDI V.</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno te ære Christianæ.
	gis Judæ, (quæ affinitas illa est) qua Jehosaphatum Achabo se junxisse, Scriptura memorat. [II. <i>Chron.</i> XVIII. 1.] Ahaziam illi peperit, qui annos 22 natus, illi in regno postea successit. [II. <i>Reg.</i> VIII. 18, 26, 27. II. <i>Chro.</i> XVII. 2. cum. XXI. 6.]					
3099	a. Jubilæus undecimus.	9 10 11 12 13 14	13 14 15 16 17 18		3808	900
3103	c.			Ben-hadad rex Syriæ, congregatis omnibus copiis suis, & 32. regulis secum, Samariam obsidet: unde magna accepta plaga, fugatus recessit. [I. <i>Reg.</i> XX.]	3813	900
3104	d.			Vertente anno, ascendit iterum Ben-hadad Aphekum in bellum contra Israelitas: ubi, maxima clade affectus Achabo se dedit. Quem Achab honorificè accepit, & fœdere idò dimisit: ob quod pœna illi à Deo per prophetam est denunciata. [I. <i>Reg.</i> XX.] Unde per triennium inter Syriam & Israelcm belli cessatio fuit. [I. <i>Reg.</i> XXII. 1.]	3814	900
3105				Achab, recusata sibi à Naboth vinea, æger decumbit. Jezebel, ejus uxor, Nabothum falsis testibus oppressum lapidari curat; & Achabum in vinea possessionem mittit. Quam ob rem Elias propheta Achabo cum tota ejus posteritate & ipsi Jezebele excidium denunciat. Achab exterefactus, temporaria pœnitentia sententiæ executionem prorogat. [I. <i>Reg.</i> XXI.]	3815	898
3106	d. Jehosaphatus, Achabi exemplo, Jehoramum filium suum Proregem instituit. Unde Jehoram Achabi filius qui fratri Achaziam in regno Israelitico anno 18. Jehosaphati successit, [II. <i>Reg.</i> III. 1.] anno 2. Jehoram filii Jehosaphati regnare cœpisse dicitur. [II. <i>Reg.</i> I. 17.]	17	21. 1	Achab, anno 17. Jehosaphati, filium suum ACHAZIAM Regem, vel potius Proregem, constituit. [I. <i>Reg.</i> XXII. 51.]	3816	898
3107	d. Jehosaphatus ad invensendum Achabum, anno tertio post pacem ab eo cum Syris initam exacto, descendens; ad oppugnationem Ramotharum Gileadis ab eo invitatur: cui obsecundans, non sine magno vitæ discrimine inde elabatur. [I. <i>Reg.</i> XXII. 2. II. <i>Chron.</i> XVIII.] Domum reversus, quod, regi improbo auxiliatus fuisset, à Propheta Jchu filio Hanani reprehenditur. [I. <i>Chron.</i> XIX. 1, 2.]	18	22. 2	Achab, adjuncto sibi Jehosaphato, ad oppugnationem Ramotharum Gileadis profecturus, & 400 suos Pseudopphetas & Michaiam verum Dei prophetam de eventu consulit: illis omnia fausta, hoc certam illi cladem prædicente. Juxta cujus verbum, is in prælio, licet dissimulato habitu pugnans, occiditur, & Samariæ sepelitur. [I. <i>Reg.</i> XXII. II. <i>Chron.</i> XVIII.]	3817	897
3108	a. Cum pararet classem Jehosaphatus quæ Ophirim proficisceretur auri causa, & Achazia impius Achabi filius expeditionis vellet esse socius: primum quidem non acquievit; [I. <i>Reg.</i> XXII. 49.] sed tandem persuasus est. Ideò Deus, per prophetam Eliezer, filium Dodavæ, illum reprehendit, & naves ejus confregit. [II. <i>Chron.</i> XX. 35, 36. 37.]			Eo mortuo, Moab ab Israele deficit: II. <i>Reg.</i> I. 1. & III. 5. quæ inde Davidis temporibus eidem subiecta fuerat. [II. <i>Sam.</i> VIII. 2.]		
		e. Jeho-				Achazia.

Anno Mundi.	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israelis.	Anno Periodi Julianæ.	Anno an- te æram Christia.
b.			818	896
c.				
3109		19		
		20	819	895
		21		
		22		
3112	23	1	822	892
		2		
		3		
		4		
		5		
		6		
		7		
3115	4	8	825	889

Achazia, rex Israelis, per quendam clathrum in cœnaculo suo Samariæ cadens, ægrotavit: & de sanitate recuperanda Baal-zebubum Deum Ekronitarum consuluit. Elias propheta duos præfectos quinquagenis, cum quinquagenis eorum, ab Achazia ad ipsum adducendum missos, igne cœlesti consumpsit. Deinde cum tertio ad Achaziam profectus, mortem illi denunciavit. [ II. Reg. I. ] Quam ille obiit; postquam biennium, partim cum patre, partim solus, in regni administratione exegisset. [ I. Reg. XXII. 51. ] Achaziam defuncto successit in regno frater ipsius JEHORAMUS Achabi filius anno Jehosaphati 18 ( desinente: ) & regnavit 12 annis. [ II. Reg. III. 1. ] Elias curru igneo in cœlum sublatus est: in munere propheterico successore Elisæo relicto. [ II. Reg. II. ]

Tres reges, Israelis, Judæ atque Edomi ( adhuc regi Judæ subjecti ) conjunctis copiis rebelles Moabitas oppugnant: Elisæo propheta exercitui aquam miraculosè subministrante, & victoriam promittente. Mesh rex Moabitarum, Kir-haresethæ se cum suorum reliquiis includere coactus, eruptione inde facta filium regis Edomæorum primogenitum qui regnatus erat pro eo ( eaque de causa, Amos c. II. 1. rex Edomæorum appellatur ) cepit, & cum in holocaustum super murum obtulit. [ II. Reg. III. ]

c. Jehosaphat, jam senior, regni & familiaris suæ rebus componendis intentus, reliquis quidem filiis dona multa, cum civitatibus munitis in Juda, distribuit: maximum verò natu JEHORAMUM (cui antea vicariam potestatem communicaverat) regni secum constituit consortem, Jehorami Israelitici regis anno 5, quo per 8 annos ille potitus est. [ II. Chron. XXI. 2, 3, 5, 20. II. Reg. VIII. 16, 17. ]

c. Jehosaphato mortuo, & in civitate Davidis sepulto, [ I. Reg. XXII. 50. II. Chron. XXI. 1. ] optimi regis pessimus filius Jehoramus, solus per quadriennium regnavit: qui in regno ita confirmatus, omnes fratres suos, & aliquos etiam è principibus Israelis interfecit. [ II. Chron. XXI. ] Edomæi, qui à diebus Davidis. [ II. Sam. VIII. 14. ] Judæ suberant, jam defecerunt: & licet à Jehoram percussi, à jugo tamen ipsius ( juxta Isaac vaticinium, Genes. XXVII. 40. ) deinceps penitus sese liberarunt. Libna quoque Sacerdotum in tribu Judæ civitas, [ Josu. XXI. 13. ] eodem tempore defecit.

[ II. ]

adversus

Anno Mundi.	40 <sup>o</sup> <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israël.	<i>MVNDI V.</i>	Anno Periodi Juliane.	Anno te aram Christi.		
3116	[ II. Reg. VIII. 20, 21, 22. II. Chron. XXI. 8, 9, 10. ] a. Jehoramus, improbæ uxoris suæ Athaliae consilia secutus, in Juda ipsifque Hierosolymis Baaliticam familie loceri sui Achabi idololatriam statuit; & ad eam subditos suos compulit. Inde scripto ab Elia propheta (antequam assumeretur) relicto, objurgatus est: penarum, quæ infecutæ sunt, denuntiatione addita. c. Primum enim excitavit adversus eum Philistæorum & Arabum turmas: qui in Judæam irrumpentes, abduxerunt omnes facultates quæ inventæ sunt in domo regis, una cum filiis & uxoribus ejus. Ita ut reliquis omnibus filiis interfectis solus illi relictus fuerit eorum minimus, Jehoachaz. [ II. Ch. XXI. ] qui & Achazia & Azaria, ipsius in regno successor. [ c. XXII. 1. 6. ]	5.	9		3826	888		
3117	e. Post hæc percussit Jehoram Deus intestinorum morbo incurabili: quo per biennium cruciatus est. [ II. Chron. XXI. 15, 18, 19. ]	6	10		3827	887		
3118	d. A patre morbo graviter laborante prorex constitutus est Ahazia, anno 11 Jorami filii Achabi. [ II. Reg. IX. 29. ]	7	11		3828	886		
3119	c. Jehoram, exeuntibus intestinis, miserè moritur; & in civitate Davidis, sed non in sepulchris Regum, ingloriè sepelitur. [ II. Chron. XXI. 19, 20. ] Successit ACHAZIAH, filius ejus, anno 12 Jorami filii Achabi; & anno 1 regnavit Hierosolymis. Hic etiam consiliis improbæ matris Athaliae & domus Achabi, post mortem patris, auscultans, cultus Baalitici patronus extitit. [ II. Reg. VIII. 25, 27. II. Chron. XXII. 1, 2, 3, 4. ] Achazia natus est, ex matre Zibia è Beersheba, filiorum minimus Joash; qui 7 annorum puer Rex postea declaratus est. [ II. Reg. XI. 21. II. Chron. XXIV. 1. ]	8	12		3829	885		
3120	b.  c. Achazia, ab expeditione adversus Hazaëlem Ramothis Gileadis reversus; ad invensum Jehoramum Israëliticum, ex acceptis vulneribus malè se habentem, Jezreëlem descendit. Ubi Jehu filios cognatorum ipsius ministrantes ei & principes Judæ inveniens			Adversus Hazaëlem, Benhadado (ut prædixerat Elifaus) in regno Syriae nuper succedentem, Jehoramus rex Israël & Achazia Judæ conjunctas copias Ramothas Gileadis eduxerunt: ubi à Syris percussus Jehoramus, ad curanda vulnera Jezreëlem se subduxit. [ II. Reg. VIII. ] Unus è filiis prophetarum ab Elifæo Ramothas missus, Jehu filium Jeholaphati filii Nimshi in regem Israëlitarum unxit: & Dei mandatum de excindenda domo Achabill: aperit. Qui in castris rex à Ducibus confirmatus, Jezreëlem properavit: ibique Jehoramum & Jezebelam occidit. (cap. IX.) Inde litteris Samariam missis, Achabi 70 filios jugulandos curavit: factum suum populo ex Elia prophetia probans. Tum, assumpto secum Jeonadabo filio Rechabi, Samariam ipse veniens, reli-			3830	884
						quum		



Anno Mundi.	42 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israël.	<i>MVNDI V.</i>	Anno Periodi Juliane.	Anno te. xxi. Christi.
3147	d. Joas Sacerdotes, ex collecta viritim pecunia, Templum Dei reparare jubet. [II. Reg. XII. II. Chron. XXIV.]	22	28		3857	857
3148	e. Jubilæus <i>duodecimus</i> . a. Joas, lente in Templo restaurando procedentibus Sacerdotibus, anno regni 23 à Jehoïada Sacerdote primo, & aliis opus perficiendum curat. [II. Reg. XII. 6, 7. II. Chron. XXIV. 8, 6.]	23	1	JEOACHAZ patri Jehu defuncto succedit, anno 23 Joasi filii Achazæ; & annis 17 regnat. [II. Reg. XIII. 1.] Cujus diebus omnibus Hazael rex Syriæ Israelitas oppressit: [c. XIII. 3, 7, 22.] crudelitatem in illos exercens quam Elifæus propheta prædixerat. [c. VIII. 12.]	3858	856
		24	2			
		25	3			
		26	4			
		27	5			
		28	6			
		29	7			
		30	8			
		31	9			
		32	10			
		33	11			
		34	12			
		35	13			
		36	14			
		37	15			
3163	c.	38	16	JOAS filius Jehoachazi à patre regni particeps factus est, anno 37 (deficiente) Joasi regis Judæ: & 16 regnavit annis. [II. Reg. XIII. 10.]	3873	841
3164	f. Zacharias Sacerdos, filius Jehoïdæ, Israelitas ad idololatriam post mortem patris sui lapsos reprehendens, lapidibus ex præcepto Regis obrutus ab eis est in atrio domus Domini. [II. Chron. XXIV.]	39	17		3874	840
3165	g. Vertente anno, copiæ Hazaelis regis Syriæ, quamlibet exiguæ, Judam & Hierosolymam invadentes, perdidit omnes principes populi, & omnem prædam eorum ad regem suum miserunt. Cum autem discessissent illæ à Joaso, quem morbis gravissimis laborantem reliquerunt; conjuratione facta servi ipsius, Zachariæ cædem ultæ, in lecto decumbentem trucidarunt, incunte regni sui anno quadragesimo. [II. Chron. XXIV. 1. 23, indeque ad fin. cum II. Reg. XII. 1, 17. ad fin.] Cui succedens filius AMASIAS anno Joasi Israelitici 2 (deficiente) regnavit 29 annos. [II. Reg. XIV. 1, 2.] qui in regno confirmatus, servos suos interfecit, qui percussent regem patrem suum: parcens tamen ipsorum liberis, juxta legem à Deo per Moysen præscriptam. [Ibid. 5, 6. II. Chron. XXV. 3, 4.]	40	18	Jehoachaz filius Jehu mortuus est, & Samariæ sepultus, quum annis 17 regnasset. [II. Reg. XIII. 1, 9.] Joas vero rex, non longe post patris exequias, Elifæum prophetam jamjam moriturum invisisse videtur: quem lachrymabundus de misero regni statu consulens, tribus vicibus percutiendos ab ipso fuisse Syros, responsum accepit. [Ibid. à vers. 14. ad 20.]	3875	839
		2	4			
		3	5			
3168	c.	4	6	Jeroboam II. à patre Joaso, ad bellum Syriacum profecturo, (in quo gerendo Benhadadum, qui patri Hazaeli in regno Syriæ successerat, tribus præliis vicit; & civitates, à patre	3878	836
	c. Amasias			Jehoa-		

ÆTAS

MUNDI V. 43

Anno Mundi.	Anni Regum udx.	Anni Regum Israel.	Anno Periodi Jostaph.	Anno 21. x. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.
				Jehoachazo amiffas, & manu illius recuperavit. [ II. Reg. XIII. 25. ] in regni consortium assumptus fuisse videtur: ut ex ratione Jeroboami hujus anno 27 Azarias rex Judæ regnare cepisse intelligatur. [ II. Reg. XV. 1. ]
	5	7		
	6	8		
	7	9		
	8	10		
	9	11		
	10	12		
	11	13		
	12	14		
	13	15		
	14	16		
3178				3888 826
				• Joas rex victo & capto Amasia rege Judæ, pertupit in muro Hierosolymorum, a porta Ephraimi usque ad portam angularem, quadringentos cubitos: deinde, acceptis domus Domini & regie thesauris omnibus, Samariam reversus est. [ II. Reg. XIV. 13, 14. II. Chron. XXV. 23, 24. ]
				Annis verò 15 ante mortem Amasie defuncto Joaso, succedens filius Jeroboamus, ab anno ejusdem 15 per annos 41 regnum Samaritanum obtinuit. [ II. Reg. XIV. 23. ]
				Per hunc servavit Deus Israel: recuperata illi Damasco & Hamatha ( quæ jure ad tribum Judæ pertinebant; II. Sam. VIII. 6. II. Chron. VIII. 3. ) & antiquo illius termino ( Num. XIII. 27. ) ab aditu Hamatha usque ad mare campestrium: secundum verbum Domini, quod locutus fuerat per Jonam filium Ammitthai prophetam. [ II. Reg. XIV. 25, 27, 28. ]
	16	2		
	17	3		
	18	4		
	19	5		
	20	6		
	21	7		
	22	8		
	23	9		
	24	10		
	25	11		
	26	12		
	27	13		
	28	14		
	29	15		
3194				3904 810
				• Amasias, facta Hierosolymis adversus eum conjuratione, Lacishum fugit: ubi interfectus est, & inde deportatus ad sepulturam in civitatem Davidis. [ II. Reg. XIV. 19, 20. II. Chron. XXV. 27, 28. ] Cui succedens filius UZZIAS sive AZARIAS anno 27. Jeroboami Israelitici ( ex quo
				I. Vsser. Annal. p. pr. regni F ij In

Anno Mundi.	44 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Juda.	Anni Regum Israelis.	<i>MUNDI V.</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno Periodi Christianæ.
	regni paterni particeps ille factus est; ut supra, anno Mundi 3168) annis 52 regnavit Hierosolymis. [II. Reg. XV. 1, 2.] Sub hoc minus floruit regnum Juda, quam sub æquali ejus Jeroboamo II regnum Israelis. Quamdiu enim Zachariæ consilia secutus, pietati studuit; Dei præsidio fultus, Philistæos & alios vicinos hostes subjecit & regnum confirmavit: ut fufius in II Chr. XXVI. à versu 2. ad 16 exponitur.					
3197	4. Jubilæus decimus tertius, duorum florentissimorum Regum tempore actus: sub quibus etiam insignes Prophetae in utroque regno claruerunt. ut in Juda, Evangelicus ille propheta Esaias filius Amotzi: (Esai. I. 1.) & Joel filius Pethuelis; quem ante Amosum docuisse ex eo colligit Codomanus, quod in fine primi capituli prædicat licitatem, quam in 4. capite Amos frustra evenisse conqueritur. Amosus autem, qui in Judæa inter pecuarios Tekoanos fuit, ad propheticum munus in regno Israelitico obeundum missus est, biennio ante terræ motum, qui horum ipsorum regnum, Uzzia & Jeroboami, diebus contigit. [Amos I. 1. Zachar. XI. 5.]	2 3 4	17 18 19	In regno Israelis prophetarunt, Jonas filius Ammittai, & Hosea filius Beeri. Jonas è Gatho-Chepheri fuit; [II. Reg. XIV. 25.] opido tribus Zabulonis; [Jofus XIX. 13.] in Galilæa gentium. [Esai. IX. 1.] quod obiter notandum, adversus Pharisæorum illud ad Nicodemum, [Johan. VII. 52.] <i>Scrutare, &amp; scire, ex Galilæa Prophetam non fuisse suscitatum.</i> Hic vero regnante (ut videtur) <i>Jonas</i> , quando Syrorum oppressione Israel jactatus erat valde, & nihil erat conclusum nihilque derelictum, & nemo erat adiutor Israeli; à filio ejus Jeroboamo regnum ex eorum potestate vindicandum prædixerat. [II. Reg. XIV. 25, 26.] & ad Assyriorum metropolim Niniven postea missus, prædicatione sua & regem & populum ad penitentiam adduxit. [Jon. III. Matth. XII. 41.] <i>Hoseas</i> regnante Jeroboamo, sub quo regnum Israeliticum maxime floruit, ruinâ ejus prædixit: quam ut & ipse videret, ministerium ejus ad Ezekia usque tempora productum effecit; (Hof. I. 1.) cujus anno 6 regnum illud finem sortitum est. [II. Reg. XVIII. 10.] His & tertius accessit <i>Amos</i> ; è Judæa, à sequendo grege, ad prophetandum apud populum Israeliticum vocatus. [Amos I. 1. VII. 14, 15.] Quam ob causam ab Amasia sacerdote Bethelis apud Jeroboamum regem Israelis accusatus, & in Judæam redire jussus, Dei sententiam hanc adversus eum pronuntiavit. <i>Vxor tua in ipsa civitate scortabitur, &amp; filij tui filiaque tua gladio cadent, &amp; terra tua funiculo dividetur; tu vero in terra immunda (Assyria sc.) morieris cum Israel omnino migrabit à terra sua.</i> [c. VII. 10, 12, 13, 17.]	3906	808
		5 6 7 8 9 10 11 12	20 21 22 23 24 25 26 27			
	Eclipsis					In

Anno Mundi.	<i>ÆTAS</i>	Anni Regum Jude.	Anni Regum Israelis.	<i>MVNDI V. 45</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno an- te erã Christi.
		13	28			
3207		14	29	In Lydia, ex Heraclidarum genere, Ardyfus regnavit, ann. 36. [ <i>Enseb. Chron.</i> ]	3917	797
		15	30			
		16	31			
3210		17	32	Regnum Macedonicum, à Carano Heraclida cœptum est.	3920	794
		18	33			
3213	<p>c. Eclipsis Solis facta est, digitorum circiter 10, anno Periodi Julianæ 3923, Junii 24, in festivitate <i>Pentecostes</i>; altera, digitorum 12 fere, undecimo post anno Periodi Julianæ 3943, Novembris 8, in diebus festi <i>Tabernaculorum</i>; &amp; tertia, plusquam 11 digitorum, anno sequente, Periodi Julianæ 3944, Maii 5 in festo <i>Azimum</i>. Quo videndum an non spectet prophetia illa <i>Amos VIII.</i> 8, 9, 10. <i>Erit die illo, dictum Domini Jehova, efficiam ut Sol occidat in meridie; &amp; obtenebrabo terram die lucido: commutabo dies festos vestros in luctum, omniaque cantica vestra in lamentationem.</i> Quam ut sensu allegorico ad tenebras, quæ in festo Paschatis tempore passionis Dominicæ contingerunt, Christiani Patres accommodarunt: ita &amp; in tribus hisce ingentibus Eclipsis trium festivitatum, in quibus omnes masculi Hierosolymis comparere tenebantur coram Domino, dies obscurantibus, sensu literali completam fuisse nihil vetat. Ut quemadmodum apud Græcos primus <i>Thales</i> ex scientia astronomica (<i>infra ad ann. M. 3403.</i>) ita apud Hebræos primus <i>Amos</i>, ex revelatione Spiritus sancti, Solares Eclipses prædixisse videatur.</p>	19	34			
		20	35		3923	791
		21	36			
		22	37			
		23	38			
		24	39			
		25	40			
3220	<p>c.</p>	26	41	Moetuo Jeroboamo, sub quo ad summum culmen perductum est regnum Israeliticum, in præcipitium cœperunt ruere omnia: motibus illis exortis, qui ruinæ, domus Jeroboami primum, deinde regni totius, fuerant prævii; prout in VII. & VIII. Amosi capite prædictum fuerat. Quo turbulento rerum statu, ad <i>azaryas</i> res est perducta; undecim annorum & dimidii continuatam spatio. Ejusmodi enim INTERREGNUM Synchronismus Regum hic postulat: ut Zachariæ filii Jeroboami menses sex 38º & intersectoris ipsius Shallumi menses unicus 39º Azariæ sive Uzziæ regis Judæ anno respondeant. [ <i>II. Reg. XV. 8, 13.</i> ]	3930	784
		27	1			
	Uzzia					
				F iij ZA.		



Anno. Mundi.	46 AETAS	Anni Regum Judae.	Anni Regum Israëlis.	MVNDI V.	Anno Periodi Julianæ.	Anno re. æræ Christianæ.			
3221	c. Uzzia regi uxor Jerusha, Zadoki filia, Jothamum peperit. Qui, patre lepra percusso & abs hominum confortio excluso, præerat domui regis & judicavit populum terræ: atque ei defuncto in regno successit, annos 25 tantum ætatis agens. [ II. Reg. XV. 5, 33. II. Chron. XXVI. 21. & XXVII. 1, 8. ] Unde colligi poterit, Menachemo demum Israeliticum regnum obtinente, Uzziam senem in Judæa Sacerdotium invadentem plaga illa affectum fuisse: contra Judæos (& eos secutum Procopium Gazæum, in Esai. cap. 7.) qui circa 25 annum regis Uzzia factum hoc existimant; ipso tempore terræ motus, qui diebus Uzzia & Jeroboami contigit. [ Amos I. 1. Zachar. XI. 5. ] quum Jeroboamo vivente Jothamum nondum natum fuisse appareat.	28	2		3031	781			
		29	3						
		30	4						
		31	5						
		32	6						
		33	7						
		34	8						
3228	c. Ab æstate hujus anni prima Græcorum Chronologorum numeratur OLYMPIAS, qua Coræbus Eleus vicit stadio; Iphitea vero 28, ut ex Aristodemi Elei & Polybii scriptis ostendit Julius Africanus. ( in Græcis Eusebianis Scaligeri, pag. 37, & 216. ) Atque hic apud Ethnicos temporis illud intervallum desinit, quod à doctissimo Varrone ( in Censorini de die natali libello ) quia in eo multa fabulosa refuntur, μυθικών nominatur: incipit illud, quod dicitur ιστοικών, quia res in eo gesta veris historiis continentur.	35	9		3938	776			
		36	10						
		37	11						
3232	a.	38	12. 1	ZACHARIAS, filius Jeroboami, quartus & postremus ex stirpe Jehu, prout à Deo prædictum fuerat, regnavit anno 38 Azariae sive Uzzia regis Judæ, sex mentium spatio. [ II. Reg. XV. 8, 12. cum X. 30. ] Post tempus vero illud semestre, à Shallumo filio Jabeshi interfectus est coram populo: ( II. Reg. XV. 10. ) cujus mortem dira illa calamitates subsequuta sunt, Amos VII. 9. præ-nunciata. Desolabuntur excelsa Isaaci, & sanctuaria Israelis in solitudinem redigentur; quum insurrexere contra domum Jeroboami gladio. SHALLUM Jabeshi filius, anno 39 Uzzia, regnavit mense unico. [ II. Reg. XV. 13. ] MENACHEM filius Gadi, è Tirza Samarum profectus, Shallumum occidit, Tiphachum cum finibus suis percussit, omnes prægnantes				3941	779
					3942	772			

Boc-

ejus

Anno Mundl.	ÆTAS	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israëli.	MVNDI V. 47	Anno Periodi Julianæ.	Anno an- te æram Christiæ.
3233	6. Bocchoris Saites in Ægypto regnat annos 44. [ <i>African.</i> ]	40	1	<p>ejus diffidit. [II. Reg. XV. 14, 16.] A Severo Sulpicio, libro 1. Historiæ sacræ, <i>Manes</i> hic appellatur, eodem quo <i>Manes</i> vel <i>Manichæus</i> hæresiar-cha nomine. Utriusque vero nomen paraclætum sive consolatore[m] signifi- cat.</p> <p>Dum autem per undecim ferè men- ses, turbato rerum statu, de regni possessione Manachemus contendisset: suscitavit Deus spiritum Pulis regis Assyriæ ad invadendam terram Israël. [I. Chron. V. 26. II. Reg. XV. 19.] Hic Sardanapali videtur (ab eo <i>Sar- dan-pul</i> dicti; ut <i>Merodach</i> Babylo- nius à <i>Baladane</i> patre cognomentum <i>Merodach</i> <i>Baladan</i> accepisse legitur, <i>Esa</i> XXXIX. 1.) Julio Africano <i>A- cracarnes</i>, Eusebio <i>Ocraxapes</i>, Ste- phano Byzantino <i>Cyndaraxes</i>, Stra- boni, Arriano &amp; Suida <i>Anacyndara- xes</i>, ab aliis verò (apud Athenæum, lib. 12. <i>Dipnosophist.</i>) <i>Anabaxares</i> appellatus. consideratque annis ab Africano &amp; Eusebio hujus &amp; filii im- perio assignatis, atque ab initio Na- bonasani (&amp; quem cum eo conjunctum fuisse existimamus) Sardanapali exitu eisdem retrò numeratis; hic ille ipse quoque fuisse videri posset, qui prædi- catione Jonæ prophætæ ad resipiscen- tiam perductus fuerat. Ut hic etiam viri Niniuite surrexerint in judicio cum gente ista: &amp; pœnitentem ethni- cum excitaverit justus Deus, ad pœ- nam de impœnitente Israele repof- cendam.</p> <p>Dedit autem ei Menachem mille talenta argenti, ut esset adjumento si- bi ad confirmandum regnum in manu ipsius. [II. Reg. XV. 19, 20.] quò à nonnullis refertur illud, <i>Hose.</i> V. 13. <i>Cum videret Ephraim morbum suum, &amp; Juda ulcus suum; abiit Ephraim ad Assyrium, misitque ad regem Ja- reb, sive regem qui cum esset propu- gnaturus.</i></p> <p>Menachemus in regno quod occupa- verat ita confirmatus, regnare pacifi- cè cœpit anno 39 (desinente) Azariæ sive <i>Uzzia</i> regis Judæ: &amp; per 10. an- nos regnum obtinuit. [II. Reg. XV. 17.]</p>	39 43	771
3237		44	5	<p>Sardanapalus Assyriorum imperium annis 20 obtinet. [<i>Jul. African. &amp; Euseb.</i>] qui in Epitaphio, quod ex Clitarcho apud Athenæum, (lib. XII.) Strabonem (lib. XIV.) &amp; Arrianum (de reb. Alexandri lib. II.) legitur, duas Ciliciæ urbes, <i>Anchialum</i> &amp; <i>Tarsum</i>, uno die condidisse dicitur.</p>	39 47	767
	Achaz	45 46	6 7	PEKAHJA		

Anno Mundi.	48 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Jude.	Anni Regum Israelis.	<i>MVNDI V.</i>	Anno Periodi Julianæ.	Anno te anno Christi.
3242	c. Achaz Jothami filius nascitur, siquidem 20 annorum fuit quum regnare inciperet. [ II. Reg. XVI. 2. II. Chron. XXVIII. 1. ] Quia verò 16 tantum annis, regnavit, & ipso moriente filius Ezechias dicitur fuisse 25 annorum, unde sequeretur filium habuisse Achazum, cum undecim tantum annos esset natus: ideo Tremellius Achazum, annos 20. natum fuisse interpretatur, non cum ipse, sed cum pater Jotham regnare inciperet.	47 48 49	8 9 10			
3243	c. Halyattes senior, in Lydia regnavit annos 41. [ <i>Euseb. Chronic.</i> ]	50 51	1 2	PEKAHJA patri Menachemo defuncto succedit, anno 50 Azariæ sive Uzzia regis Judæ: & regnavit biennio. [ II. Reg. XV. 23. ]	3952	762
3245	c.	52	1	PEKAH Remaliaz filius, interempto Samariaz Pehaja in palatio regio, regnavit pro eo annis 29, ab anno 52º Azariæ regis Judæ. [ II. Reg. XV. 25, 27. ]	3955	759
3246	a. Jubilæus decimus quartus: quo vidit Efaia gloriam Domini, sedentis in folio & stipati satellitio Angelorum accinentium; obdurato deinceps & occæcato magis ac magis populo Judaico, ne intelligeret verba Prophetarum & converteretur & sanitas obveniret ei. [ <i>Efaia. VI. Johann. XII. 40, 41.</i> ] Contigit hæc visio anno quo mortuus est rex Uzzia: [ <i>Efaia. VI. 1.</i> ] cui in civitate Davidis & agro sepulchrali regum condito ( sed seorsim ab aliis, quia leprosus erat ) successit filius JOTHAMUS anno 2º Pekia regis Israelis; & 16 annis regnavit Hierosolymis. [ II. Reg. XV. 7, 32, 33. II. Chron. XXVI. 23. & XXVII. 1, 8. ] Hic pugnans contra regem Ammonitarum prævaluit: ita ut per triennium tributum illi penderent. [ II. Chron. XXVII. 5. ] Sub eo, & duobus ejus successoribus, Mica Morasthites ( simul cum Efaia & Hofea ) Propheticum suum munus obiit. [ <i>Mica. I. 1.</i> ] Sub eo etiam à Nahumo propheta subversionem Assyriorum & Nimives prædictam, & post 115 annos completam fuisse, Josephus ( libro 9. Antiquit. cap. 11. al. 12 ) affirmat: quum ex eo complementi tempore sub Achazo potius Jothami filio illum prophetavisse fuisse colligendum.	53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100	1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100			
	Ezekias			Adarus		

Anno Mundi.	ÆTAS	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Iſraelis.	MVNDI V. 49	Anno Perſidit ſultane.	Anno ante ſeram Chriſti.
3252	6. Ezekias Achazi filius naſcitur, ex matre Abia Zachariæ filia: ſiquidem 25. annorum fuit, quum regnare inciperet. [II. Reg. XVIII. 2. II. Chron. XXIX. 1.]	5 6 7	6 7 8		3962	752
3254		8 9	9 10	Aradus (quæ in Phœnicia parva inſula eſt, ut notat Mela, & quantum pater, tota oppidum) & Cyzicus (in Propontidis inſula) conditæ. (Eufeb. Chron.) Arbaces Mediæ præfectus, muliebrem Sardanapali molliem indigniſſime ferens, conjuratione cum Beleſo Babylonio inita, Medorum, Perſarum, Babyloniorum & Arabum quadringenta millia adverſus eum eduxit. Qui tribus præliis victus, in quarto, Bactrianorum copiis ad eum deficientibus, hoſtes noctu ex improviſo oppreſſit, & caſtris exiit. cunq̄ue Sardanapalus uxoris fratri Salæmeni imperium caſtrenſe tradidiſſet, is à conjuratis bis prælio victus, cum toto pene exercitu deletus eſt. Ninive obſidione cinctâ, Sardanapalus filios tres & filias duas magna cum gaza in Paphlagoniam ad Cottam præfectum mittit: & tabellariis per omnes regni provincias dimiſſis, militum delectus agit, & ad tolerandam obſidionem neceſſaria comparat. [Diodor. Sicul. lib. 2.]	3964	750
3256	6. ROMA, juxta Fabii Piſtoris (Romanorum ſcriptorum antiquiſſimi) & ludorum Secularium à veteribus Romanis obſervatorum rationes, paulo ante initium Olympiadis 8, in feſto Palilitio, XII. Kalend. Maii, à Romulo condi cœpta eſt: licet Palilia Varroniana toto quinquennio Fabianis anteriora ſint. <i>Vrbs oritur (quis tunc hoc ulli credere poſſet?)</i> <i>Victorem terris impoſitura pedem.</i> [Ovid. Faſt. lib. 4.]	10 11	11 12		3968	748
3257		12	13	Anno obſidionis tertio, fluvius continuis imbribus excreſcens Nini ves partem inundavit, & murum ad ſtadia XX. dejecit. Sardanapalus, rogo in regia ingenti extructo, & ſe & regiam, cum concubinis, eunuchis & divitiis omnibus, incendio abſumpſit. Conjurati per collapsam muri partem ingreſſi, urbem cœperunt, & Arbacem Regem appellarunt. [Diod. lib. 2. & Athenæus lib. 12. ex Cteſta.] Atque ita Aſſyriorum Imperium deſtructum eſt: poſtquam à Nini initio ſuperiorem Aſiam annis 520 (ut in libro 1. cap. 95. docet Herodotus) obtinuiſſent. Diviſo igitur imperio:	3966	748

I. Viſſer. Annal. p. pr.

Me-

G

Ar-

3261 Meles in Lydia regnavit annos 12. [Euseb. Chron.] de quo videndus Herodotus, lib. 1. cap. 84.

3262 c ACHAZ patri Jothamo succedens anno 17 (deficiente) Pekæ filii Remaliæ, 16 annis regnavit Hierosolymis. [II. Reg. XVI. 1, 2. II. Chron. XXVIII. 1.]

Quum sub finem regni Jothami cepisset Deus immittere in Judam Rezinem regem Syriæ & Pekam Remaliæ filium: [II. Reg. XV. 37.] audito jam adventus eorum: timore, domus David cum populo contremuit, prætersimum sibi excidium imminere metuens. Regi Achazo consternato Deus, per Esaiam prophetam, ipsius liberationem & hostium interitum denunciat. Liberationis signum (optionem illud eligendi sibi ultro oblatam Rege incredulo repudiante) promissionem dat de Virgine Immanuel paritura: qui & personæ ratione futurus esset *ἡμεῖς*, *Deus nobiscum* sive in carne nostra habitans; & officii quoque quo, ut unicus mediator Dei & hominum [1. Tim. II. 5.] effecturus erat ut esset *nobiscum Deus* [Esai VIII. 10.] placatus & propitius,

*Arbaces*, Straboni *Orbacus*, Velleio Paterculo *Pharnaces*, dictus, Medis suis ab Assyriorum jugo liberatis *Ἀρραβίας* reddidit: ut (in libro jam citato) confirmat Herodotus.  
*Belefs*, in sacris literis. [Esai. XXXIX. 1. & II. Reg. XX. 12.] *Ba, ladan*, Agathia] lib. 2. hist. ex Bione & Alexandrino Polyhistoro) *Belefsus* vel *Belefsus*, Nicolao Damasceno (in eclogis ab Henr. Valesio editis) *Nanybrus*, Hipparcho, Ptolemæo & Censorino *Nabonasarus* dictus, regnum Babyloniæ per annos 14 obtinuit. A meridie vero primi diei Thoth mensis Ægyptiaci, die videlicet Februarii 26, feria 4, labente ante vulgarem nostram æram Christianam anno 747, *Nabonasari* epocham summo consensu deducunt omnes Astronomi.  
*Ninus* junior Assyriorum regnum, ad proprios terminos reductum, (monarchia in Sardanapalo jam extincta) annis 19 obtinuit: ut ex Castore Rhodio (qui amplis voluminibus *ἱστορίας ἀποκατακτά* enarravit) in Græco suo Chronico refert Eusebius. Qui melioris auspicii causa primi Assyriaci imperii conditoris nomen assumpsisse sibi videtur: propria appellatione in Eliano (lib. 12. hist. animal. cap. 21.) *Thilgamus*, in sacris literis *Thilgath-Pileeser* [I. Chron. V. 6, 26. II. Chron. XXVIII. 20.] & *Tiglath-Pileser* [II. Reg. XV. 29. XVI. 7. 10.] nuncupatus.

13 14  
14 15  
15 16  
16 17  
17 18

3967 747  
3972 742

Anno  
Mundi.

## ÆTAS

Ani  
Regum  
Jude.Anni  
Regum  
Israelis.

MVNDI V. 51

Anno  
Periodi  
Julianz.Annoan-  
te gram  
Christi.

tius, adeoque auxilium in angustiis præsentissimum. [*Psal.* XLVI. 1, 2, 7. cum *Rom.* VIII. 31, 32.] Quod quidem documentum præsentis negotio erat accommodatissimum: tum quia in Christo omnes promissiones Dei sunt *Etiā & Amen.* [*II. Cor.* I. 20.] in ipso & propter ipsum communiter implenda; tum quod Judæa speciali quodam privilegio terra esset Immanuelis, [*Esai.* VIII. 8.] in qua, quod ad carnem attinet, non solum ex Judæis esset ille oriturus, [*Rom.* IX. 5.] sed etiam ex domo Davidis, & quidem (juxta Jacobi vaticinium, [*Genes.* XLIX. 10.] prius quam sceptrum recederet à Juda, id est, Judæa Respublica esse desineret regio gubernata imperio. Unde metuendus non esset hoc tempore vel domus Davidicæ vel gentis Judaicæ interitus; qualem post annos 65 gentem Ephraimiticam passuram fuisse paulo ante Propheta prædixerat. [*Esai.* VII. 8.]

Adversariorum vero Regum jamjam imminens occasum præmonstrare jussus est Propheta, producto in medium *Shear-jashub* filio; quem (post prolatum de Virgine *Siromia* grande illud oraculum, digito vel gestu aliquo alio demonstratum (butyro & melle in tenella sua ætate nutriendum fore diceret, donec ad eam adulesceret qua discrimen posset discernere inter bonum & malum: ante illud enim tempus, utrumque regem tollendum esse è terra sua. [*Esai.* VII. 3, 15, 16.] Cumque eodem tempore accideret, ut *Esaiæ* alium filium pareret uxor prophetissa; mandato Dei, nomen illi est impositum, *Maher-sbalal-hash-baz*: quod *accelerando prædam festinaret diripiens* Assyrius; Syros & Israelitas prædaturus, antequam proferre nosceret puer ille, *Pater mi aut Mater mea.* Atque ita Prophetæ quoque filii in signa & ostenta apud Israelitas à Deo constituti sunt. [*Esai.* VIII. 3, 4, 18.]

Post editas has prophetias, *Rezin* & *Peka* junctis viribus ascenderunt ad oppugnandam Hierosolymam: ubi obsederunt *Achazum*, sed (uti prædictum fuerat) non potuerunt debellare. [*Esai.* VII. 1, 7. *II. Reg.* XVI. 5.]

Impius *Achaz*, à præsentis creptus periculo, Deum liberatorem deseruit. Ambulavit enim in viis regum Israelis, Baaliticam idololatriam amplexatus est, adolevit in valle filii *Hinnomi* & filium suum transmisit per ignem; sacrificavitque in excelsis, & in collibus, & sub omni arbore vivente. [*II. Chron.* XXVIII. 2, 3, 4. *II. Reg.* XVI. 3, 4.]

I. Vsser. *Annal.* p. pr. De-

G ij Inter-

Anno Mundi.	52 <i>ÆTAS</i>	Anni Regum Judæ	Anni Regum Israelis	<i>MUNDI V.</i>	Anno Periodi Julianæ.	Adven- tu m Christi.
3263	<p>c. Deserens Deum Achazus, à Deo desertus est. Unde reversi ad eum Resin &amp; Peka, separatim copiis eum debellarunt, quod conjunctis prius efficere non valuerunt. Tradidit enim Deus in manum tum regis Syrorum, qui percutientes eum captivam in Damascum abduxerunt ab eo multitudinem magnam; tum regis Israelis, qui percussit eum percussione magna. [II. Chron. XXVIII. 5.]</p> <p>Eodem tempore Rezin Elatham (quam Judæ recuperaverat &amp; ædificaverat rex Azarias sive Uzzias; [II. Reg. XIV. 22. II. Chron. XXXVI. 2.] avertit ad Syros: qui ibi deinceps habitaverunt [II. Reg. XVI. 6. 6.]</p>	2	19	<p>Interfecit Peka ex Judæis 120 milia die uno, omnes robustos. Interfecit quoque Zicri potens Ephraimita Maaseiam regis filium, &amp; Azrikam antecessorem domus ejus, atque Elkanam secundum à rege. Et captivos ducebant Israelitæ ex Juda &amp; Hierosolymis ducenta millia mulierum, puerorum &amp; puellarum, multamque prædam diripiebant ex eis: deducebantque ista spolia in Samariam. Verum interponente se Dei propheta Odedo, dereliquerunt multitudinem illam captivam &amp; prædam suam ante principes &amp; totam congregationem: qui captivos illos, humanissime tractatos, deduxerunt Jerichuntem ad fratres ipsorum. [II. Chron. XXVIII.]</p>	3273	741
3264	<p>c. Edomæi percusserunt Judam, &amp; abduxerunt captivos. Philistæi quoque (quos, Dei auxilio fretus, rex Uzzias prius domuerat; [II. Chr. XXVI. 6, 7.] irruerunt in civitates depressi agri &amp; meridianas Judæ, &amp; habitaverunt in eis. Deprincebat enim Dominus Judam propter Achazum: quia abstraxerat Judam, ut omnino prævaricaretur contra Dominum. [II. Chron. XXVIII. 17, 18, 19.]</p> <p>Accipiens Achaz aurum &amp; argentum, quod inveniebatur in Domo Domini &amp; in thesauris domus regis, misit ad Tiglath-pileserum regem Assyriæ munus: orans, ut è manu regis Syriæ &amp; Israelis ipsum servaret: Cui ille auscultans, Damascum cepit &amp; incolas ejus in Kirum deportavit, Syriæ verò regem Rezinem morte affecit. [II. Reg. XVI. 7, 8, 9.] completa prophetia, tum Esaie, [c. VII. 16. &amp; VIII. 4. &amp; IX. 11.] tum Amosi; qui Damasceni regni excidium hoc longe ante ita prædixerat. <i>Immittam ignem in domum Hazaelis, qui consumet palatia Ben-hadadi: &amp; confringam veterem Damasci, excindamque habitatorem è convalle Avenis, &amp; tenentem sceptrum è domo Edenis; migrabuntque populus Syriæ in Kirum, ait Dominus.</i> [Amos I. 4, 5.] Atque ita regnum Damascenum, &amp; cum eo Hamatha (cujus ut tum maxime florentis, mentio fit Amos VI. 2. (&amp; Arpadis, [Jer. XLIX. 23. Esai. X. 9. XXXVI. 19. &amp; XXXVII. 12, 13.] in Rezone ceptum, [I. Reg. XI. 23, 24.] in Rezone finitum est: quod per decem generationes continuatum fuisse, Nicolaus Damascenus (apud Josephum, lib. 7. Antiquit. cap. 6.) affirmat. <i>Vid. supr. ad annum Mundi 2960.</i></p> <p>Profectus vero Achaz obviam Tiglath-pilesero Damascum, ut congratularetur ei de victoria; formam magni altaris, quod ibi viderat, ad</p>	3	20	<p>Achazo implorante auxilium regum Assyriæ (sic enim in I. Chron. XXVIII. 16. pluraliter nominantur; numeri enallage usitata, [Psal. CV. 30. Jerem. XIX. 3. XXV. 22, 3. Esai. I. 52.] adversus Pekam ascendens Tiglath-pileser, populum Gileadis sive Perææ, Reubenitas videlicet, Gaditas &amp; dimidiatam tribum Manassis, abduxit in Chalachum, Chaborem, Haran &amp; Nehar-gozanem: deinde, transmissio Jordane, Galilæam occupavit; eisque incolas, cum Naphthalitis omnibus (quos clades à Benhadado prius accepta reliquos fecerat) deportavit in Assyriam. I. Chron. V. 26. &amp; II. Reg. XV. 29. [ex quo, cum I. Reg. XV. 20. comparato, exponendus videtur locus, Esai. IX. 1.]</p>	3274	742

Anno Mundi.	AETAS	Anni Regum Jude.	Anni Regum Israelis.	MVNDI V. 53	Anno Periodi Juliana.	Anno ante Christum
	Uniam sacerdotem misit, ut illi con- simile extrueret sibi Hierosolymis. In quo, domum reversus, sacrificavit ipse; omniaque holocausta populi offerri mandavit: altari aëneo longius amoto ab anteriore parte domus, ne esset inter suum altare & domum Domini. [II. Reg. XVI.]					
3265	c. Postquam Achaz servum se effecisset regis Assyrii, [II. Reg. XVI. 7. cum XVIII. 7.] & regnum suum tributarium illi reddidisset: plus tamen detrimenti quam adjumenti ab eo accepit. [II. Chron. XXVIII. 20. 21.] id quod allegoria illa Propheta Achazo paulo ante significaverat. <i>Abradet Dominus novacula mercenaria, transfusivali, Rege Assyria, pilum capitis &amp; pedum; etiamque barbam ipsam consumer.</i> [Esaï. VII. 20.] Quare & accessum extimum, quo à domo regis ad Templum Domini ibatur, amovit Achaz: metu regis Assyriæ. [II. Reg. XVI. 18.] à vi nimirum illius (ut interpretatur Tremellius) sibi metuens; ne fortè per illum accessum in regiam irruerent. Et tamen angustiae suae tempore, magis ac magis pergebat ille prævaricari adversus Dominum. [II. Chron. XXVIII. 22.]	4	1	HOSEA filius Elæ, interfecto Peka Remaliae filio, regnum invasit, anno 20º, ex quo Jotham in Juda regnare cœpit, [II. Reg. XV. 30] id est quarto regni Achazi. Turbis tamen & seditionibus intervenientibus regno statim potiri non poterat. Republica ad anarchiam quandam, per 9 annorum spatium recedente.	3975	739
		5	2			
		6	3			
		7	4			
3269	Gandaules (Græcis, teste Herodoto, Myrsilus dictus; Myrsi filius, Heraclidarum postremus) in Lydia regnavit annos 17. [Euseb. Chron.]	8	5		3979	735
		9	6			
3271	Nadius, sive Nabius (נבד) apud Babylonios regnat, ann. 2. [Ptolem. in Reg. Canone.]	10	7		3981	733
		11	8			
3273	Chinzirus & Porus, apud Babylonios regnant, ann. 5. [Id. ibid.]	12	9		3983	731
		13	1	HOZEA, turbis domesticis compositis, regno tandem potitus est, anno (desinente) 12º Achazi regis Juda. [II. Reg. XVII. 1.]	3984	730
3274	c.			Tiglath-pilesero, sive Nino juniori, postquam 19 annis (ut ex Castore notatum est, regnavisset, successit in regno Assyriaco Salmanasar; <i>Enemassar</i> in Græco Tobia dictus, <i>Shalman</i> is esse videtur, qui <i>Hoseæ</i> X. 14. <i>domum Arbeli</i> (Darii clade postea nobilis) <i>vastavisse dicitur die belli</i> ) Atbelitida videlicet, regionem Assyriæ infra Arpadum. Contra Hoseam quoque regem Israelis ascendit Salmanasar; fecitque eum servum sibi & tributarium, [II. Reg. XVII. 3.]	3986	728
		14	2			
		15	3	Sabacon Æthiops captum in bello Bocchorim vivum cremavit, ejusque loco in Ægypto regnavit ann. 8. <i>African.</i>	3987	727
3277	c. Achaz, postremo regni sui anno filium EZEKIAM principatus fecit consortem: qui inde, à 3º anno (desinente) Hoseæ regis Israelis, 29 annis regnavit Hierosolymis. [II. Reg. XVIII. 1, 2.]	16	4			
	Jugæus,					



Anno Mundi.	54 ÆTAS	Anni Regum Judæ.	Anni Regum Israelis.	MVNDI V.	Anno Periodi Julianæ.	Anno ab æra Christi.
3278	<p>a. Jugæus, five Ilulæus, apud Baby- lonios regnat. ann. 5. [<i>Ptol. Reg. Cæ- non.</i> ]</p> <p>b. Quo anno mortuus est rex Achaz, Esaïas Philistæis, partem Judææ ini- què possidentibus, ( ut supra, ad an- num M. 3264. dictum ) excidium de- nunciavit. [<i>Esaï. XIV. à vers. 28. ad fin.</i> ] similemque calamitatem Moa- bitis intra tres annos obventuram prædixit. [<i>Esaï XV. 1. ad XVI. 14.</i> ] de quorum vaticiniorum complemen- to, videnda quæ ad annum M. 3280. &amp; 3284. deinceps annotabuntur.</p> <p>Mortuus Achaz, sepultus est in ci- vitate Davidis: [<i>II. Reg. XVI. 20.</i> ] sed non in sepulchris regum. [<i>II. Chron. XVIII. 27.</i> ]</p> <p>c. Patre mortuo, Ezechias jam liber, anno primo regni sui ( ad finem ver- gente ) mense primo ( Abib sc. aperuit fores Domini ) quas impius pater oc- cluserat: [<i>II. Chron. XXVIII. 24.</i> ] &amp; Sacerdotibus ac Levitis ipsorum sanctificationem Templique purga- tionem imperavit. [<i>II. Chron. XXIX. 3, 4.</i> ]</p> <p>Illi, hoc mandato animati, mensis primi die primo, (<i>April. 21.</i> in ipso Sabbato ) sanctificaverunt se, vene- runtque secundum præceptum regis ad purgandum domum Domini; &amp; die octavo ejusdem mensis (<i>April. 28.</i> die item Sabbati ) ingressi porticum Tem- pli, sanctificaverunt domum Domini diebus octo: ita ut die sextodecimo mensis primi (<i>Maii 6º, feria 1</i> ) ab- solverint. [<i>II. Chron. XXIX. 15, 17.</i> ]</p> <p>Manè igitur surgens rex Ezechias, ( <i>Maii 7. feria secunda</i> ) congrega- vit præfectos civitati, &amp; ascendit in domum Domini: in qua, cum populo, per Sacerdotes &amp; Levitas multa sacri- ficia in altari Domini magna cum læti- tia obtulit. [<i>II. Chron. XXIX. 20 - 36.</i> ]</p> <p>Quia vero Pascha celebrari non po- terat tempore eodem quo conventus fuerat habitus &amp; purgatio instituta; ( quum Sacerdotes non sanctificassent se ad sufficientem numerum, &amp; popu- lus non congregasset se Hierosolymam ) ex lege <i>Num. IX. 10, 11.</i> indictum est Pascha in mensem secundum. Edicto igitur promulgato per totum Israel a Beersheba Danem usque, non Judæi solum sed etiam ex tribubus Asheris, Manassis &amp; Zebulunis nonnulli ( reli- quis Israelitis invitationem deriden- tibus ) Hierosolymam congregati sunt Ubi, idololatricis altaribus &amp; aris thuraniis prius amotis atque in Kidro- nis torrentem projectis, jugularunt Pascha 14 die mensis 2. (<i>Junii 3. fe- ria 1</i> ) deinde festum azymorum cele- brabant septem diebus offerentes sa-</p>				3988	720
	crificia				Hofea	

Anno Mundi.	ÆTAS	Anni Regum Judæ.	Anni legum Israelit.	MVNDI V. 55	Anno Periodi Julianæ.	Annoan- te æram Græcicâ.
	<p>crificia eucharistica &amp; confidentes Deo majorum suorum : quibus ( ad testandum gratum erga Deum animum ) &amp; alios septem dies addiderunt ; quos celebrarunt cum læticia. [ II. Chron. ]</p> <p>Quam autem absolvissent omnia ista , egressi sunt omnes Israelitæ qui præsenes fuerant ( sub finem mensis 2. ) per civitates Judæ : &amp; frugerunt statuas , &amp; succiderunt lucos , destruxeruntque excelsa ac altaria è toto Juda &amp; Beniamine , etiam per Ephraïmum &amp; Manasse , usque dum absolvissent. Deinde reversi sunt omnes Israelitæ in possessionem suam per civitates suas. [ II. Chron. XXXI. 1. ]</p> <p>Ezekias vero contudit etiam serpentem æneum quem fecerat Moyses ( Nu. XXI. 9. ) eo quod usque ad dies illos Israelitæ adolerent ei : &amp; per diminutionem ac contemptum <i>Nebusatan</i> , quasi <i>anulum</i> , vocavit. [ II. Reg. XVIII. 4. ] Idemque Sacerdotes ac Levitas in suis muneribus &amp; distributionibus restituens , de cibatio eorum prospexit ; revocata primitiarum decimarumque lege [ II. Chro. XXXI. ]</p> <p>Unde ,</p> <p>a Mense tertio primitiæ &amp; decimæ deferri , &amp; apud Sacerdotes acervatim deponi , cœpta sunt. [ II. Chr. XXXI. 5. 6. 7. ]</p> <p>Mense septimo ( quo collecta fructuum totius anni absolvitur ; Exod. XXIII. 16 oblatio primitiarum &amp; decimarum absoluta est <i>Ibid.</i> ) iisque distribuendis curatores ab Ezekia præfæci sunt. [ II. Chron. XXXI. b. ]</p>					
3279		2	5			
		3	6	Hosea communicato cum <i>Seo</i> rege Ægypti consilio , annum quod immitte solebat tributum Salmanasaro reculavit. [ II. Reg. XVII. 4. ] qui <i>Sous</i> vel <i>Sua</i> ( ut eum appellat Hieronymus ) non alius esse videtur quam <i>Sabacon</i> Æthiops , 25. Ægyptiorum dynastiæ , quem Æthyopum fuisse retulit Manetho , primus. ( de quo supra , ad ann. M. 3987 ) Unde Æthiopicis confederatum Hoseam Chrysostomus , in Johann. homil. 30. & regem Æthyopum , qui rum Ægyptum obtinebat , in auxilium eum accersivisse , libro 1. sacre Historiæ narrat Severus Sulpicius.	3989	725
3280		4	7	Salmanasar , comperta Hoseæ conspiratione , primum quidem Moabitarum agrum occupavit , ( ne quid à tergo relinqueret quod sibi damnosum esset aut copiis suis. ) duabus summis illius civitatibus , Are & Kir-hareseth , excisis ; juxta Esaiæ vaticinium , anno ante eventum tertio prædictum. [ Esai. XVI. vers. 1. & ult. cum notis Tremellii. ] Deinde totum regnum Israeliticum pervasit : & ascendens contra Sa-	3990	724
	Mardocepadas			mariam		

3283

Matdoempadus in Babylonia regnare cepit, post initium Nabonafari annis 26, post exitum 12; ut ex Ptolemæi Regum Canone intelligimus. Ab Esaia propheta *Merodac Baladan* filius *Baladan* nominatur: [*Esaia* XXXIX. 1. ut pote *Belests*, *Nabonafari*, vel filius vel (notissimo Hebraismo) nepos. Anno ejus primo Lunam Babylone defecisse notat idem Ptolemæus (libro 4. magnæ Syntaxeos, cap. 6.) anno 27 Nabonafari, die 29 Thoth mensis Ægyptiaci; sub finem videlicet diei 19 nostri Martii, horis duabus cum dimidio ante mediam noctem.

5  
68  
9

mariam, anno 4 Ezekia & 7 Hofea (utroque ineunte) obsedit eam tribus annis. [*II. Reg. XVII. 4, 5. & XVIII. 9.*]

Sub finem anni tertii obsidionis, regnique Ezekia sexti & Hofea noni, Samariam cepit Salmanasar: & deportavit Israelitas in ditionem suam; collocavitque in Chalacho: Charbone, Nehar-gozane, (quo Perææ incolas, sive duas tribus & dimidiam trans Jordanem, prius transfulerat Tiglathpilefer; *I. Chr. V. 26.*) & in civitatibus Mediæ. [*II. Reg. XVII. & XXVIII. 6, 11.*] *Assyria* enim, quæ ante regiam potestatem Dejoci traditam apud Medos obtinuit, opportunitatem Assyrii ministraverat ad civitates eorum occupandas. Unde Tobit, sive Tobias senior qui se hoc tempore, cum Anna uxore & Tobia filio & contribulibus suis Napthalitis in regionem Assyrio-

3993

721

3284

ram abductum, & Salmanasaris opsonatorem sive annona curatorem constitutum ibi fuisse dicit, in Mediam profectum se fuisse addit, & in primaria ejus civitate Rages apud Gabelum (agnatum suum, & è deportatis unum) decem argenti talenta deposuisse. [*Tobi. I.*] Atque hic finis fuit regni Israelitici; postquam 254 annis stetit, a regno Judæ sejunctum.

b. Anno 2 Matdoempadi sive Merodaci, altera Lunaris Eclipsis Babylone conspecta est anno Nabonafari 28 mensis Thoth die 18. media nocte; ineunte videlicet Martii Juliani die 9. feria 7. & post dies 176, cum horis 20 & dimidia, Eclipsis Lunæ tertia 15 die mensis Phamenoth, sub finem 1 diei Septembris, fer. 1. tribus horis & dimidia ante mediam noctem. [*Ptolem. lib. 4. magnæ Syntax. cap. 6. & 7.*]

3994

720

3285

Sevechus Æthiops, Sabaconis filius, in Ægypto regnat ann. 14. [*African.*] Videtur Sethos esse Vulcani sacerdos: de quo Herodotus, libro 2 cap. 141.

3995

719

3286

Candaules, uxorem satelliti suo Gygi Dascyli filio inmodestè spectandam exhibens, ab eo (ipsa uxore ad id incitante) obruncatus est: qui ejus non uxore solum, sed simul etiam cum ea regno Lydiaco deinde potitus est. Cujus rei meminit Archilochus Parus, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Ita ab Heraclidi Lydorum regnum ad Mermnadas est translatum: in quorum familia per annos 170 mansit; ex quibus 38 in regno exegit ipse Gyges. [*Herodot. lib. 1.*] Servilis eum conditionis fuisse, illa Cræsi abnepotis ipsius verba apud Zenophontem Institut. Cyri lib. 7.) arguunt. *Τὸν μὲν ἄριστον ἀπὸ τῶν ἀρίστων βασιλέων οὐκ ἔστιν ἄλλος ἢ οὗτος ὁ βασιλεὺς ὃν οὐκ ἔδειξεν ἡμῖν δύναι. Ex majoribus meis eum qui primus regno potitus est, audio simul & regnum simul & libertatem esse consecutum.* Et regiarum pecudum pastorem fuisse, in libro 2. de Republica, affirmat Plato. Ejus nomen in Orientalium dialecto *Λυγ*, *Gug* vel *Gog*, dictum fuisse videtur.

3996

718

3287

Gyges regnum adeptus, Delphos donata non pauca misit, arma Mileto & Smyrnæ intulit, urbemque Colophonem vi cepit. [*Herodot. lib. 1. cap. 14.*]

Elulæus Tyriorum rex deficientes Gittæos, cum classe eò profectus, sub imperium suum retulit. Contra hos missò exercitu, Salmanasar Assyriorum rex Phœnicen totam invasit: facta deinde pace, cum copiis domum reversus est. Paulo post, Sidon & Ace (Ptolemæis postea appellata) & Palætyrus, cum multis urbibus aliis, à Tyriis ad Assyriorum regem defecerunt. Et cum soli Tyrii facere ejus imperata detrectarent, reversus est contra eos; Phœnicibus naves 60. (vel 70. ut apud Rufinum legitur) illi exhibentibus & remiges octingentos. Quibus occurrentes Tyrii cum duodecim navibus, disjecta hostili classe, quingentos ex ea captivos abduxerunt: quo facinore non mediocrem rei navalis gloriam sibi comparaverunt. Revertens autem rex Assyrius, custodes ad fluvium & aqueductus disposuit, qui aquari Tyrios prohiberent: quod cum per continuos quinque annos fieret, coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc Menander Ephesius in suis Chronicis, ex Tyriorum annalibus in Græcam linguam translatis; à Josepho lib. IX. Antiquit. cap. ult. citatus, ubi, pro *Elulæo*, in Rufino vetere Latino interprete *Hylyseus* legitur: unde Scaligero rex ille Tyriorum *Elifans* dictus fuisse videtur, cui tamen in eo non assentior, quòd Cyprios à Menandro *Κεθάνης* hic vocari asserit: cum *Κεθάνης* nomine *Gitta* sive *Gathi* incolas, ille potius intellexerit; ea appellatione in sacris literis satis notos. [*II. Sam. XV. 18. & XXI. 19. collat. cum I. Sam. XVII. 4.*] Quos etiam, ipsius hujus Elulæi sive Elifæi tempore, ab Ezekia rege Judæ subactos postea fuisse, ex Josepho colligi posse videtur: qui cum Palæstinae bellum intulisset & parta victoria omnes eorum urbes à Gitta usque Gazam suæ ditioni adjecisse scribit. (libri Antiquitat. IX. cap. penultimo.) Sicut percussos ab eo fuisse Philistæos, usque Gazam & terminos ejus, ex [*II. Reg. XVIII. 8.*]

3997

717

Anno  
Mundi.

extra omnem positum est controversiam. Adversus Tyrios verò, opibus & successibus suis hoc tempore insolentes, edita est propheta Esaiæ XXIII. 1.

Postquam vero mortuus est Salmanasar regnavit filius ejus Senacheribus pro eo. [Tobi. I. 18.] quem Herodorus, libro 2. & Arabum & Assyriorum regem appellat: forte quod Assyrii, cum Perea sive terra Gileadis, & Hamatha sive Iturea, contiguam etiam Arabiam vel Petream vel desertam tunc possiderent. Iuvam certe sive Avam, quam vel à se vel à majoribus suis subactam fuisse Senacheribus jactitat, [II. Reg. XVIII. 34. XI. 13. & Esai. XXXVII. 13.] regionem Arabiae Desertæ fuisse, Fl. Junius asserit. [in II. Reg. XVII. 24.] Et Esaias propheta, calamitatem quam sub Salmanasare Moabitæ passuri essent (de qua supra, ad ann. M. 3278. & 3280.) prædicens; quæcumque illi recondidissent, ea in vallem Arabum Assyrios exportaturos fuisse denunciat. Berofus in Chaldaica sua historia (apud Josephum, lib. X. c. 1.) & apud Assyrios regnavisse, Senacheribum scripsit; & totam Asiam acque Aegyptum bello infestavisse. Toto vero triennio gestum ab eo fuisse bellum Aegyptiacum, & cum eo conjunctum Palaestinum, ex [Esai. c. XX.] colligimus: in quo Propheta, deposito cilicio (i. vestimento suo Prophætico villosio, ut Zaohar. XIII. 4.) à humis suis, & calceamento de pede suo, ita nudatus & discalceatus triennio incedere iussus est; in signum & ostentum contra Aegyptios & contra Ethiopas: quod eo temporis spatio confecto, similem in modum superiore vestimento nudati & discalceati in captivitatem abducerentur à rege Assyriae. Quod quidem mandatum Esaias accepisse dicitur, anno quo Tarshan, mittente cum Sargone rege Assyriae, oppugnavit Ashdodum & cepit eam. [Esai. XX. 1.] Ubi per Sargonem intelligendus est ipse Senacheribus, inter cujus etiam duces, Tartanem, [II. Reg. XVIII. 17.] numeratum legimus: per Ashdodum celebris illa Azotus, urbs Philistæorum; quos ab Ezckia subjugatos fuisse, ex [II. Reg. XVIII. 8.] Josepho supra audivimus.

Quum autem jugum regis Assyriae excussisset Ezekias, quod pater Achaz receperat, & servare illi recusatet; [II. Reg. XVII. 7.] anno ejusdem 14, (ad finem vergente) Senacheribus regnum Judæ invadens, contra civitates ejus munitas castra posuit, & earum non paucas occupavit. [Esai. XXXVI. 1. II. Reg. XVII. 13. II. Chron. XXXII. 1.] Et cum de Hierosolyma quoque oppugnanda cogitare eum Ezekias animadverteret, inito cum dynastis suis consilio, obturandos curavit omnes fontes qui erant extra civitatem, & alveum aquæ Gichonis superiorem inundantem per medium regionis: deinde totum murum illum sub Amasia à Joaso rege Israelis perruptum, & foris murum alterum extruxit, & confirmavit munitionem domus Davidis; paravitque missilia copiose & scuta. Et imposuit præfectos militares populo: congregatisque eis ad se in plateam portæ civitatis, gravissima oratione adversus meritum regis Assyriae & exercitus ejus illos confirmavit: [II. Chron. XXXII. 2. - 8, 30.]

Diebus illis, Ezekias ex lethali ulcere decumbens, post mortem prius per Esaiam prophetam denunciata, fuis ad Deum precibus sanitate & prorogationem regni in quindecim annos obtinuit. [Esai. XXXVIII. 1. - 5, 21. II. Reg. XX. 1. - 7. II. Chron. XXXII. 24.] Unde scriptam à se oden ille edidit: in qua primum ætitudinem & perturbationem animi sui in morbo orationemque ad Deum exponit; deinde beneficium acceptum narrat, postremo fidem in Deum profiteretur & gratias ei immortales spondet. [Esai. XXXVIII. 9. - 20.] In sacra quidem Scriptura post Senacheribi eadem historia hæc proponitur: sed generali tantum temporis notatione adjecta; In illis diebus nam ante mortem illius eam contigisse, verba illa evincunt: *Addam diebus tuis quindecim annos; & à manu regis Assyriae eripiam te & civitatem hanc, protegamque civitatem hanc.* [Esai. XXXVIII. 5, 6. II. Reg. XX. 6.] Quod si ex 29 annis, quibus regnavit Ezekias, subducamus istos 15; in fine anni regni ejus 14 factum hoc fuisse comperiemus.

Signum vero salutis recuperandæ Ezekia postulanti à Deo indultum, fuit mirabilis illa umbræ Solaris in gradibus Achazi reductio: de qua in [Esai. XXXVIII. 8.] legimus. *Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quam descenderat in horologio Achaz in Sole, reversum decem lineis. Et reversus est Sol decem lineis per gradus quos descenderat.* Ita enim vertit Hieronymus; Hebræam vocem שָׁמַיִם, quam Jonathan Chaldaeus paraphrastes οὐρανὸν lapidem horarum interpretatus est, per lineas & horologium reddens. In commentario tamen ad hunc locum, Hebraice gradus haberi notat: quod etiam in [II. Reg. XX. 9.] sic expressit. *Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* Neque negligenda est, hæc longe antiquior, interpretatio Græca, quæ ὀψώνιον & ἀνακλιμαίων vocibus hic usurpatis, non alios quam scalarum ab Achazo extructarum gradus in historia hac accipiendos esse innuit, quum ante captivitatem Babyloniam horarum usum apud Hebræos receptum fuisse, ostendi non possit: & Gnomonis horarii inventionem posterioribus Græcis, Anaximandro vel Anaximeni (ut ad annum Mundi 3457. postea videbitur) attribuant alii, quod tamen à Babyloniis illos accepisse, confirmat Herodori ille locus, libro 2. cap. 109. Πολὸν δὲ γνῶμονον, ἢ τὰ ὀψῶνια μέτρα τ' ἡμερῶν πρὸς Βαβυλωνίῳ ἑμαῖον ἴκοντο. Polum, & gnomonem, duodecim diei partes, à Babyloniis Græci didicerunt.

Ad Solis autem regressum quod attinet: [Esai. XXXVIII. 8. Ecclesiast. XLVIII. 26.] quemadmodum ad preces Josue Sole stante, simul etiam Luna sterisse dicitur; [Josu. X. 12, 13.] ita hic & Lunam & reliquam caelestem machinam una cum Sole retroactam esse apparet, tantumque nocti detractum, quantum diei fuit additum. Licet enim in partibus ὅπου τὸ χρονομετρον

sive dici civilis anomalia exiterit admitanda: ita tamen divina providentia eam fuisse temperatam, ut constans & sibi perpetuo similis cælestium corporum motus nullum inde detrimentum caperet, tres illæ Lunares Eclipses ex Ptolemæo à nobis paulo superius propositæ fidem faciunt; quarum calculus, à nostris temporibus retro supputatus, idem nobis tempus exhibet quod à Chaldæis fuerat annotatum, perinde ac si nullus ejusmodi retrogradus Solis motus omnino intervenisset.

Ineunte Ezekia anno regni (jam cum vita redintegritati) 15, Merodac sive Berodac Baladan, filius Baladanis, rex Babylonie legatos ad eum cum muneribus misit, ut de prodigio illo (Solis regressu) inquirerent, quod fuerat in terra. Quibus cum superbè thesauros suos ostentaret Ezekias: de futura deportatione Babylonica ita eum Deus per Esaiam præmonuit. *Ecce dies venturi sunt, quibus deportabitur quicquid est domus tua, & quod reconsidererunt majores tui usque in diem hunc, in Babyloniā: non relinquetur quicquam, ait Dominus.* De filiorum quoque, quum nondum filium natum ille haberet, captivitate similiter adjiciens. *De filiis etiam tuis qui prodibunt ex te, quos genueris es, assument; ut sint eunuchi (vel aulici) in palatio regis Babylonie.* [Esai. XXXIX. II. Reg. XX. 12,--19.] Sed quum se depressisset Ezekias pro elatione animi sui, ipse & habitatores Hierosolymorum; non obvenit eis fervens ira Domini diebus Ezekia. [II. Chron. XXXII. 25, 26, 31.]

Mica quoque Morasthites temporibus Ezekia populo prophetabat; *Sionem ut agrum arandam, & Hierosolyma in acervos abitura, & montem ipsius domus Domini in excelsa sitvosa.* Sed rex Ezechias & totus populus Judæ, reveritus Dominum, faciem ejus deprecatus est: pœnituitque Dominum illius mali quod elocutus fuerat contra eos. [Mica. III. 12. Jer. XXVI. 18, 19.]

3 2 9 2

Astacum in Bithynia à Megarensibus fuisse conditam, ineunte Olympiade XVII. refert Memnon, (in Bibliotheca Photii, pag. 374.)

4002

711

Senacheribum cum magnis copiis invasisse Ægyptum, & cum rege Sethone Vulcani Sacerdote (homine ignavissimo, & ob pietatem vel impiam superstitionem potius erga Deastrum suum tantum celebri) bellum ibi gessisse; libro 2. historiarum suarum, cap. 141. narrat Herodotus: ubi & imaginem illius lapideam in templo Vulcani suo adhuc tempore conspectam fuisse addit, manu murem tenentem, atque hæc per litteras dicentem; *In me quis intuens, pius esto.* Quod hieroglyphicum in gentis & in ordinis quoque sui honorem Ægyptii hierophante ita sunt interpretati: ac si pietate sua & precibus ad Deum suum fufis Setho, Rex idem & Sacerdos, hoc consecutus fuisset; ut Pelusii, in ipso Ægypti ingressu, habenas & scutorum lora inimici exercitus muribus nocte exedentibus, postera die armis exuti fugerent omnes coacti fuerint, pluribus suorum amissis. Quicquid vero Pelusii contigerit; ad partes Ægypti interiores perrexisset Assyrios, & captivam inde multitudinem secum abduxisset, firmior sermo Propheticus nos edocet.

In hac expeditione peractum fuisse existimamus, quod de Nô, potentissima & munitissima Ægypti civitate, Nabumi c. III. 10. legimus. *Etiā hac deportationis fuit, abivit in captivitate, etiam parvuli ejus alii sunt in capite omnium vicorum: & super honoratos ejus proferunt sortem; denique omnes magnates ejus vincii fuerunt compedibus.*

3 2 9 4

c. In reliqua quoque Ægypto similiter completum est, quod signo ante triennium dato. [Esai. c. XX. 4.] denunciatum fuerat. *Abducat rex Assyria captivam multitudinem Ægyptiorum, & deportandam urbem Æthiopum puerorum & senum, nudam & discalceatam.* Neque videmus, quare ad Judæos non sit referendum, quod in duobus sequentibus versibus subjicitur. *Et perterrefacti erubescant, ab Æthiopicis expectatione sua, & ab Ægyptiis gloriacione sua. Et dicet incola regionis hujus tempore illo: Ecce, ita habet expectatio nostra quo confugiebamus ad auxilium, ut eriperemur à conspectu regis Assyria; & quomodo evaderemus nos? Neque enim omnino sine causa ea de re ita eos commonefaciendos fuisse putavit legatus Assyrius. Nunc, ecce fiduciam tuam habueris in scipione arundinis istius quassata, in Ægypto; quo si quis innixus fuerit, intrans volam ejus perforabit eam: ita est Pharaon rex Ægypti omnibus fiduciam habentibus in ipso.* [II. Reg. XVIII. 21.] Nam & eandem similitudinem de Ægyptiis & domo Israel ab ipso Deo usurpatam in Ezechiele: [c. XXIX. 6, 7.] & multa adversus vanam Judæorum in Ægyptiacis auxiliis confidentiam, in Esaiâ [cap. XXX. & XXXI.] prolata legimus; atque inter alia, hoc quoque. *Erit vobis robur Pharaonis pudori, & receptus iste in umbram Ægypti ignominia. Nam Ægypti in vanum & inaniter adjurabunt: idcirco proclamo de hoc: Robur eorum est, ut maneat domi.* [Esai. XXX. 3, 7.]

4004

710

Senacheribum (ex Ægypto in Palestinam reversus) Lacishum obsedit, & totus dominatus ejus cum ipso. [II. Chr. XXXII. 9.] Ezechias Lacishum ad eum mitens, redimendæ pacis gratia, pretio cum illo pacificatur. Unde, excussis thesauris tum suis (quibus prius tantopere se extulerat) tum domus Domini, 300 talenta argenti & 30 auri pendit regi Assyria. Qui, accepta pecunia, non stans promissis, Tartanem, (qui Azotum cepit) Rabfariſum & Rabshakem, cum numerosis copiis, Lacishum misit Hierosolymam. [II. Reg. XVIII. 14,--17.]

Veniētes illi Hierosolymam, substiterunt ad aqueductum piscinæ superioris, qui est in aggere agri fullonis: quumque inclamassent Regem, egressus est ad eos Eliakim filius Hilckia, qui præerat domui, & Shebna scriba, & Joach filius Afaphi à memoria. Quibus Urbem tradere renuentibus, Rabshakes, Ezekiam frustra Deo confidere, se vero non sine Dei

nutu arma sumpſiſſe, clamitat: multiſque Deum Iſraelis & Ezekiam ſervum ejus contumeliis afficiens, populum ad defectionem ſollicitat. Quæ & proclamabant voce magna Judæicæ populo Hieroſolymitano qui erat ſuper murum, ad metum incutiendum eis & ad turbandum eos; ut caperent civitatem. [*Eſai.* XXXII. II. *Reg.* XVIII. à *verſ.* 17. ad *fin.* II. *Chron.* XXXII. 9, 18.]

Ezekias, hæc reſciſcens, laceratis veſtimentis & induto cilicio domum Dei ingreditur: ſimulque cum Eliakimo & Shebna ſeniores Sacerdotum tectos cilicis ad Eſaiam mittit, ut Deum hac de re conſuleret & precibus ſollicitaret. Qui illum conſolatus; Aſſyriæ regem, audito rumore, reverſurum in terram ſuam prædixit; ibique gladio occubiturum. Quod & rei eventus mox comprobavit. [*Eſai.* XXXVII. 1, -- 7. II. *Reg.* XIX. 1, -- 7.]

Rabshakes, re infecta, ad Senacheribum reverſus, eum relicta Laciſho Libnam oppugnantem invenit. [*Eſai.* XXXVII. 8. II. *Reg.* XIX. 8.]

Tirhaka rex Aethiopiæ, non quidem Aegyptum & Syriam infeſtavit, (ut ſine omni fundamento Scaliger pronuntiavit; in notis Eulebianis, pag. 72. & Canonib. Iſagogicis, pag. 311.) ſed Aegyptiis potius & Judæis auxiliare copias miſit. Proceſſiſſe enim cum; ut pugnaret contra Senacheribum, Scriptura indicat. [*Eſai.* XXXVII. 9. II. *Reg.* XIX. 9.] Hunc Strabo (libro I. & XV.) *Tearkonem Aethiopen* vocat: atque in Europam progreſſum, ad columnas Herculis acceſſiſſe, ex Megathene rerum Indicarum ſcriptore, refert.

Senacheribus, rumore de adventu Tirhaka audito, Libna moturus & blaſphemias literas ad Ezekiam mittit: de Deo Hieroſolymorum locutus, ut de diis populorum terræ, opere manuum hominis. Quas in templo coram Domino explicans Ezekias, auxilium ejus contra Aſſyrium ſuis precibus implorat. Reſponſum deinde per Eſaiam accipit: Deum civitatem eſſe protecturum, neque obſeſſurum eam eſſe regem Aſſyriæ, ſed via qua venerat, eadem reverſurum. [*Eſai.* XXXVII. 9, -- 35. II. *Reg.* XIX. 9, -- 34. II. *Chron.* XXXII. 17, 19, 20.]

Eadem verò nocte ſub quam hac Hieroſolymis acta ſunt (paucis verò diebus poſt partam contra Aethiopes victoriam; quam nunc contigiſſe ex Eſaiæ XVIII. & XX. capite nonnulli colligunt: ) mittens Deus angelum, excidit omnem valentem robore & antecellorem ac principem in caſtris regis Aſſyriæ: & quum ſurrexiſſent manè, inventa ſunt centies octogies quinquies mille cadavera mortuorum. Unde, cum pudore vultus, reverſus Senacheribus in terram ſuam, conſedit Nineves. Ubi fuit, ipſo ſe incurvante in æde Niſroci Dei ſui, ut Adramelech & Sarezzer percuterent eum gladio. Ipſi verò protiperunt ſe in terram Ararati vel Armenia: regnavit Eſar-chaddon filius ejus pro eo. [*Eſai.* XXXVII. 36, 37, 38. II. *Reg.* XIX. 35, 36, 37. II. *Chron.* XXXII. 21.] Quæ ab Eſaiâ prænunciata fuerant omnia, cap. XXXVII. & XXXI. 8, 9. etiam, ut quibuſdam placet.

In primo capite libri Tobie, ad hanc hiftoriæ partem pertinentia leguntur iſta. Senacheribus, cum reverſus fuiſſet fugiens ex Judæa; odio habentem Iſraelitas, multos eorum occidiſſe. Tobitum, ſive Tobiam ſeniores, corpora caſorum furtim abrepta ſepeliſſe: & ob hoc à Ninevitatum quodam Regi delatum, aliò ſe recepiſſe & abditum aliquandiu latuiſſe. Raptas interim omnes illius facultates fuiſſe: nihil illi relicto, præter Annam uxorem & Tobiam filium ſuum. Poſt dies 45 (vel, ante dies 55, ut habetur in Græco) occiſum fuiſſe Senacheribum à filiis ſuis, iſque in montes Ararati fugientibus, in regno ſucceſſiſſe filium ejus Sarchaddonem; perperam ibi in exemplaribus *Achirdon* vel *Sarchedon* nominatum. Novum denique regem omnibus rationibus patris ſui, & toti procuratori, Achiacharum præſeſſe, filium Hananeelis fratris Tobiti: ita ut non procurator ſolum ille eſſet & rationarius, ſed etiam à poculis, & ab annulo, & ſecundus à rege.

Ezechias ex Hephziba filium Manafſem ſuſcepit; poſt vitam propagatam tribus, ante mortem duodecim annis. [II. *Reg.* XXI. 1. II. *Chron.* XXXIII. 1.]

Quum Medi hucusque ſine rege fuiſſent, & Deſoje litigantium controverſias judicare amplius recuſante) rapina & ſcelera paſſim invaluiſſent; *aiapzetes* incommoda tandem ſentientes (inter quæ non minimum illud fuit, quod hac occasione arrepta non paucas ipſorum urbes recuperaviſſent Aſſyrii; ut ad annum Mundi 3283 jam monuimus) Deſojis imperio ſe ſubjecerunt; annis ante Cyri initium 150. ut in lib. 1. author eſt Herodotus: quem (relicto Cteſia) ſecuti etiam ſunt Dionyſius Halicarnaſæus & Appianus Alexandinus, in Romanarum ſuarum Hiftoriarum exordio. Apud Diodorum Siculum in libro Bibliothecæ 2º lapſu vel *μνημόνης* vel *μνημόνιο* Cyaxaris pro Deſojis nomine poſito; à Medis electus rex ille fuiſſe dicitur circa annum 2 Olympiadis XVII. juxta Herodotum. A Cyri nimirum exordio, quod ex illius ſententia in Olympiadis LV. initium, indeque in anni Periodi Julianæ 4154. medium, incidit, ſubductis annis 150, primus primi Medorum regis annus ab anni 3, Olympiadis XVII. initio, & anni periodi Julianæ 4004. medio, deducendus relinquitur; deliberatione tota, eamque ſubſeuta electione, ſub finem anni 2º, ejuſdem Olympiadis peracta. Quam Medici imperii epocham reſtè eſſe conſtitutam, ſingulorum Regum tempora, ab Herodoto aſſignata, cum Solari Eclipſi quæ Cyaxaris tempore contigit (ad annum Mundi 3403 deinceps commemoranda) comparata, demonſtrabunt.

3295. Jubileus decimus quintus: reliquorum omnium medius, & eorum qui poſt acta Salomonici, Templi encænna celebrati ſunt lætiſſimus; tum ob tantæ liberationis tam recentem memoriam, tum ob omnimodam & Regis & populi proſperitatem, quæ eam ſtatim eſt ſubſeuta, adeò ut multi afferrent munera Domino Hieroſolymam; & res pretioſas Ezekia regi Judæ:

	nam elatus erat ante oculos omnium gentium postea; & secundatus in toto opere suo. [ II. Chr. XXXII. 23, 27, 30. ] Populum denique Judæ libertatem ita agebat & moderabatur Deus unde- quaque; ut (secundum ipsius promissionem) rursus radicaretur infernè, & fructum proferret su- pernè. [ II. Chron. XXXII. 22. Esai. XXXVII. 31, 32. ] Estque hujus Jubilæi consideratio ne- cessaria ad intellectum signi misericordiæ divinæ superiori anno Ezekie datæ. <i>Comeditis hoc an- no</i> פירות שנתו פירותו & anno secundo פירותו פירותו <i>sponte renatum; anno ve. d. tertio ferite &amp; metite, ac plantate vineas &amp; comedite fructum earum.</i> [ Esai XXXVII. 30. II. Reg. XIX. 29. ] Superio- ris enim anni messe ab hostibus in regione grassantibus vel occupata ( juxta comminationem, Levit. XXVI. 16. Deuteron. XXVIII. 33. Jerem. V. 17. ) vel conculcata & devalata; è spon- te germinantibus victum sibi comparare populum erat necesse. Hoc deinde anno, Jubilæi lege impediente, neque ferere illi permissum erat neque metere: cum alias, nullo interveniente an- no Sabbatico, quò minus hoc fieret nihil obstaret; quum Assyriorum strage per Angelum edita, bellum jam finitum esset. Anno verò sequente, & ab hostibus metu omni liberatis & à Jubilæi religione solutis, securè & impunè agriculturam exercere licuit.		
	b. Mardocempado. sive Merodaco Baladani, postquam 12 annos in Babylonia regnasset, suc- cedens Artaxianus, (anno Nabonafari 39) regnavit annis 5. [ Ptolem. in Regum Canone. ]	4005	709
	Parion (in ora Helleponti juxta Lampacum) conditur. [ Euseb. Chron. ] vel potius colonia eò deducta, à Mileisus & Erythræis, instauratur.		
3296	Dejoces rex Medorum, anno 1 Olympiadis XVIII. ( quæ hoc anno acta est ) Ecbatana con- didit: ut in Græco Eusebii Chronico legimus. Ea, Ezra VI. 3, Achmetha, à Ctesia in Persicis ( Stephano Byzantino referente ) Agbatana appellatur. Hujus structuræ plenior descriptio in cap. 1 libri Judithæ habetur: ubi ab Arphaxado Medorum rege condita fuisse dicitur; sicut à Dejoco, in Herodoto & scriptoribus aliis. Quod argumento est, utroque illo nomine unum & eundem regem designari, de quo plura, ad annum Mundi 3448. erunt dicenda.	4006	708
3299	Taracus Æthiops ( supra ad annum M. 3294. Tirhæa dictus ) in Ægypto regnat ann. 18.	4009	705
3300	[ African. ]		
3301	Post Artaxianum, apud Babylonios biennii Interregnum fuit. [ Ptol. Reg. Canon. ]	4010	704
3305	Belibus ( al. Belithus, & Beelus ) Babyloniorum regnum obtinuit, ann. 3. [ Ibid. ]	4011	703
3306	Apronadius apud eosdem regnat, ann. 6. [ Ibid. ]	4014	700
	c. Ezekiam sepelientes in superiore parte sepulchrorum posterorum Davidis, honore affecerunt eum in morte ejus totus Judæ & habitatores Hierosolymorum. [ II. Chron. XXXII. 33. ] Cui succedens filius Manassès, 55 annis regnavit. [ II. Reg. XXI. 1. ] II. Chron. XXXIII. 1. ] Hic rursus adificavit excelsa quæ demolitus fuerat Ezekias pater ipsius, extruxit altaria toti exerci- tui cælorum in duobus atriis domus Domini, traduxit filium suum per ignem in valle filii Hin- nomi, divinationibus & conjectationibus & præstigiis usus est, collocavit sculptile simulacrum in templo Dei: fecitque ut aberrarent Judæ & habitatores Hierosolymorum, faciendo malum amplius quam gentes quas perdidit Dominus à conspectu Israelitarum. [ II. Reg. XXI. 23- 11. II. Chron. XXXIII. 2, 9. ] Insuper etiam sanguinem innoxium fudit quamplurimum, us- que adeo ut impleret Hierosolymam confertim: præter peccatum suum quo ad peccandum indu- xit Judam, ut faceret quod malum videtur in oculis Domini. [ II. Reg. XXI. 16. & XXIV. 4. ] In qua sanguinis innoxii effusione, illa prophetæ Esaiæ præcipue memoratur: quem terra lignea medium ab eo fuisse disiectum, Talmud Babylonicum in tract. פירות, Justinus martyr in Dialogo cum Tryphone, Hieronimus in Esai. cap. 20. & 27. & nostrorum alii, illud פירותו אר Apostoli, Heb. XI. 37. ad Esaiæ martyrium accommodantes. Propter quæ omnia commina- tus est Deus, se extensurum super Hierosolyma regulam Samaria & perpendicularum domus A- chabi; atque abstersurum se Hierosolyma, ut qui abstergere solet gabaram, abstergit, deinde sub- vertit eam in eos. [ Reg. XXI. 13. ]	4016	698
3311	Rigebelus apud Babylonios regnat, ann. 1. [ Ptol. Reg. Canon. ]	4020	694
3312	Mesessimordakus apud eosdem regnat ann. 4. [ Ibid. ]	4021	693
3316	Interregnum apud Babylonios fuit, annorum 8. [ Ibid. ]	4025	689
	Dejoces Medorum imperium usque ad Halym fluvium propagavit, annis ante finem Astyagis 128. ut ex Herodoto colligitur. [ Lib. 1, cap. 130. ]	4026	688
	Olympiade XXIII. Herostratus Naucratis ex Ægypto mercator, ad Paphon Cypri nave appulsa, Veneris imagunculam, magnitudine palmi, operis vetusti, emisse dicitur; ejusque virtute à subita tempestate magno miraculo liberatus, Naucratis devertam in æde Veneris ap- paratu solenni eandem consecravit, ut apud Athenarum, & ipsum Naucraticum, in libro XV. Dipnosophist. legitur. Verùm, si Strabonem in libro XVII. audimus, nulla eo tempore in Æ- gypto erat Naucratis: quippe non ante Cyaxaris Medi & ejus æqualis Psammitichi Ægyptii regis tempora à Mileisus constructa.		
3317	Rebus turbatis, duorum annorum in Ægypto ἀναρχία fuit [ Diodor. Sicul. lib. 1. ]	4027	687
3319	Δωδεκαρχία post eam, in Ægyptum est introducta, sive Duodecim virorum principatus, cõmuni consilio regnum administrantium: de quo Herodotus, lib. 2. cap. 147. & Diod. lib. 1 qui annis 15 aristocratiam hanc duravisse notat. Ad eam verò spectare existimat Tremellius prophetiam one- rosam Ægypti, in Esaiæ capite XIX. propositam: in cujus versiculo 5 & 6. de Nilo exsiccano hæc etiam legitur prædictio. <i>Dependent aquas ne influant in mare, adeo ut fluvius siccetur &amp; arescat: &amp; retro abijciant flumina, exhaurient &amp; siccabunt rivus ductos aggeribus, quod, ex He-</i>	4026	985

Anno  
Mundi.

	rodoto sic exponit Tremellius. Duodecim isti reguli omnia opera naturæ, miseri sui populi opera, oppugnabunt, & aquas Nili avertent vel ad siccitatem usque; ut stagnum Mærios cum suis Pyramidibus & Labyrintho perficiant; adducti sola libidine animi sui, Scaliger verò (in Canonib. Ifagogic. pag. 311.) de siccitate intelligit tanta futura, ut Nilus diebus æstivis nulla incrementa caperet, neque Ægyptum irrigaret: & ad superiora Soi five Sabæonis tempora prophetiam refert.		
3323	c. Deficiente Babyloniorum stirpe regia, post octo annorum interregnum, Esarchaddon rex Assyriæ sub antiquum eos jugum reduxit; & occupato Babylonie regno, per 13 annos illud obtinuit: quemadmodum ex Canone Regum Ptolemaico didicimus. Illius enim Assaradinum nostrum esse Esarchaddonem, non ipsum nomen modò, sed etiam sacre historie demonstrat consensus; quæ cum Assyria simul & Babylonie regem fuisse, non obscurè indicat; ut paulo post, ad annum M. 3327 videbimus.	4033	681
3324	Ardis, Gygis filius, apud Lydos regnavit ann. 49. Hic Priensens expugnavit. Miletum invasit. [Herodot. lib. 1. cap. 15.]	3034	680
3327	In Clicia Gela, in Pamphylia Phaselis condita. [Euseb. Chron.] à duobus fratribus, Antiphemo & Laçio: quibus de habitationis loco Delphicum oraculum consulentibus responsum fuisse, ut hic orientem, ille occidentem versùs navigaret, ex Aristæneti Commentario primo de Phaselide refert Stephanus Byzantinus, in Falsæ Heropythus in libro de Colophoniorum finibus, de Phaselidis edificatione agens, tradit Lucium, qui eò coloniam deduxit, Cylabre pastori ad pabula tum illic oves agenti, soli in quo urbem edificavit precium dedisse salamenta, quæ ille poposcerat. Plenius verò Philostephanus in libro primo de civitatibus Asiæ narrat, Lucium Argivum, unum ex iis qui cum Mopso (Colophonis conditore) profecti fuerant, & quem Lindium fuisse quidam aiunt, fratrem Antiphemi Gelæ conditoris) quem etiam Lindium è Rhodo fuisse, libro 7 Herodotus, & in libro 6 Thucydides confirmant) à Mopso cum viris quibusdam missum, oraculo & iussu Mantus, Mopso matris, quia navium ipsius puppes ad Chelidonia insulas diffractæ collisu fuissent, cum lociis retardatum serius noctu appulisse; emissæque terram ubi extructum oppidum est, ut Manto prædixerat, & Cylabra quodam, dato salamento, quod ex omni commætu nautico is habere maluit. [Athena. Dipnosophist. lib. 7.]	3037	677
	Completa est prophetia, initio regni Achazi, ab Esaia promulgata: Intra sexaginta quinque annos averteretur Ephraim, ut non sit populus. [Esa. VII. 8.] Et si enim à Salmanasare maxima pars populi ante annos 44. deportata fuerat, & regnum planè abolitum: inter reliquias tamen, quæ in terra sua remanserant, Reipublicæ aliqua facies adhuc retenta est. Tum verò desit esse populus quum tenues illæ Ephraimitarum reliquiæ peregrinorum adventantium multitudine penè sunt obrutæ: (ex avitis enim sedibus ejectas planè non fuisse, ex Josiæ historia liquet, II Chron. XXXIV. 6, 7, 33. & XXXV. 18. cum II. Reg. XXIII. 19, 20.) novis colonis è Babele, Cutha, Hava, Hamatha & Sopheraimis, in Samaria collatis; qui ex hæreditario deinceps jure possidentes Samariam, habitabant in civitatibus ejus. [II. Reg. XVII. 24.] quod ab Esarchaddone rege Assyriæ, qui & Assnappar magnus & gloriosus dictus est, jam factum ex ipsorum Cuthæorum confessione, Ezra IV. 2, 10. intelligimus.		
	Eodem (ut videtur tempore & eadem opera in terra Israelitica ista sunt gesta, ex Samaria in vicinam Judæam progressi principes exercitus regis Assyriæ, Manasse regem in vepretis quibusdam latitantem ceperunt; & chalybeis compedibus vincum Babylonem deduxerunt. [II Chron. XXXIII. 11.] Quam Judææ etiam illatam cladem, ex eadem illa ipsa Esaia prophetia nonnulli ita eliciunt, Intra LXV annum conteretur Ephraim, ne sit amplius populus. Et caput Ephraimi Samaria, & caput Samarie filius Romelæ: & vos ipsi, nisi crederitis, non confirmabimini, id est conteremini vos quoque; ut Jacobus Capellus notavit in suo Chronico. Ubi Hebræos etiam addit, in Seder Olam Rabba, & Thalmudicos Doctores, (à D. Kimchi in Ezechielis cap. IV. citatos) similiter tradere; Manasse anno regni XXII. abductum esse captivum Babylonem, & XXXIII. annis ante suum obitum egisse pœnitentiam, qua acta, Deum in libertatem atque regnum ipsum restituisse Scriptura confirmat. [II. Chron. XXXIII. 12, 13.] Brevem enim fuisse captivitatem illam, ex eo colligitur, quod (nulla illius ratione habita) 55 nihilominus annis regnavisse legatur Hierosolymis. [II. Reg. XXI. 1. II. Chronic. XXXIII. 1.]		
	Novi coloni Samaritani, quum in habitationis suæ principio Deum Israël is non colerent, à leonibus infestati sunt. Quod resciscens rex Assyriæ, unum ex deportatis è Samaria Sacerdotibus ad illos remittendum curavit: qui, Bethelæ residens, docebat eos quomodo Deum colerent; secundum Jeroboami ritum scilicet. Illi verò cum novo suo vitulo, vetera etiam idola sua adorantes, & reveriti fuisse Dominum dicuntur & non reveriti quum inter παροδόντων & ἀνομιώντων non multum admodum interesse deprehendatur. [II. Reg. XVII. 25, 33, 41.] Atque hæc perpetuarum illarum litium inter Judæos & Samaritanos prima origo fuit. [Ezra IV. 1. Nehem IV. 2. Johann. IV. 3.]		
3329	Chalcedon (sive Calchedon ut in antiquis nummis nominatur) condita est; [Euseb. Chron.] à Megarensibus, in ostio Ponti, inter Bithynos Thracas Asiam incolentes. Thucyd. lib. 4. Strabo, lib. 12.	4039	675
3334	Pfammithicus Saites, Neconis (à Sabbaco Æthiope interempti) filius, duodecim illorum Ægypti tyrannorum unus, regnum tandem solus adeptus, per annos 54 illud obtinuit [He	4044	670



rodor. lib. 2. cap. 152. & 157.] Quò spectare putatur vaticinium illud, *Esaie XIX. 4. Concludam Ægyptios in manum Dominorum dūrè dominantium; donec Rex rigidus dominetur in eos.* Pflammitichus enim ab undecim reliquis in paludes mari vicinas relegatus, conductus ex Arabia militibus, atque Ionum ac Carum piratis, qui mare infestum habuerant, Ægyptiis illis qui secum sentiebant adjunctis; collata apud urbem Momemphim acie, adversa partis reges superavit: alii eorum in pugna cæsis, in Libyam fuga dilapsi alii. Auxiliares Iones & Cares locum, à castris suis *Spuramda* dictum, aliquantulum supra urbem Bubaltim & ostium Nili Pelusiacum, incolendum acceperunt: Græcisque deinceps, & aliis peregrinis, in Ægyptum aditus est patefactus. [Herodot. lib. 2. Diodor. lib. 1.] Pflammitichum etiam magnam urbem Syriae Azotum, post 29 annorum obsidionem, tandem expugnasse, idem narrat Herodotus: [Ibid. cap. 157.] Ashdodum nimirum illam, quam intra unius anni spatium à Tarthane regis Assyriae satrapa captam fuisse, superius (ad annum M. 3291) dictum est; quæque à Pflammiticho tantopere est imminuta, ut *residuum Ashdodi* tantum suo tempore superfuisset Jeremias innuat. [Jerem. XXV. 20.]

- 3335 Post Assaradinum sive Esarchaddonem, imperium Assyriacum simul & Babylonicum administravit Saofduchinus, annis 20. [Ptolem. Can. Regum] Hic in libro Judithæ (à Babyloniensi aliquo Judæo Chaldaicè scripto) quasi communi regum Babyloniæ nomine, Nabuchodonosor appellatur: qui tamen & rex Assyriorum ibi dicitur, & in civitate magna Ninives regnavisse traditur. [Judith. I. 1.] Ubi vir clarissimus Fr. Junius illum potius intelligendum existimat quem Scriptura vocat Merodac Baladanem, avum Nabucadnezaris illius qui fuit magni Nabucadnezaris pater; per quem Manasses rex Judææ captus in Babyloniam deportatus, ac postremo vinculis solutus est. Is enim (inquit) rex Babyloniæ primus, postea vero Assyriae quoque effectus est; succedens in regnum Esarchadoni magno, quem fratres illius parricida regno indigni haberentur: unde tota Asia mutuis bellis exarsit divissimè. Ex Anniano nimirum Pseudo-Metasthene primùm hausta est illa *Asar-Adonis, Merodachi, Ben-Merodachi, Nabuchodonosori* primi & alterius continuata successio. Revera enim Merodachus, neque Nabucadnezaris (sive Nabopollasari potius) patris Nabucadnezaris magni avus fuit, neque Manassè in captivitate abduxit, neque prius fiduciarius Assyrii (ut ad II. Reg. XX. 12. annotat Junius) tandem Assyriorum & Babyloniæ monarcha effectus; neque in ullo omnino regno Esarchadoni magno successit, quum Mardocephadum sive Merodachum hunc ante initium Manassis annis undecim regnare desuisse, & anno demum post exitum illius 42 Assaradinum sive Esarchaddonem in regno (Assyriaco æquè ac Babylónico) Saofduchinum successorem reliquisset; ex Canone Regum Ptolemaico jam docuerimus. Quem si vidisset vir ut eruditionis ita etiam & modestiæ singularis; sententiam suam mutaturum illum fuisse, non est quod dubitemus. Monendum de hoc nihilominus Lectorem censuimus: ne, ex re nunquam gesta, propheta Ezekielis C. XXXI. vers. 11. vel 18 (ut ille distinguit) interpretationem illam adaptari potuisse putaret. *Esarchaddon Assyrius per Berodac-baladanem Babylonium oppressus est & ejectus: quomobrem descenderunt ab eo omnes, plurimique ad Babylonium transfugerunt; sequenti versu. adeo ut jam regio Assyria ignominiosissimè tereretur pedibus omnium, & in contemptum venisset, vers. 20.*
- 3339 c. Meshullemeth, filia Haruzi è Jotba, Manassi peperit Amoneum filium: qui 22 annorum fuit, quum regnare inciperet. [II. Reg. XXI. 19.] 4049 675
- 3344 c. Jubilæus decimus sextus. 4053 661
- 3347 c. Nabuchodonosor rex Assyriorum, anno regni sui duodecimo, Arphaxadum Medorum regem, Echatanorum conditorem, prælio superavisse dicitur, in magno campo Ragau, circa Euphratem, & Tigrim & Jadason in campo Erioch regis Eliciorum. Sic enim in capite primo libri Judith legitur: quem Paulæ & Eustochii rogatu ex Chaldæo in Latinum transfudit Hieronymus. Qui verò Græcè, multis mutatis & additis, librum illum nobis dedit, primùm quidem Nabuchodonosorem anno regni sui duodecimo, contra regem Arphaxadum bellum gessisse narrat in planitie magna, quæ est in finibus Ragau: convenientibus ad prælium omnibus qui incolebant montana, & omnibus accolentibus Euphratem, & Tigrim & Hydaspem, & planitiem Arioeh regis Elymaeorum. Sed postea quasi sui oblitus, aciem cum copiarum suarum contra Arphaxadum instruxisse tradit anno 17 & in prælio superiorem factum, spoliatis Echatanis, ipsum Arphaxadum in montanis Ragau captum confixisse jaculis suis; ac demùm, rebus omnibus ex animi sententia confectis Ninven rediisse, ibique cum copiis suis per 120 dies convivatum fuisse scribit. Ubi notandum, Dejojci exitum juxta Herodotum, circa initium quoque duodecimi Saofduchini anni contigisse, quod magno argumento est, non alios esse Saofduchinum & Dejojcem, quam Nabuchodonosorem & Arphaxadum libri Judithæ. Nullo enim fundamento Fr. Junii nitor sententia: qui Medicorum regum successionem commentitiam Ctesia fabulatoris & larvati Metasthenis cum germana Herodoti historici patris frustra conciliare conatus, Media divisa unam partem Dejojcem obtinuisse affirmat, Arjocum hic dictum; (notat. in Judith I. 6. & Jerem. XLIX. 34.) alteram Antecarmem. (Ctesia Arjocum.) hic Arphaxadum appellatum, quem regnum suum Echatanis confirmavisse dicit, ut eo propugnaculo fretus, tum Dejoci regi, tum irrumpentibus aliis hostibus obfisteret. quum, si talis divisio instituta fuisset (quæ nunquam fuit) non Arjoco vel Artecarmi sed Dejoci, & nomen Arphaxadi, & regnum Echatanorum fuisset tribuendum. Echatanarum enim Arphaxadum liber Judithæ, Dejojcem Herodotus & alii, Arjocum vel Artecamin. conditorem fuisse nullus omnino prodidit.

Anno Mundi.	Anno Ab Inno- centio Juliano	Anno Ab era Christi
3348	4058	656
<p>Post Deiocem : Phraortes ejus filius annis 21 regnavit. [ <i>Herodot. lib. 1. cap. 102.</i>                      c. Nabuchodonosorus ( sive Saofduchinus ) Assyriorum rex , proximo post Arphaxadi sive De-                      jociis cladem anno qui <i>Juditha</i> II. 1. in Chaldaico quidem regni illius 13 in Græco 18 numera-                      tur ) die 21 mensis primi , de gentibus debellandis &amp; imperio suo subjiciendis consilium misisse                      dicitur : Holopherne magni sui exercitus Duce constituto , Qui Bethuliam ( sive Beth-hogiam )                      urbem Judææ arcta obsidione cingens , à Jud thâ Simeonitide , post mortem Manassis viri sui                      ( tempore messis hordeaceæ defuncti ) annis tribus &amp; mensibus sex ) vel quatuor , ut Græca                      habet editio in viduitate ibidem vitam peragente , capite truncatus occubuit. [ <i>Judith. II.</i>                      VIII. &amp; XIII.</p>		
3349	4059	655
<p>Isthmus &amp; Borysthenes in Ponto , Lampfacus in Helleponto , &amp; Abdera in Thracia condita.  <i>Euseb. Chron.</i> ] Ex Ionia nempe , Milesii Borysthenem , Phocæenses Lampfacum , Clazomenii                      Abderam condiderunt. Solinus cap. 10. Abderam primum à <i>Diomedis</i> sorore conditam refert                      deinde <i>senio collapsam</i> ; <i>Olympiade</i> LI. ( quæ præcedente anno est acta ) à <i>Clazomeniis ad ma-                      jorem faciem restitutam</i>. cujus coloniarum ductorem <i>Timefium Clazomenium</i>, ex Herodoto ( <i>lib.</i>                      1. cap. 168. fuisse discimus : qui addit tamen , eum à Thracibus expulsum , opus perficere                      non potuisse.</p>		
3355	4065	649
<p>c. Ammoni , ex Fedida filia Hadaiaæ Bofcathæa , natus est filius Josias ; qui 8. annorum fuit ,                      quum regnare inciperet. [ <i>II. Reg. XXII. 1.</i> ]</p>		
3356	4066	648
<p>c. Saofduchino , in regno Babylonico simul &amp; Assyrio , succedens Chynaladanus , annis 22 impe-                      rat. 2. <i>Canon. Reg. Ptolem.</i> ] Alexander Polyhistor <i>Saracum</i> eum appellat : quod nomen , ut &amp;                      Saracenicæ gentis , <i>latronem</i> denotat.</p>		
3361	4071	643
<p>Grinus Afanii filius , Thera insulae rex , oraculo Delphico urbem in Libya condere jussus est.                      Quo neglecto , ( quod ubi terrarum Lybia esset ignoraretur ) per septem annos in Thera non                      pluisse dicitur , omnesque arbores , præter unam , exaruisse. [ <i>Herodot. lib. 4. cap. 150. 151.</i> ]                      c. Manasses , ex captivitate rediit , cultu Dei ( quem labefactaverat ) ex parte instaurato , mor-                      tuus est ; &amp; in horto domus suæ sepultus. [ <i>II. Chron. XXXIII. II. Reg. XXI. 18.</i> ] ex testamen-                      to ( ut credibile est ) aut voluntate ultima ipsius : tanquam si respiciens tum demum agno-                      visset ac professus esset indignum esse se , qui cum majoribus in sepulchro Regum reponeretur ,                      [ <i>Tremell.</i> ]</p>		
3363	4073	641
<p>Post eum , filius Amon biennio regnavit : qui , derelicto Deo majorum suorum , omnibus scul-                      ptilibus , quæ fecerat pater ipsius , sacrificabat &amp; colebat ea. Verum non depressit se coram                      Domino , sicut pater ipsius : sed auxit reatum. [ <i>II. Reg. XXI. 19, 20, 21. II. Chron. XXXIII.</i>                      23, 22, 23.</p>		
3363	4073	641
<p>c. Impius Amon , prodicione domesticorum suorum , in domo sua occisus est ; &amp; in horto Uzze                      ( cum patre Manasse ) sepultus est. Percussitque populus omnes qui conspiraverant contra eum.                      [ <i>II. Reg. XXI. 23, 24, 26. II. Chron. XXXIII. 24, 25.</i> ]                      Post eum filius Josias , puer octo annorum , rex constitutus , annos 31. regnavit [ <i>II. Reg. XXII.</i>                      1. <i>II. Chron. XXXIV. 1.</i> ]</p>		
3364	4074	640
<p>Theræi , septennali siccitate fatigati , Corobium purpurarium quendam , qui ad Plateam in-                      sulam Libyæ ventis aliquando abreptus fuerat , ex Itano urbe Cretæ mercede conductum , cum                      suorum aliquibus ad eam insulam explorandam iterum miserunt : qui , eo cum aliquot mensium                      cibariis ibi relicto , quam celerrimè redierunt , ut suis quod invenerant renunciarent. Sed his                      ultra præstitutum tempus redire differentibus , expulsa eò ex Ægypto veniens navis Samia ( cujus                      gubernator erat Colæus ) cibaria in annum Corobio reliquit : quæ inde vento abrepta , &amp; Her-                      culeas columnas transvæcta , Tarsellum pervenit. [ <i>Herodot. lib. 4. cap. 151, 152.</i> ]</p>		
3364	4074	640
<p>Theræi , è septem suis oppidis colonis forte delectis , cum duabus eos biremibus , duce Batto ,                      ( alio nomine Aristotele vel Aristeia nominato ) in Plateam miserunt. [ <i>Idem. ibid. cap. 153.</i>                      &amp; 156. ]</p>		
3366	4076	638
<p>Thales , Examii filius , Mileti in Ionia nascitur , Olympiadis XXXV. anno primo ut ex A-                      pollodori Chronico refert in ejus Vita Laërtius. ]                      Cimmerii , à Scythis Nomadibus ejecti è sedibus suis , ex Europa in Asiam transierunt , iter                      semper secundum mare tenentes : Sardesque Lydia , præter arcem ceperunt ; Ardyæ Gygis filio                      ibidem tum regnante. [ <i>Herodot. lib. 1. cap. 14. &amp; 103. &amp; lib. 4. cap. 1. &amp; 12.</i> ]</p>		
3366	4076	638
<p>Theræi , quum per biennium Plateam incoluissent , uno è suis ibi relicto , Delphos navigaverunt ,                      oraculum sciscitaturi , quid ita fecum in Lybiam profectis nihilo tamen melius ageretur. Ac-                      ceptoque responso , ad urbem Lybiæ ( sicut eis injunctum fuerat ) nondum illos concessisse : in                      Plateam reversi , recepto quem ibi reliquerant , incoluerunt locum in Libya è regione insula ,                      nomine Aziristum : amœnissimis collibus utrinque conclusum , &amp; utrinque flumine præterla-                      bente. [ <i>Herodot. lib. 4. cap. 157.</i> ] Ibi , circa Hesperidum hortos Syrtinque majorem , im-                      bre picco madefacta tellure , silphii sive laseris plantam repente natam Cyrenæi referunt , sep-                      tem ante urbem suam conditam annis. <i>Theophrast. Plantar. histor. lib. 6, Plin. natur. histor.</i>  <i>lib. 19. cap. 3.</i></p>		
3369	4079	635
<p>Phraortes Medorum rex , in obsidione Ninives , cum magna exercitus parte periit. Cui Cy-                      xares filius succedens , annis 40. regnum obtinuit : in cujus initio , necem paternam ulturus , tota                      supra Halyn fluvium Asia sibi conciliata , bellum contra Assyrios instauravit. [ <i>Herodot. lib. 1.</i> ]</p>		
3370		
<p>c. Josias anno ætatis 16. ex Zebudda Pedaia è Ruma , filium suscepit Eliakimum : qui 21.</p>		

3370

annorum fuit quum regnare inciperet. [II. Reg. XXIII. 3, 6.]  
c. Item octavo regni sui anno, quum esset adhuc puer, (& pater tamen) cœpit quærete Deum Davidis patris sui. [II. Chron. XXXIV. 3.]

4080

634

Cyaxares prælio superavit Assyrios. Cui Nini ven deinde obsidenti ingruit ingens Scytharum exercitus; qui Cimmericos ex Europa ejectos profecti, à Maotide palude proiecti, Caucaſo monte ad dextram relicto, in Mediam penetrarunt: rege Madye, Prothoyæ filio, duce. [Herodot. lib. 1. cap. 104. lib. 2. cap. 1. & lib. 7. cap. 10.] Qui Indathyrſus ille Scythæ est; quem, ex Scythia erumpentem, Asiam ad Ægyptum ulque inavisse, ex Megasthene Strabo, sub initium libri Geographiæ suæ 15, & Arrianus, in rerum Indicarum libro, referunt: Indathyrſa illi Scytharum regi cognominis; adversus quem Darius Hyttaspis filium expeditionem infeliciter postea instituisse legimus. [Herodot. lib. 4. cap. 76. 126, 127.] Hic vero Medi, cum Scythis congressi prælioque fusi superioris Asiæ imperium amiserunt: quod deinde Scythæ 28 annis obtinuerunt. [Herodot. lib. 1. cap. 104. & lib. 4. cap. 1.] Quo prophetiam illam referunt Tremellius & Junius, [Nabum II. 5.] Recenset (Cyaxares, Nini ven obsidens) magnificos suos; sed illi corrueunt in ambulatione illorum, Scytharum sc. quorum expeditio, ambulatio potius & velitaris cursus; quam dominatio & administratio dicenda erit: (quippe qui Mediam, Assyriam, Asiamque spatio annorum 28 percurrerunt, occuparunt atque amiserunt: ) festinabunt ad murum illius, quasi paravis fuisset protector. i. festinanter volabunt in oppidum, quasi ipsum à Cyaxaris violentia liberaſſent & porro protecturi essent.

3371

c. Shallum, sive Jehoachaz, patrem habens Josiam, matrem Hamitalem filiam Jeremiæ à Libna, natus est. Eum enim 23 annos natum, senioribus fratribus posthabitis, populus regem patris loco constituit. [II. Reg. XXIII. 30, 31.] Shallumi nomine, ut videtur, melioris omnis causa, in aliud mutato: quod commune illud ei fuisset cum Shallumo Jashebi filio; qui unico tantum mense regno potitus, à Manahemo est occisus. [I. Reg. XV. 13, 14.] Ex quatuor vero Josiæ filiis, [I. Chron. III. 15.] commemoratis, Shallum hunc esse, postremo loco nominatum, ex [Jerem. XXII. 11, 12. cum II. Reg. XXII. 33, 34. & II. Chron. XXXVI. 3, 4.] collato, apparet; non Johananem primogenitum, ut nonnulli existimant. Nam primogenitum non fuisse Jehoachazum, tum ex eo colligitur, quod à populo unctus fuisse dicitur, [II. Reg. XXIII. 30.] quum ungi non soleant filii regum primogeniti, ad quos jure ordinario regni hereditas spectabat: tum ex ætate illa 23 annorum, quam unctionis suæ tempore egisse dicitur; quum post trimestre spatium substitutus illi frater Eliakim, 25 annorum fuisse legatur. Unde eum Jehoachazo senioreni fuisse liquet: quod & in libro X. Antiquit. cap. 6. (al. 7) Josephus confirmat.

4081

635

3373

Sadyattes, Ardyis filius, apud Lydos annis 12 regnavit. [Herodot. lib. 1. cap. 16.]  
Scythæ universa Asia superiore potiti, hinc recta in Ægyptum contendunt. Quibus jam Syriam Palaſtinam ingressis Plammithichus Ægypti rex occurrens, muneribus precibusque efficit ne ulterius progredierentur. Scythæ vero regredientes, quum in urbem Syriæ Ascalonem pervenissent, plensque nullo illato damno prætergressis, pauci aliquot relicti Veneris Uraniæ fanum spoliarunt: qui simul cum posteris, hæmorrhoidibus percussi sunt. [Id. ibid. cap. 105.] Hoc vero anno, qui 2. Olympiadis XXXVII. fuit, Scythas Palaſtinam pervasisse, in Eusebii Chronico notatum est: uti & Sinopen fuisse conditam, quam Ponti urbem nobilissimam à Mileſiis Strabo, (libro 12) à Macritio Coo conditam refert Phlegon (apud Stephanum, in Synonymis) Constat autem Cimmericos in Asiam venientes, quum fugerent Scythas, Cherſoneſum condidisse, ubi nunc Sinope Græca urbs sita est: inquit Herodotus, lib. 4. cap. 12.

4083

637

Theræi, septimo postquam Aziristum incolere cœperunt anno, admonitu Lybium, ad locum Irasa dictum inde commigrarunt; & ad fontem, qui Apollinis esse ferebatur, confederunt. [Herodot. lib. 4. cap. 158.] Ibi Battus, Cyrene condita, anno 2. Olympiadis XXXVII. (ut in Eusebii Chronico legitur) regnavit 40 annis, & post eum filius ejus Arceſilaus 16 cum primis hisce colonis: ad quos sub tertio rege, Batto Arceſilai filio, magna Græcorum multitudo, Apollinis Delphici oraculo invitata, postea accessit, Atria apud Ægyptios imperante. [Herodot. ibid. cap. 159] Qui Ægyptii synchronismus jam positum conditæ Cyrenes tempus verius esse confirmat, quod ab aliis varie habetur assignatum.

3374

c. Josias, anno regni sui 12 cœpit mundare Judam & Hierosolyma ab idololatriæ fordibus: excelsis, & lucis, & altaribus Bahalimorum, cum subdialibus statuis quæ inpositæ erant eis, sculptilibusque & fustibus destructis; & ossibus Sacerdotum combustis super altaria illorum. Deinde progressus ad civitates Manassis, & Ephraimi ac Simeonis, usque ad Naphtali; altaria, & lucos, & sculptilia, omnesque subdiales statuas, similiter demolitus est per totam terram Israelis. [II. Chron. XXXIV. 3, 7.]

4084

630

3375

Jeremias, anno 13 regis Josiæ, ad propheticum munus à Deo vocatus se excusat: sed recepto Dei mandato, cum promissionibus & signis ad prophetiæ argumentum pertinentibus, confirmatus; de calamitate à Babylonio Judæis superventura habitatores illius terræ præmonere jubetur. [Jerem. I. 2, 17. cum XXV. 3.] Cui adjunctus Zephania, & alii prophetae, populum rebellem ad penitentiam revocare frustra conantur. [Zephania. I. 1. Jerem. XXV. 3, 4, 5.]

4085

629

Prusias (vel Prufa, in Bithynia) condita. [Euseb. Chronic.]



Anno Mundi.	Anno Periodi Julianæ	Anno ante æram Christi.
3378	4088	626
<p>Nabopolassar Babylonius à Saraco (sive Chynaladano) Assyriorum &amp; Chaldæorum rege præfectus exercitui, &amp; Astyages à patre Cyaxare Mediæ Satrapa constitutus, affinitatem ineuntes (Amyiti Astyagis filia Nebucadnesari filio Nabopolassari desponsata) junctis viribus Niniven, &amp; in ea Saracum regem, expugnant: quemadmodum ex Alexandri Polyhistoris fragmento (à Georgio Syncello, qui illud citat, minime intellecto) colligimus. Quomodo &amp; in fine Græci Tobiti legimus; cæpisse Ninivem <i>Nabuchodonosorum</i> (sive Nabopolassarum) &amp; <i>Astuerum</i> (sive Astyagem, Astueri quoque nomine, Danielis XI. 1. appellatum) superstitite adhuc Tobia juniore qui, capta Samaria, à Salmanasare in Assyriam cum patre deportatus, annis 127, (vel 99 ut habet Latina, ex Chaldaico expressa editio) vixisse dicitur; quum 95 ab Israelitica captivitate huculque decurrerint. Atque ita, Josia regnante (ut, in commentariorum suorum in Jonam Proœmio, Hieronymus quoque confirmat) everfa Ninive; completa sunt de ejus excidio Nahumi &amp; Esaie vaticinia: cujus etiam, jam peracti, in Ezechielis capite XXXI. elegantissima habetur descriptio.</p>		
3379	4089	625
<p>Sublato vero Saraco. Chaldæorum regnum suscepisse Nabopolassarum, diserte testatur Polyhistor: quod &amp; annis 21 illum administrasse, in 3 rerum Chaldaicarum libro tradit Berofus, &amp; in Regum Canone Ptolemæus.</p>		
3380	4090	624
<p>Sadyattes Lydorum rex cum exercitu terram Milesiorum invasit: &amp; per sex annos bellum illud gessit. [<i>Herodot. lib. 1. cap. 18.</i>]</p> <p>d. Josias, anno regni 18, Hilkia summo Sacerdoti mandat, ut ex collectis pecuniis domus Dei restauraretur. Ille operi intentus, librum Legis (authenticum, à latere Arce fœderis repositum; [<i>Deut. XXXI. 26.</i>] qui ab initio regni Manassis amissus fuisse videtur) reperiens, per Shaphanem Scribam ad regem mittit. Josias, libri lectione percussus, Huldam prophetissam consulit; à qua, de regni excidio, sententiam accipit: ejus executione tamen, dum ipse viveret, dilata, [<i>II. Reg. XXII. 3,--20. II. Chron. XXIV. 8,--28.</i>] Hinc Rex, congregatis ad se omnibus senioribus Judæ &amp; Hierosolymorum, cum Sacerdotibus &amp; Prophetis, librum illum Legis coram toto populo legendum curat; fœdus inter Deum &amp; populum redintegrat, Templum &amp; regnum ab idololatria repurgat, &amp; Dei cultum fidelissime restituit. [<i>II. Reg. XXIII. 1,--14. II. Chron. XXXIV. 29, 33.</i>] Altare etiam &amp; excelsum, quod Jeroboamus filius Nebati extruxerat, diruit; combustis prius super eodem altari mortuorum ossibus, sicut ante annos 350 de eo nominatim prædictum fuerat. [<i>I. Reg. XIII. 2.</i>] Cumque similiter omnes domos excelsorum, quas fecerant reges Israelis, in civitatibus Samariæ amovisset, &amp; mactavisset omnes Sacerdotes super ipsa altaria, combussissetque ossa hominum in eis: demùm reversus est Hierosolyma [<i>II. Reg. XXIII. 15,--20.</i>] atque ab hac solenni fœderis renovatione &amp; reformatione publica, cum desolationis tamen propter peccata populi inducendæ sententia inevitabili conjuncta; tum <i>tricesimi</i> anni in ipso initio prophetiæ Ezechielis, tum <i>quadraginta</i> annorum peccati Judæ, in ejusdem [<i>c. IV. 6.</i>] epocha deducitur.</p>		
3381	4091	623
<p>e. Josias, eodem anno regni sui 18 (ad finem tendente) mensis primi die 14, (<i>Maii 4 feria 2</i>), toto Juda &amp; Israele præsentè &amp; habitatoribus Hierosolymorum, festum Paschatis observavit majori celebritate, quam quisquam regum Israeliticorum aut Judaicorum ante ipsum. [<i>II. Reg. XXIII. 21, 22, 23. II. Chron. XXXV. 1,--19.</i>] Denique pythones, &amp; ariolos, &amp; imagines, ac stercoreos deos, &amp; omnes abominationes quæ conspiciantur in terra Judæ &amp; Hierosolymis, sustulit: ut præstaret verba Legis scripta in libro quem invenerat Hilkia sacerdos in domo Domini. [<i>II. Reg. XXIII. 24. cum Deut. XVIII. 9, 10, 11.</i>]</p>		
3383	4093	621
<p>c. Anno Nabopolassari 5 (desinente) qui est 127. à Nabonasaro, Athyr secundum Ægyptios die 27 (<i>7<sup>o</sup> die m<sup>o</sup> xx</i>) cæpit Luna in Babylone deficere; post mediam noctem 5 horis temporalibus. [<i>Ptolem. Syntax. lib. 5. pag. 125. edit. Græc.</i>] Aprilis videlicet Juliani die 22 (<i>feria 7</i>) incipiente à media nocte: vel Athyr Ægyptiaci die 27 (<i>feria 6</i>) desinente. hoc enim Ptolemæi illud indicat, <i>eis die 28</i> quia post mediam noctem 6 horis temporalibus exactis, Sole exoriente, dies 28 erat initurus.</p>		
3384	4094	620
<p>d. Hamutala peperit Josiæ, post Shallumum sive Jehoachazum, etiam Mattaniam, qui Sedekias postea dictus est. Erat enim is annorum 21, quum regnare inciperet. [<i>Ierem. LII. 1. II. Reg. XXIV. 17, 18.</i>]</p> <p>Zenophanes Colophonius, Eleaticæ disciplinæ princeps, <i>ἑσώσις</i> (ut apud Sextum Empiricum legitur, lib. I. adversus Mathematicos, cap. 12.) vel <i>ἑσώσιον</i> (ut ex Apollodoro rectius habetur, apud Clementem Alexandrinum, libro primo Stromatum) natus est Olympiade XI.</p>		
3385	4095	619
<p>Post Sadiattem in Lydia regnavit filius ejus Halyattes junior annis 57. quorum quinque prioribus bellum contra Milesios à patre susceptum continuavit. [<i>Herodot. lib. 1. cap. 17, 18, 25.</i>]</p>		
3387	4097	617
<p>Jehojakimus Josiæ filius, ex Nehushta filia Elnathanis Hierosolymitana, filium sustulit Jehojakimem sive Jechoniam: qui 18 annos natus erat, quum regnare inciperet. [<i>II. Reg. XXIV. 8.</i>]</p>		
3388	4098	616
<p>Necos, Psammittichi filius in Ægypto regnat annis 16. [<i>Herodot. lib. 2. cap. 159.</i>] qui in Scriptura Neco &amp; Pharaoh Neco appellatur. [<i>II. Chron. XXXV. 20. II. Reg. XXIII. 29. Ierem. XLVI. 2.</i>] Hic à Nilo ad Arabicum sinum fossam ducere aggressus est: in qua fodienda 120 millia Ægyptiorum perierunt. Sed postquam in medio opere destitisset; Phœnices quosdam ad Africam circumnavigandam misit: qui cum navibus è sinu Arabico sive mari Erythrao solvantes, in mare australe abierunt, ac tandem per columnas Herculis transvecti, tertio anno in Ægyptum redierunt. [<i>Herodot. lib. 1. cap. 158. &amp; lib. 4. cap. 42.</i>]</p>		

3390

Anno duodecimo belli inter Lydos & Milesios gessi, quum Halyattis exercitus Milesiorum segetes ( ut singulis annis facere solebat ) incendisset: flammæ vi venti adactæ templum Minervæ apud Allesum incendio absumpserunt. Et quum post exercitus reditum Sardibus Halyattes decubisset, diurniusque ægrotaret: consulta ea de re apud Delphos Pythia, priusquam repararetur templum illud, se reddituram responsum negavit. Thrallybulus oraculi sententia per Periandrum Cypseli filium Corinthiorum Tyrannum, cui admodum familiaris fuerat, intellecta, caduceatorem ab Halyatte hac de causa missum ita excipiendum curavit, ut Milesios commellationibus & oblectationibus vacantes inveniret. Unde eos rebus omnibus Halyattes abundare arbitratus, societatem cum iis iniit: atque pro uno, duo delubra apud Allesum Minervæ edificavit; & valetudine recuperata, Delphos misit donaria. [ *Herodot. lib. 1. cap. 19. 21, 22, 25. cum Polyano, Stratagem. lib. 6.* ]

3393

a. Jubilæus decimus septimus.

3394

c. Anaximander Milesius, Praxidami filius, in Ionia natus est. *Vid. infra, ann. Mundi 3457.*  
Neco rex Egypti, Deo iubente, ascendit contra regem Assyriæ, qui adversus ipsum belligerabat: ut Carcemishum ad flumen Euphratis oppugnaret. [ *II. Reg. XXIII. 29. II. Chron. XXXV. 20, 21, 22.* ] *Μέγδοξος βασιλεὺς τῆς Βαβυλωνίου οὐ τοῦ Δαυιδίου κατέλυσε τὸν πόλιν, contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum imperium everterant, pugnaturus: inquit, Iosephus, lib. 10. antiquitat. cap. 6.* Et Carcemishum quidem, Senacheribi tempore, ab Assyriis possessam fuisse, ex [ *Esai. X. 9.* ] liquet: sed eorum imperio sublato, ad Babyloniorum ditonem rediit. Atque ut Persiæ imperator, Babyloniam & Assyriam obtinens. [ *Ezra VI. 22. rex Assyriæ nuncupatur; ita & hic, Assyriam nactus Babylonius: præterquam quod ipsam Babyloniam quoque partem Assyriæ olim fuisse habitam confirmant scriptores exteri; & terram Chaldæorum ab Assyrio fundatam sacræ dicant literæ. [ Esai. XXIII. 13. ] Vid. Num. XXII. 12. Esai. LII. 4. Nehem. IX. 32.*

Josias, bello contra Neconem temere suscepto, in convalle Megidduntis ( ad Manassis tribunal spectante, *Josu. XVII. 11. Iud. I. 27.* ) illi occurrens, occisus est. [ *II. Reg. XXIII. 29, 30. II. Chron. XXXV. 22, 23.* ] Quo spectat & illa Herodoti narratio, libro secundo: *Ἐβραῖοι μὲν Νέκον ἀντιπαραστάσαντες ἐν Μαγδαλῶν ἐκείνῳ: μὲν δὲ τὸν πόλιν, κατέλυσε τὴν πόλιν: Necos, pedestri acie congressus cum Syris in Magdalo, victoria positus est. Post pugnam vero Kadytin urbem Syriæ magnam cepit. ubi doctissimus Scaliger Kadytin illam Kadesb fuisse notat, cujus [ *Numer. XX. 16.* ] & Magdolum urbem in finibus Egypti, cujus [ *Jeremie XLVI. 14.* ] fit mentio: creditque vicina fuisse, Magdolum & Mageddo, sed quia Magdolum celebrius, ob id pugnam ibi commissam dici, ut ea, quæ ad Gaugamela pugnata est, refertur ad Arbela, propter obscuritatem Gaugamelorum. Quid vero si Iynonima ea fuisse dicamus, & locum illum denotare, à quo Maria *Magdalena* accepit cognomentum? Matthæi certe XV. 39. ubi nos *Magdala* legimus, Syrus *Magedu* & vetus Latinus interpres *Magedan* reddidit; vocabulo à *Mageduntis* nomine non multum difcedente.*

Mortuo principe optimo, cujus vita tutum reddebat populum à captivitate Babylonica, [ *II. Reg. XXII. 20.* ] malorum Iliade jam ingruente, superioris anni jubilum versum est in threnodiam: ita ut pene in proverbium abierit *planctus Hadaadrinnonis in convalle Megidduntis.* [ *Zachar. XII. 11.* ] Neque enim universus solum qui tum præsens fuit Judææ populus insigni lamentatione Josiæ mortem profecutus est; sed etiam in futurum luctus publicus, quasi pro statuto in Israele receptus est: deflente eum quoque Jeremia propheta in Lamentationibus suis. [ *II. Chron. XXXV. 24, 25.* ] in quibus imminentes ecclesiæ regni que totius miseria tanquam præsentis pathetice deplorans, ad cædem Josiæ, ut futurarum omnium calamitatum primordium, ita digitum intendit. *Spiramentum narium nostrarum, unctus Domini, capitur in foveis istorum, de quo dicebamus, in umbra ejus nos victuros inter gentes.* [ *Lament. IV. 20.* ] Ut merito in quæstionem vocari debeat versus illius proæmialis autoritas, qui in editione Græca & vulgata etiam Latina ( sed contra Hieronymi mentem ) Threnis Jeremiæ præfixus legitur. *Et factum est, postquam in captivitate redactus est Israel & Jerusalem deserta est; sedis Jeremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Jerusalem, & amaro animo suspirans & ejulans dixit.* Cujus auctori in mentem venire debebat illud Sapientis dictum: *Ne adjicito ad verba ejus, ut non corripiat te, & efficiaris mendax.* [ *Prov. XXX. 6.* ] Nova quoque lamentatio de flebili regni Judæorum statu, inde à morte Josiæ, ab Ezekiele proferenda postea præscribitur. [ *Ezek. XIX. 1, 14.* ]

Post cædem Josiæ populus, ne rex Egypti regnum rege vacuum occuparet, Shallumum sive Jehoachazum juniorem Josiæ filium regem unxit: qui fecit quod malum videtur in oculis Domini, omnino prout fecerant majores ejus. [ *II. Reg. XXIII. 30, 31, 32. II. Chron. XXXVI. 1.* ] Vid. supr. ann. Mund. 3371.

d. Ab Assyriaca expeditione reversus Neco Jehoachazum, quum tribus tantum mensibus regnavisset, amovit; & seniore ejus fratrem *Eliaximum* regem constituit pro Josiæ patre ejus, immutans nomen ejus *Iehojaximum*. [ *II. Reg. XXIII. 31, 32, 34. II. Chron. XXXVI. 2, 3, 4.* ] ut *Iehova* vero Israëitarum Deo victoriam de Assyrio partam acceptam se referre eo modo testaretur: à quo ad bellum hoc gerendum se incitatum professus fuerat. [ *II. Chr. XXXV. 21, 22.* ] Deinde, tributo centum talentorum argenti & talenti auri terræ Judææ imposto, Jehoachazum sive Shallumum, Riblæ in regione Hamathæ conjectum in vincula, secum ab-

duxit

Anno  
Mundi.

Anno  
Periodi  
diuine

Anno  
te gram  
Christi.

duxit in Ægyptum: ubi & mortuus est. [II. Reg. XXIII. 33, 34, 35. II. Chron. XXXVI. 3, 4. Ezekiel. XIX. 3, 4.]

Jeremias, Dei mandato, in domum novi Regis descendens, tum ipsum tum seruos & populum ejus promissionibus & minis ad resipiscentiam hortatus est: de Shallumo sive Jehoachazo in Ægyptum deportato, vaticinium subnectens. *Ne fleatis pro mortuo (Josia) neque condoleatis ei: omnino flete pro abente (Shallumo) quia non reuertetur amplius ut videat solum natale suum.* &c. [Jerem. XXII. 1, 2, 10, 11, 12.]

3395 4. In principio regni Jehojakimi Jeremias, Deo iubente, stans in Templi atrio, populum venientem ex omnibus civitatibus Judæ ad incurvandam se in domo Domini (in festo Tabernaculorum; quando omnes mares ex omnibus civitatibus tenebantur comparere Hierosolymis: Deut. XVI. 16.) ad resipiscentiam hortatus est: recusantibus judicium Dei denunciatis; domum illam similem futuram Shilumi, & civitatem tradendam maledictioni apud omnes gentes terræ. Unde comprehensus a Sacerdotibus & Prophetis, totoque populo qui tum in atrio erat, capitalis criminis accusatur: sed publico Principum & Seniorum populi judicio absoluitur. [Jerem. XXVI. 1, 2, 19.]

Uria quoque filius Shemaia ex Kiriath-jeatimis prophetavit contra civitatem Hierosolymorum & terram Judæ, omnino secundum verba Jeremiæ. Et quum Jehoakimus rex morte eum afficere quævisset: fugiens ille venit in Ægyptum. Sed misit Rex Elnathanem filium Achoris & alios cum eo in Ægyptum: qui reduxerunt eum ad Jehoakimum. Is vero Prophetam percussit gladio; abiecitque cadaver ejus in populi sepulchra contemptissima. Veruntamen manus Ahikami filii Shaphanis (qui apud Regis patrem Josiam autoritate valuit; [II. Reg. XXII. 12. II. Chron. XXXIV. 20.] adfuit Jeremiæ; ut non traderent eum in manum populi, ad morte afficiendum ipsum. [Jerem. XXVI. 20, 24.]

His adjungi poterit, & Habbakuk propheta: cui de Judæorum improbitate & contumacia conquerenti, responsum Deus dedit, se iis ipsis diebus Chaldaeos in Judæam immisurum; consilium ea de re suum rebelli populo ita patefaciens. *Opus operor diebus vestris, quod non credituri estis cum narrabitur. Nam ecce ego excitaturus sum Chaldaeos gentem acerbissimam & festinam; ambulaturam per latitudinem terræ, ad possidendum habitacula non sua jure hereditario.* &c. [Habak. I. 5, 6.]

In principio etiam regni Jehojakimi, Jeremias prædixisse dicitur, Sedekiam regem Judæ futurum, & Nebuchadnesarem regem Babylonie, eumque gentes finitimas dominatui suo subiecturum. [Jerem. XXVII. 1, 11.]

3397 4. Quum ad Ægyptium, Carcemishum possidentem, Cælosyria & Phœnicie Sarrapa à Nabopolassar rege Babylonie defecisset, hic adversus illos filium suum Nebuchadnesarem; in societatem regni assumptum; cum magno mist exercitu. Quod desinente tertio, & in eunte quarto Jehojakimi anno factum; ex Danielis, cap. I. 1. collato cum Jerem. c. XXXV. 1. intelligimus.

Nebuchadnesare regnum capeffente, prophetie rerum ab illo gerendarum Jeremiæ statim revelatæ sunt: quarum prima de Ægyptiorum clade fuit; tum illa ad Euphratem, tum illa quam domi postea essent percepturi, ipsa Ægypto à Nebuchadnesare occupata. [Jerem. XLVI.] Earum prior, nulla penè mora interpolata, effectum est sortita: Pharaonis Neconis copiis, quæ ad Carcemishum fuerunt, à Nebuchadnesare rege Babylonie, anno Jehoiakimi 4 percussis. [Jerem. XLVI. 2.] Posterior post captam Tyrum anno captivitatis Jechoniae 27 eventu comprobata est. [Ezech. XXIX. 17, 18, 19.]

Eodem anno quarto Jehojakimi, qui primus fuit Nebuchadnesaris regis Babylonie, Jeremias Judæos contestatus, quod non auscultaverint verbo Domini quod continenter elocutus fuerat illis à 13 Josia usque ad hunc Jehojakimi 4, (*hic vicefimus tertius annus est;* inquit) & reliquorum omnium Prophetarum, à Deo ad ipsos missorum, cohortationibus immorigeros se præbuerint: de adventante Nebuchadnesare eos commonet, & servitute Babylonica annorum 70 ab eis subeunda, intra quod spatium, Judæam quidem primum, deinde & reliquas quas commemorat gentes (suo quamque ordine) regi Babylonie servituras; ipsumque demum Babylonium excendendum, & terram Chaldaeorum desolationi exponendam, prædicit. [Jerem. XXV. 1, 3, 11, 12.] quorum 70 annorum ab Esaiâ quoque in prophetia de Tyriis, obscurior longe antea facta fuit mentio. [Esai. XXIII. 15, 17.]

3398 4. Anno 4 Jehojakimi, Baruc filius Nerie scripsit ex ore Jeremiæ in volumine libri omnia verba Domini, quæ locutus illi fuerat, de Israele & Juda ac de omnibus gentibus, à diebus Josia usque in diem hunc: legitque ea in domo Domini, audiente populo Hierosolymitano & omnibus Judæis qui venerunt ex civitatibus suis, in die Jejunii. [Jerem. XXXVI. 1, 8.] solennis videlicet illius mensis 7 die 10. quotannis celebrati: [Levit. XVI. 29. XXIII. 27. Num. XXIX. 7.] quinque diebus ante festum Tabernaculorum, in quo omnes mares ex omnibus civitatibus Judæ comparebant Hierosolymis. (*ut supra, ann. Mundi 3395.*) Ipsum vero Barucum, severissimis istis minis quas scriperat consternatum & frustra *ἐὰν τὸν πρῶτον ἐπισημῶσιν*, verbo Dei de clade à Babylonio superventura omni carni & vita ipsius inter medias hæc turbas conservanda, Jeremias confirmat. [Jerem. XLV. 1, 5.] quo fortasse referenda fuerint & capita illa duo consolatoria, [Jerem. XXX. & XXXI. promissiones de instauranda Ecclesia continentia.

Rechabita (è posteris Jonadabi filii Rechabi, [II. Reg. X. 15.] Nebuchadnesare rege Baby-  
loniæ in Judæam adveniente, metu copiarum Chaldæorum & Syrorum, relictis tentoriis suis  
(in quibus, ex præscripto Jonadabi progenitoris sui, habitare solebant) ingressi sunt Hiero-  
solyma; [Jerem. XXXV. 11.] ubi, quum de tempore præsentis dicant; *Ita consolentur Hie-  
rosolyms: colligimus capitis hujus historiam, de vino à Rechabitis reculato, eo tempore fuisse*

gestam, quo Urbs à Nebuchadnesare fuit obsessa. [Dan. I. 1.]  
In manum Nebuchadnesaris tradidit Dominus Jehojakimum regem Judæ, cum parte instru-  
mentorum domus Dei. [Dan. I. 2.] mense videlicet 9 sive Cisseu: ut colligitur ex anniversa-  
rio jejunio, quod in memoriam, ut videtur, hujus calamitatis, (more apud Judæos recepto;  
[Zachar. VII. 3, 5. & VIII. 19.] eo mense observatum est. [Jerem. XXXVI. 9.]

Jehojakimum catenis vincivit Nebuchadnesar, ut abduceret eum Babyoniam: [II. Chron.  
XXXVI. 6.] sed pactis postea conditionibus servitutis, domi eum reliquit; ubi servus illi  
permanfit tribus annis. [II. Reg. XXIV. 1.] A qua prima omnium Regis & populi Judæ  
sub Nebuchadnesare facta servitute, numerandi sunt anni 70 captivitatis Babylonice, a Jere-  
mia propheta prædicti. [Jerem. XXV. 11. & XXIX. 10.]

Nebuchadnesar Ashpenazo præfecto eunuchorum sive aulicorum suorum præcepit, ut ex-  
portaret è filiis Israelis, tum ex semine regio, (uti Ezckie ab Esaiâ prædictum fuerat; [Esa.  
XXXIX. 7.] tum ex proceribus, pueros formæ elegantia & intelligentia facultate præstan-  
tes; qui in literis & lingua Chaldæorum per triennium ab eo instituti, Regi postea in palatio  
essent ministraturi. Inter quos, è filiis Judæ, præcipui fuerunt; Daniel qui Belshar, Hana-  
niah qui Shadrach, Mishael qui Meshach, & Azariah qui Abednego, mutato nomine, a  
præfecto est appellatus. [Dan. I. 3, 7.]

Postquam 28 annis superioris Asiæ imperium Scythæ jam obtinissent; eorum potiore par-  
tem Cyaxares atque Medi hospitio acceptam inebriatamque interemerunt. [Herodot. lib. 1.  
cap. 106.] Præter istos, & alii aliquor Scytharum Nomadum, per seditionem finibus suis pul-  
si, à Cyaxare suscepti fuerant; tum venationibus faciendis, tum pueris instituendis ab eo de-  
putati. Qui aspere admodum & indigne ab eo tractati (simul etiam, ut videtur, recentis in  
gentiles suos injuriæ memores) uno puerorum quos cœcebant trucidato, & pro ferina appa-  
rato, atque Cyaxari convivisque suis apposito; Sardes ad Halyattem regem supplices confu-  
gerunt. Quos reposcenti Cyaxari quum ille reddere abuisset: bellum inter Lydos Medosque  
quinquennale conflatum est. [Id. ibid. cap. 73, 74.] Cimmericos vero (de quib. supra, ad ann.  
Mundi 3368.) ipse Halyattes ex Asia exegit. [Id. ibid. cap. 16.]

3399

a. Anno 5 Jehojakimi, mense 9, indictum est jejunium coram Domino toti populo Hiero-  
solyms: in memoriam, ut videtur, Urbis eodem superioris anni mense à Chaldæis captæ.  
Ubi Baruc, ad ostium portæ domus Domini, legit è libro omnia verba Domini quæ ex ore  
dictantis Jeremiæ scripto exceperat, audiente toto populo, qui Hierosolyma ex civitatibus Ju-  
dæ venerat. De quo Principes per Micam Gemariæ filium certiores facti, Barucum advocant,  
legentem audiunt, & metu Regis, ut Jeremias & ipse delitescant, admovent. Jehojakim rex,  
audita parte voluminis, illud scalpello prius laceratum in ignem projecit, qui erat in foco.  
[Jerem. XXXVI. 9, 25.] in cujus horreni facti detestationem, Judæi ad hunc usque diem  
Jejunium die 7 mensis hujus noni, sive Cisseu, observant.

Jehojakimus rex, divino volumine combusto, præcepit Jerachmeeli filio suo, & Seraia filio  
Azrielis, & Shelemia filio Abdicelis, ut caperent Barucum scribam & Jeremiam Prophetam.  
Sed abscondens eos Dominus, in impium Regem & regnum ipsius sententiam hanc denuncia-  
vit. *Tu exasisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo, dicendo: Omnino venturus est  
Rex Babylonis, & perditurus terram hanc, facturusque ut cessent xē ea homines & jumenta! Id-  
circo sic ait Dominus de Jehojakimo rege Judæ: Non erit ei sedens in solio Davidis; & cada-  
ver ejus erit projectum estui diurno & gelu nocturno. Et animadvertam in eum, & in semen ejus,  
& in servos ejus, iniquitatem ipsorum: & adducam contra eos, & contra habitatores Hie-  
rosolymorum, ac contra viros Judæ, totum illud malum quod proloquebar eis; in eo volumine  
scripsit ex ore Jeremiæ omnia verba quæ erant in volumine illo priore, quod Jehojakimus  
combussit; multis etiam consimilibus adhuc additis. [Jerem. XXXVI. 26, 32.]*

b.

Nebuchadnesar, victorias suas persecutus à flumine Egypti usque ad fluvium Euphratis cepit  
quicquid fuerat regis Egypti: ita ut deinceps Neco concluderetur intra terminos regionis  
sue. [II. Reg. XXIV. 7.] Interea vero pater illius Nabopolassarum, morbo laborans, in civi-  
tate Babylonia vitam terminavit; quum per annos 21 regno fuisset potitus. Cujus mortem is  
non multo post cognoscens, demandata amicis cura captivorum Judæorum, Syrorum, Phœ-  
nicum & Egyptiorum traducendorum in Babyoniam cum exercitu & impedimentis; ipse cum  
paucis, breviori itinere, per desertum Babylonem properavit. Ubi factus totius paterni impe-  
rii dominus, captivos advenientes per opportuna Babylonice loca in colonias distribuit. [Be-  
rosus, rerum Chaldaicarum libro 3.]

10'

Ex instrumentis etiam domus Dei quæcunque visum est deportavit Nebuchadnesar Baby-  
lonem: ubi ea reposuit in templo & thesauro Dei sui. [Dan. I. 2. II. Chron. XXXVI. 7.] Beli  
nimirum: quem ipse ~~regis~~ sive progenitorem suum appellat, in Abydeni Assyriacis, & cujus  
templum ex belli hujus manibus magnifice illum exornavisse, Berosus author est.

Scytharum reliquiæ, quæ Medorum gladios evaserunt, domum reversæ, non exiguum exer-

citur

Anno  
Mundi.

3401

citum juvenutis (quam ex servis suis uxores, ipsis absentibus, perpererunt) sibi occurrentem offenderunt. Cum quibus saepe pugna commissa, quum nihil Scythæ proficerent; tandem sumptis flagellis servos fugaverunt. [*Herodot. initio lib. 4.*]

a. Jehojakimus, postquam triennio in fide quam Nebuchadnesari dederat permanisset, aversus rebellavit contra eum. [*II. Reg. XXIV. 1.*]

Daniel & tres socii ejus, quum reculato cibo & vino regio leguminibus tantum vescerentur & aquam biberent, vultu tamen magis vivido & carne magis vegeta inventi sunt, quam reliqui omnes pueri qui Regis cibario pascebantur. Quumque triennio institutionis jam completo, ministerio aulico essent admoti: in omnibus rebus ad peritiam intelligendi pertinentibus, quas requirebat ab eis Rex, inveniebat eos decuplo superiores omnibus Magis & Astrologis qui in toto regno ipsius erant. [*Dan. I. 5,--20.*]

Anno secundo regni, sive monarchiæ Babylonice à morte patris inceptæ; Nebuchadnesar somnium de statua ex diversis metallis conflata somniavit. Cujus ille oblitus, à Chaldeis somnium suum cum interpretatione sibi profecti; & quum illi non possent, eos trucidari jubet. Daniel vero, quum judicatum cepisset fieri, causam rei cognoscens, dilationem à rege impetrat: Deumque cum sociis orans, somnium interpretationemque cognoscit. Is deinde somnium Regi aperit, & quatuor imperia ordine sibi succedentia eo significata fuisse declarat. Quibus auditis, Rex Danielem, amplissimis muneribus donatum, dominatorem constituit in tota provincia Babylonice, & præfectum institutum super omnes sapientes Babylonice: eoque petente, tres etiam illius socios præfecit negotio provincie Babylonice. [*Dan II. 1,--49.*]

3403

d. Sexto anno belli inter Medos & Lydos gesti ineunte, quum utrinque æquo Marte certaretur, Eclipsis Solis facta est, quam futuram Tales Milesius Ionibus prædixerat. Uterque exercitus, diem noctescere videns, à pugnando destitit: indeque Syennesis Cilicis & Labyniti (id est, Nebuchadnesaris) Babylonii interventu, pax conclusa est; Halyatte Arienam filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptum dante. [*Herodot. lib. 1. cap. 74.*] Hanc eandem Eclipsim, à Thalete prædictam, eo quoque tempore contigisse quo rex Medorum Cyaxares pater Astyagis & Lydorum Halyattes Cæsi pater, signis collatis inter se præliarentur, in Astronomica sua historia Eudæmis confirmat: de qua & Plinius, lib. 1. cap. 12. defectus utriusque sideris rationem exponens. *Apud Græcos investigavit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis XLVIII, anno 4. prædicto Solis defectu, qui Alyatte rege (ita enim habet verus lectio, non, ut vulgata, sub Astyage rege) factus est, Urbis condita anno CLXX. Clemens Alexandrinus, libro 1. Stromatum, circa quinquagesimam Olympiadem Cyaxaris pugnam, & Solis defectionem hanc factam fuisse retulit; ab Eudæmi, quem citat, multum aberrans sententia. Nam & tempus, tum ab eo, tum à Plinio designatum, non Cyaxaris, sed Astyagis regno convenit: & ex tabulis Lunæ-solaribus Ptolemæi (quæ eadem sunt & Hypparchi) Cyaxare regnante, anno 4. Olympiadis XLV. Solem defecisse apparet; anno videlicet Nabonafari 147, mensis Egyptiaci Pachon die 4, sive Septembris Juliani 20, feria 1 horis 3 minut. 25. ante meridiem. Fuitque eclipsis hæc digitorum 9, & duabus fere horis duravit.*

3004

c. Phœnæis, Neconis filius, annis 6 in Ægypto regnat. [*Herodot. lib. 2. cap. 161.*]

Phœnæses, ex Ionia navigantes, Massiliam in mari Ligustico condiderunt, ante pugnam Salaminiam annis CXX. ut ex Timæo refert Marcianus in Periegesi sua: Olympiadis videlicet XLV. anno primo, ut & in Chronico tradit Eusebius, & in Polyhistore Solinus, licet hic priorem hanc Phœnæsiensium coloniam sub Tarquinio Prisco, cum posteriore eorum profectioe sub Servio Tullio facta, (de qua infra, ad annum Mundi 3461.) confundat. Nuptiarum vero historia, quæ urbi condendæ viam fecerunt, apud Athenæum libro 13, ex Aristotele & *Μακεδονικῶν Περὶ τῆς* & Justinum libro 43, ex Trogo Pompeio, in eandem fere sententiam sed variantibus personarum nominibus, plenius habetur exposita.

Nebuchadnesaris exercitus, ex turmis Chaldæorum, Syrorum, Moabitarum & Ammonitarum constans, contra rebellem Jehojakimum missus, Judæam vastavit: [*II. Reg. XXIV. 2.*] deportatis in captivitatem 3023 Judæis anno 7 Nebuchadnesaris [*Ierem. LIII. 28.*]

Astyagi sive *Abasucro* (*Daniel IX. 1.*) ex Ariana (quam superiore anno in uxorem duxerat) natus est filius Cyaxares, qui & *Darius Medus*: annorum 62 circiter existens, quum Belsaharsi interfecto in regno Chaldæorum succederet. [*Dan. V. 30, 31.*] Astyages vero, patre adhuc superstite, Mandanem filiam (ex priorè uxore natam) matrimonio locavit Cambisæ Achemenis filio, Persarum Regi, (ut Xenophonti placet, libro primo *Κύρου καθ΄ ἡμᾶς*) qui à Persæ generis sui duxit originem: ex quibus (sequente anno) Cyrus natus est, ut nullo modo Ctelias sit audiendus: qui, contra & Herodotum & Xenophontem & reliquos auctores cum illis consentientes, *Astygam* (sic enim eum appellat) genere Cyro junctum fuisse negat.

3405

e. Jehojakimus, à Chaldæis captus, abjectus fuit insepultus: nempe sepultura a sine sepultus, tractus & projectus ultra portas Hierosolymorum, juxta prophetiam [*Ierem. XXII. 18, 19. & XXXVI. 30.*] licet, ad communem naturæ legem respectu habito, dormivisse dicatur ille cum patribus suis. [*II. Reg. XXIV. 6.*]

Succedens illi filius Jehoachin (qui & Conias & Jechonias dictus est) tribus mensibus & decem diebus regnavit Hierosolymis: & fecit quod malum videtur in oculis Domini, omnino prout fecerat pater ejus. [*II. Reg. XXIV. 8, 9. II. Chron. XXXVI. 8, 9.*] Contra hunc

4111

603

4113

601

4114

600

4115

599



severissimum Dei iudicium denunciatum extat in fine capituli XXII. Jeremiæ; sententia hac, quasi in acta referenda, demum conclusum. *Scribite virum istum liberis carentem, virum non prosperaturum in diebus suis: nam non prosperabitur de semine ejus quisquam sessurus in solio Davidis & dominaturus amplius in Juda.* [Jerem. XXII. 30.] de quo consulendus Christophorus Helvicus, in libro de genealogia Christi. Hoc tempore sequentis quoque capituli XXIII. Jeremiæ prophetia edita fuisse videtur.

Vertente anno, (ex quo prior missus fuerat exercitus) ascenderunt servi Nebuchadnezaris regis Babylonie Hierosolyma; ut veniret civitas in obsidionem. Quumque venisset Nebuchadnezar ad ipsam civitatem, servis ejus obsidentibus eam: prodiit Jehojakin rex Judæ ad regem Babylonie, ipse cum matre sua (Nehushta Hierosolymitana) terri quoque ejus, & præfecti ejus cum aulicis ejus; quem cepit rex Babylonie anno octavo regni sui (propè completo.) Et deproniptis inde omnibus tum Templi tum Regiæ thesauris, confregit omnia instrumenta aurea quæ fecerat Salomon pro templo Domini: quemadmodum [Isaiæ XXXIX. 6.] Dominus prædixerat. Et deportavit rex in Babyloniam Jehojachinum regem, cum matre & uxoribus (vel feminis) & aulicis ejus, & è totis Hierosolymis tum omnes præfectos, tum omnes valentes robore, decies mille captivos; omnesque fabros lignarios ac ferrarios: nihil [Hierosolymis] relicto præter tenuem populum terræ. Ex reliqua verò regione viros strenuos 7000 & fabros lignarios ac ferrarios 1000 omnes robustos bellatores deduxit rex Babylonie captivos in Babyloniam [II. Reg. XXIV. 8, -- 16. II. Chron. XXXVI. 10. Jerem. XXIV. 1. XXXIX. 1, 2. Ezek. XVII. 12.] Inter quos captivos erat & Mordechaius Benjaminita, Jairis filius, [Ester. II. 5, 6.] & Ezekiel Sacerdos, filius Buzi, qui idcirco in prophetiis suis ab hac deportatione epocham suam deducit; (Ezek. I. 2, 3.) quam & deportationem suam nominat. [c. XL. 1.]

Jeremiæ inscripta ad deportandos fertur Epistola; adversus idololatriam Babylonie eos confirmans. [Baruc. VI.]

Dum Babylonius ita in Judæam grassaretur, vermem paravit Deus qui luxuriantem istam arborem suo tempore esset perditurus: oppressi sui populi clamore illo exaudito. *Filia Babylonie vastanda; beatus sit qui rependet tibi maleficium tuum quo affecisti nos: beatus qui prehendet & dissipabit parvulos tuos, allidens ad petram.* [Psal. CXXXVII. 8, 9.] Hoc enim anno in Lucem editus est Cyrus Perso-medes, patre Persa, matre Meda (ut ad superiorem annum est notatum) genitus: de quo hic ipse Nebuchadnezar, jam jam moriturus, apud Abydenum, ad suos vaticinatus fuisse legitur. *Veniet Perses miles, vestris demonibus ut commisionibus usurus, & servitutem inducet.* quomodo, & oraculum illud Cræso datum,

*Αὐτὸς ὅταν ἴσῃσιν βασιλεὺς Μυθίων Ἰσῆται.*

de Cyro, ex duobus diversarum gentium parentibus orto, Pythia (apud Herodotum, lib. 1. cap. 55. & 91) interpretata est. Sed omnium & certissimè & clarissimè, nosse Efaia, servitutem servituros Babylonios, (c. XLVII. 1, 2.) & parvulos illorum allidendos ante oculos eorum, (c. XIII. 16. & vindictis secundum libertatem captivos hosce Judæos tandem potituros, prædixit: ipso vindice, ante tot annos, etiam sua propria Cyri appellatione compellat; (c. XLIV. 28. XLV. 1.) Deo quoque tam inusitata revelationis rationem ita reddente. *Propter servum meum Jacobum, & Israellem electum meum, vocavi te de nomine tuo, cognominavi te, quamvis ignores me.* [c. XLV. 4.]

Etatis autem Cyri annos nobis conservavit Cicero, libro primo de Divinatione, ex Dionysio, Persicæ gentis scriptore, ista referens. *Quum dormienti Cyro Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit Dionysius frustra appetivisse manibus, cum se convolvens Sol elaberetur & abiret: ei Magos dixisse (quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis) ex triplici appetitione Solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi, quod ita contigit, nam ad septuagesimum pervenit, quum quadraginta annos natus regnare cepisset.* A quo fortasse somnio, sic à Magis exposito, Cyrus nomen accepit: quod Solem significare, rectè scripsit Ctesias, & eum secutus Plutarchus in Artaxerxe; quum Chur, & Churhid apud Persicos poetas, etiam ad hunc usque diem, idem denotare dicatur. Atque ex hoc Ciceronis loco, cum altero Danielis V. 31. comparato, ante Cyrum, avunculum ipsius Darium Medum, sive Cyaxarem Astiagis filium, natum fuisse apparet: qui idcirco apud Zenophontem libro sexto Cyri prædicitur, ita loquens introducit. *Ἐπιπλὴ παρὸν παλαιόν, & ἀπολομένον εἰμι καὶ ἐσὺ εὐκὸς με ἀγῶν λόγου. Quum ipse præfens adsum, & Cyro senior existam; æquum est, ut sermonem ego incipiam.* & in libro quarto, ipse Cyrus, ad eum scribens. *Συμβουλίῳ δὲ σὺ, κατὰ νότον εἶ. Concilium autem tibi do, quanquam ipse junior.*

Nebuchadnezar, Jechonia loco, regem substituit patruum ipsius Mattaniam, Josiæ filium: nomine ejus in Tsiaki-jab sive Sedekiam immutato: (Ier. XXXVII. 1. II. Reg. XXIV. 17.) quod *fustitiam Domini* significat. Cum enim pepigisset cum eo fœdus; & Dei nomine interposito fidelitatis juramentum ab eo exegisset: (II. Chron. XXXVI. 13. Ezek. XVII. 13, 14, 18.) hujus nominis impositione, de justa Dei vindicta, si pactum violaret, commonefaciendum eum fuisse censuit.

Sedekias undecim (plenis) annis regnavit Hierosolymis; & fecit quod malum videtur in oculis Domini Dei sui; neque depressit se à facie Jeremiæ Prophetæ loquentis illi ex ore Domini, sed obdurans cervicem suam, obfirmavit cor suum, ne converteretur ad Dominum Deum Israelis. [Jerem. I. 3. XXXII. 1, 2. II. Reg. XXIV. 18, 19. II. Chron. XXXVI. 11, 12, 13.]

Etiam

Etiâ omnes principes Sacerdotum & populus terræ multiplici transgressione prævaricati sunt, polluentes domum Domini quam sanctificaverat Hierosolymis, neque auscultarunt verbis Domini quæ loquebatur per Jeremiam & reliquos Prophetas, sed spreverunt ea, & subsannaverunt nuncios Dei, donec accensus est æstus iræ Domini in populum suum, adeo ut non esset curatio. [Jerem. XXXVII. 2. II. Chron. XXXVI. 14, 15, 16.]

Postquam deportatus esset Jechonias, Deus, ostensa Jeremiæ visione duorum calathorum sicuum, novi Regis populi que deportationem futuram prænuñciat. [Jerem. XXIV. 1, 2, 8, 9.]

In principio regni Sedekie, prophetia de Elamitis tum subigendis tum restaurandis à Jeremia prolata est. [Jerem. XLIX. 34, 39.] Elymaidem enim provinciam, cum Susane ejus metropoli ad Ulaïum sive Eulaium fluvium posita Astyagi Nebuchadnesar ademit, & Chaldæorum imperio adiecit. [Jerem. XXV. 25. cum Daniel. VIII. 1, 2.] Elamitis verò postea simul cum Medis copias suas adversus Babylonios conjungentibus, (Esai XXI. 2.) sublato rege eorum Belshafare, sub Cyro uncto suo Deus in Elamo solium suum reposuit: ejusque metropolis Susan ab eodem Cyro Perfarum facta est regia; ut in libro 15. nos docet Strabo.

Regnum Edomæorum, Moabitum, Ammonitarum, Tyri & Sidonis legatis Hierosolyma ad visitandum novum regem Sedekiam venientibus, Deus Jeremiam vincula & lora tradere jubet, ad Dominos suos perferenda: mandato addito, ut Nebuchadnesaris dominatui se subiciant, neque prophetis & planetariis suis aliud suadentibus aurem præbeant. Sedekiam quoque similiter admonet, ut se dedat Babylonio, & à Pseudo prophetis caveat: & omnes ordines ad Babylonii obsequium minis & promissionibus provocat. [Jerem. XXVII.]

Post abductum Jechoniam & captivos reliquos, Sedekias ad Nebuchadnesarem in Babyloniam misit Elhasam filium Shaphanis & Gemariam filium Hilkie: per quos & Jeremias Epistolam ad Seniores, Sacerdotes, Prophetas, atque ad totum populum à Nebuchadnesare deportatum, Hierosolymis deferendam curavit. In ea Judæos de officio in captivitate admonet, gratiosæ liberationis, completo præstituto 70 annorum termino, promissione consolatur; calamitates reliquorum, qui in Judæa post deportationem relictæ fuerant, simulque Ahabi filii Kolaie, & Sedekie filii Maafie, Pseudoprophetarum funestum exitum, prænuñciat. [Jerem. XXIX. 1, 2, -- 23.]

3406 Shemaja, (cum Sedekie legatis, ut videtur, Babylone redeuntibus) ad Zephaniam (secundandum Sacerdotem; [II. Reg. XXV. 18.] & reliquos Sacerdotes Hierosolymitanos literas increpatorias adversus superiores Jeremiæ epistolam scripsit: quibus audiente Jeremia, perlectis; severam contra eum Dei sententiam Propheta pronunciat. [Jerem. XXIX. 24. -- 32.] Quo etiam tempore videntur editæ duorum sequentium capitulum XXX & XXXI. de regno Christi & restauratione Ecclesiæ insignes prophetiæ.

3407 Halyatti Lydorum regi, ex uxore Carica, natus est Cræsus filius: quippe qui 35 annorum fuit, quum regnare inciperet. Herodot. lib. 1. cap. 26. & 92.

3408 d. Anno Sedekie 4<sup>o</sup>, mense 5<sup>o</sup>, Hananias Pseudo-propheta post biennium & omnia instrumenta domus Domini, & Jechoniam & omnes deportatos à Babylonia reducendos prædixit. Cui apponente se Jeremia, lorum collo ejus detractum ille fregit: addens, ita fracturum esse Deum jugum Nebuchadnesaris, intra biennium justum, è collo omnium gentium. Unde Jeremia, loco ligneorum lororum, jugum ferreum impositurum esse Deum collo omnium gentium istarum pronunciat, ut serviant Regi Babylonia. [Jerem. XXVIII. 1, -- 14.]

3409 a. Hanania pseudopropheta, mense septimo, mortem obiit à Jeremia prædictam. [Jerem. XXVIII. 16, 17.]

Astyages, post patrem Cyaxarem, annis 35 Medis imperat. [Herodot. lib. 1. cap. 130.] Danielis IX. 1. & Tobit. XIV. 17. Ahafuerus vel Assuerus dictus.

c. Deus per Jeremiam, Babylonem & terram Chaldæorum à Medis & Persis vastandam prædicit: populumque suum recuperandæ liberationis promissionibus confirmat. [Jerem. L. & LI.]

Sedekias, anno regni sui quarto, vel ipse profectus est, vel ipsius potius loco in Babyloniam misit Seraïam filium Nerie filii Maafie, Principem Mennuchæ: cui Jeremias præcedentia vaticinia de excidio Babylónico in libro descripta tradidit, prælegenda primum & in Euphratem deinde projicienda. [Jerem. LI. 59. -- 64.] Cum quo & frater ejus Baruc (filius item Nerie filii Maafie; [Jerem. XXXII. 12. Baruc. I. 1.] scriba Jeremiæ Babylonem simul profectus fuisse putatur.

d. Baruc verba libri sui coram Jechonia filio Jehojakimi, & captivis omnibus qui habitabant in Babylonia, legisse dicitur, anno quinto (à deportatione Jechonia scilicet) septimo die mensis, eo tempore quo ceperant Chaldæi Hierosolyma, eaque incenderant igne. [Baruc. I. 2, 3, 4.] eodem, ut existimatur, mense quo (dedente se Jechonia) capta fuerant Hierosolyma, & à Chaldæis fortasse incendi cepta. Nam Severo Sulpicio assentiri non possumus, qui (hujus ipsius fortasse loci autoritate fretus) Nebuchadnesarem hoc tempore Hierosolymam cum exercitu ingressum, urbem muroque ac templum solo stravisse, in primo sacre sue Historiæ libro retulit. Prior tamen doctissimi Junii de restincto igne & opido conservato conjectura, Anglo-Duacensium expositione aliquanto est tolerabilior; qui totum tempus captivis Hierosolymorum undecim annis duravisse priusquam ea essent combusta, (à tempore videlicet quo sub Jechonia, usque ad tempus quo sub Sedekia capta sunt,) & in quinto spatii illius anno librum hunc conscriptum fuisse, assentunt. Grotius verò, primum quidem scriptorem annum quintum post deportatum Jechoniam,

hic intellexisse putat; sed illud de Hierosolyma succensa igni, ab alio aliquo fuisse additum, qui existimavit Baruchum nunquam ivisse in Babyloniam ante deportationem quæ Sedexia regnante contigit.

Anno tricesimo (ineunte; à solenni sc. fœderis redintegratione & cultus Dei instauratione, celeberrimo illo anno 18 regis Josia facta) qui fuit à deportatione Ioiachinis sive Jechoniae annus quintus (item iniens;) quarti mensis quinto die, (Iulii 24 feria sexta) Ezechieli inter deportatam multitudinem ad fluvium Chebaris (Straboni & Ptolemæo Chaborra dicti) versanti, prima visio à Deo est oblata. [Eze. I. 1, 2, 28] Hinc, ad propheticum munus inter Judæos deportatos exsequendum missus est: ad quos Thel-abibi juxta fluvium Chebaris habitantes, ille perveniens, quasi in stuporem abreptus septem dies desedit. Quibus exactis, Deus illum iterum de vocatione admonet, officiumque explicat, adhibitis promissionibus & minis: deinde repetito signo eum confirmans, verbo suo metum ipsius amovet, & mandato novo ejus vocationem sancit. [Ezek II. & III.]

Propheta tabulæ lateritiæ figuram obsidionis Hierosolymorum insculpere jubetur, & diebus 390 lateri suo incumbere: qui & totidem dierum quibus arctissima Urbis obsidio esset duratura, & totidem annorum iniquitatis domus Israelis, typum essent exhibituri. Ezek. IV.

3410 Pšammis Aegypti rex, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est. Cui succedens filius Apries 25 regnavit annos: [Herodot. lib. 2. cap. 161.] in Scriptura Pharaoh Hophra nominatus [Jerem. XLIV. 30.] Hic cum instructissimis terra marique copiis in Cyprum & Phœniciam impressione facta, Sidonem vi cepit, aliasque Phœnicie urbes terrore subegit. Et ingenti pugna navali Phœnicibus & Cypris devictis, cum magna spoliatorum vi in Aegyptum reverfus est. [Diodor. Sicul. lib. 1.] Ferturque ea fuisse persuasione, ne Deum quidem ullum sibi putaret posse regnum adimere: adeo videbatur sibi illud stabilivisse. [Herodot. lib. 2. cap. 169.] quod Ezechielis XXIX. 3. (ut ad eum locum Tremellius annotat) allegorica illa prosopopœia elegantissimè exprimitur. *Mihi est rivus meus, nam ego feci mihi.* q. d. Nemo est qui rivum meum mihi possit adimere, & vindicare sibi.

c. Ezechiel, postquam lateri sinistro per dies 350 incubisset, ad latus dextrum conversus per dies 40 illi incubuit, totidem annorum iniquitatis domus Judæ typum gerentes. [Ezek. IV. 6.] Quò referendum & caput V. ejusdem prophetiæ, cum duobus sequentibus.

d. Anno deportati Jechoniae sexto, die quinto, (Septemb. 22. feria 4) Deus Ezechieli, per spiritum Hierosolymam abducto, visione indicat confertissimam Judæorum idololatriam, & supplicia propter illam eventura. [Ezek. VIII. 1. IX. X. XI.]

3411 Eo prophetante, Pelatias filius Benaia moritur. Deus pius in Babyloniam deportatos presentia suæ sanctificatione, & Evangelicis in futurum promissionibus consolatur. Visione disparente, Propheta per spiritum ad suos in Chaldæam reductus, enarravit illis omnia quæ Dominus ipsi ostenderat. [c. XI. 13, 25.]

a. Deus, typis & verbis, Sedexia regis nocturnam fugam, excæcationem, captivitatem, & mortem in Babylonia; itemque Judæorum deportationem, & calamitates ante eam ipsis eventuras, predicat: Ezechielis cap. XII. Ad quem annum etiam 7 sequentia capita sunt referenda: ex quibus intelligimus, eo tempore & Danielis, ob preces pro salute aliorum effusas, nomen fuisse celebre; (cap. XIV. 14, 20.) & Sedexiam fœderis & juramenti religione contempta contra Nebuchadnefarem rebellavisse. [c. XVII. 15, 17.]

d. Anno deportati Jechoniae 7 mensis 5 die 10. (Augusti 27. feria 1.) Ezechiel Seniores ad Deum consulendum accedentes redarguit hypocriticos: deinde calamitates eventuras omnibus, minas contra idololatrias, & promissiones erga bonos pronunciat. (Ezek. XX. 1. (Quò & tria sequentia capita videntur referenda.)

3413 Batto Cyrenensis regni conditori, quum 40 regnavisset annos, succedens filius Arcefflaus, 16 annis regnavit. [Herodot. lib. 4. cap. 159.]

3414 a. Annus Sabbatariorum: in quo Hierosolymitani, adventante adversus eos cum copiis Nebuchadnefari, servorum libertatem (juxta Legem, Exod. XXI. 2. & Deuter. XV. 1, 2, 12.) promulgarunt. (Jerem. XXXIV. 8, 9, 10.) Nam Babyloniensis adversus rebellem Sedexiam ducens exercitum, vastata regione & occupatis arcibus, ad ipsam Hierosolymam oppugnandam demùm accessit. [Joseph. Antiquit. lib. 10. cap. 10] Omnes enim civitates Judæ jam occupaverat; Hierosolyma, Lacisho & Azeka exceptis; quas oppugnavit ille, cum omnibus copiis suis, omnibusque regnis terræ in dominio suo. [Jerem. XXXIV. 1, 7.]

b. Ante mediam verò hyemem non est cæpta obsidio Hierosolymitana. Anno enim regni Sedexia 9, mense 10 die 10, (Januarii 30. feria 5.) Nebuchadnefari & omnes ejus copiarum castra juxta Hierosolymam posuerunt; extruentes contra eam propugnacula circumquaque. [II. Reg. XXV. 1. Jerem. XXXIX. 1. & LII. 4.] In cujus memoriam, non solum captivitatis tempore. (Zachar. VIII. 19.) sed etiam ad hodiernum usque diem Jejunium annuum à Judæis est observatum.

Eodem ipso die, obsidio Urbis Ezechieli in Chaldæa à Deo revelatur; ejusque determinatum excidium per bullientis ollæ typum significatur. Uxor Prophetae vespere moritur, quam illi luctu prosequi vetatur: gravissimæ Judæorum calamitatis ea in re typum exhibens, quæ planctum omnem sit superatura. [Ezek. XXIV. 1, 2. & c.]

d. Jeremias, Deo jubente, Sedexia regi prænunciat; Hierosolymam à rege Babyloniæ accipiendam

capiendam

Anno  
Mundi.

piendam & comburendam, Regem vero ipsum in Babyloniam abducendum, ibidemque morientem honorifice esse sepeliendum. [*Jerem. XXXIV. 5,--7.*]

Propheta, ob hoc vaticinium, à Sedekia inclusus est atrio custodiæ quæ erat in domo regia: ubi, anno ejusdem Sedekia 10, Nebuchadnesaris vero 18 (ineunte) promissione restitutionis à Deo accepta, Hanameelis filii patris sui agrum jure redempturæ sibi comparavit. [*Jer. XXXII. 1,--16.*] cæteraque contigerunt, quæ in [*Jerem. c. XXXII. & XXXIII.*] continentur.

Pharaonis (Hophra, sive Vaphris) copiis ex Ægypto egressis, ut Sedekia ferrent suppetias; Chaldaei, eis occurrere, Hierosolymis discesserunt. Sedekias ad Jeremiam prophetam (soluta obsidione jam liberum, in arctam & tetram, quæ postea secuta est, custodiam nondum datum) legatos misit: qui preces ipsius pro salute populi expeterent. Propheta auxiliares illas Pharaonis copias in Ægyptum reverturas, atque Chaldaeos iterum civitatem oppugnatos captamque combusturos, pronunciat. [*Jerem. XXXVII. 3,--10.*]

Hierosolymitani, præsentis obsidionis metu liberati, servos & ancillas, quos ex Legis præscripto manumiserant, contra fœdus suum in servitutem retraxerunt: quos impij & inhumani facti Jeremias reprehendens, vicissim contra ipsos libertatem gladio, pesti & fami promulgavit; Babylonios intermissam obsidionem redintegratos, & civitatem captam combusturos, prænunciavit. [*Jerem. XXXIV. 11,--22.*]

Interea, dum abessent copiae Chaldaeorum Hierosolymis propter exercitum Pharaonis, Jeremias fugam meditans, à Principibus cæsus in foveam carceris qui erat in domo Jonathanis conjicitur; multisque diebus ibi detinetur. [*Jerem. XXXVII. 11,--16.*]

Nebuchadnesar, (Ægyptiaco exercitui occursurus) anno regni sui 18 ex iis qui ante solutam obsidionem, Hierosolymis ad ipsum defecerant, 832 Babylonem deportandos curavit. [*Jerem. LII. 29.*]

Pittacus Mitylenæus, septem Sapientum unus, cum classe missus à suis est in Troadem adversus Atheniensium ducem Phrynonem Pancratiastem & Olympionem; qui Sigcum & Achilleum pagum Lesbii ibi eripuerat. In prælio victores effecti Athenienses, Alcæi Mitylenæi poetæ, qui abjectis armis fugerat, clypeum apud templum Mineryæ in Sigeo suspendunt. Phrynoni deinde ad singulare certamen provocanti siquis congredi vellet, occurrit Pittacus; & retejaculo, quod sub clypeo occultaverat, involutum tridente ac pugione confodit. Unde, ob agrum ita servatum, Mitylenæis magna ei dona offerentibus, conjecta hasta id duntaxat agri petiit, quo cuspis pertigisset: qui locus, ab illo sacratus, Pittacii nomen postea obtinuit. Historiam mutilatam tradidit Herodotus, lib. 5. cap. 95. cujus defectum supplevit Plutarchus libro de malignitate Herodoti; cum Strabone, lib. 13, Polynæo, lib. 1. Festo in *Retiario*, & Diogene Laertio, lib. 1, qui Pittaco tunc principatum à Mitylenæis ultro delatum esse indicat, 20 annis ante mortem; quam anno 3, Olympiadis LII, obiisse illum narrat. Unde rationibus subductis, ad annum 3, Olympiadis XLVII, refertur maluimus, quam cum Eusebio ad XLIII, Olympiadis 2, licet illud magis ei faveat; quod in Stadioniarum Catalogo, Olympiade XXXVI, Phrynon victor fuisse annotatur.

Neque tamen per duellum hoc plane finitum est bellum. Arpiter verò ab utraque parte delectus Periander Corinthius, & ipse è septem Sapientum numero unus, ita litem diremit, ut utrique ea colerent quæ haberent; Atheniensibus Sigeo, Mitylenæis Achilleo pago relicto. [*Herodot. lib. 5. cap. 94, 95. & Strabo, lib. 13.*] quem ipsum Periandrum sexto abhinc anno, ante Olympiadem XLIX, decessisse, ex Soficrate ostendit in ejus vita Laertius. Quod Herodoti detegit anachronismum; qui pacem hanc inter Athenienses & Mitylenæos à Periandro factam ad posteriora Pisistratarum tempora retulit.

b. Anno deportati Jechonia 10, mense 10, die 12 (*Februarii 1. feriâ 1.*) Ezeziel vaticinatur contra Pharaonem & Ægyptum; quod esset baculus arundineus domui Israelis (frustra enim suppetias obsessis Hierosolymitanis jam tulerat:) primum Pharaoni (Hophra, sive Apria) cladem in Libycis solitudinibus à Cyrenæis (ut ad ann. Mundi 3430. videbimus) deinde desolationem totius Ægypti, à Babylonio inferendam, & 40 annorum spatio continuandam, prædicat. [*Ezek. XXIX. 1,--16.*]

c. Fugato Pharaonis exercitu, Hierosolymitanam obsidionem redintegravit Nebuchadnesar circa 15 diem tertii mensis; diebus videlicet 390. ante captam urbem: ut ex typo Ezezieli, IV. 5, 8. colligimus. Tum verò Jeremias, à Sedekia consultus, de eo in manum Nebuchadnesaris tradendo responsum dat: qui & ejus precibus motus, ex fovea carceris qui erat in domo Jonathanis ad artium custodiæ transferri eum jubet; tracta panis in diem ex vico pistorum illi concessa, donec consumptus est omnis panis ex civitate. [*Jerem. XXXVII. 17,--21.*]

d. Continuata obsidione, Jeremias iterum à Sedekia per legatos consultus, simile reddit responsum: & Regem & cives in manum Nebuchadnesaris tradendos; eos qui in civitate mansuri sunt, gladio, aut fame, aut peste morituros, eos autem qui ad Chaldaeos egressuri sunt, vita sua loco spoliij potituros. [*Jerem. XXI.*]

Ob hoc responsum Jeremias à Principibus in foveam Malchia, quæ erat in atrio carceris conjicitur. Unde opera Ebed-melechi Eunuchi eductus, à Rege denuo consultur: & repetito judicio contra Judæam, in atrio carceris usque ad Urbem captam servatur. [*Ier. XXXVIII.*] ubi Ebed-melecho, Dei nomine, liberationem ab omnibus periculis pronunciat. [*Ier. XXXIX. 15,--18.*]

4125

589

c. Anno deportati Jechoniæ 11, mensis *primi*, ut videtur, (non, ut Tremellio & Prado placuit, *quinti*: is enim in annum 12 incidit) die *primo*, Deus per Ezechielem Tyro, de miserando jamjam à Nebuchadnefare capiendæ Hierosolymæ statu exultant, ab eodem Nebuchadnefare excidium venturum pronunciat, tam admirabile, ut omnes exteri aspicientes & recordantes præteritam illius gloriam subitumque casum perhorrescant. Idenque finitimis Sidoniis eventurum Propheta vaticinatur, ad gloriam Dei & Ecclesiæ bonum, cujus promissione prophetia hæc terminatur. [Ezek. XXVI. 1. ad finem capitis XXVIII.] In qua & illud notandum: tantam eo tempore apud exteros omnes sapientiæ Danielis fuisse famam, ut in proverbium abiit. In decim Deus Tyriorum Regi (Ithobalo) insolentiam animi exprobrans; *Ecce*, inquit, *sapientior es Daniele, quicquam occultum non absconditur tibi.* [Ezek. XXVIII. 3.]

Eodem anno, mensis 1, die 7, (*April. 16. feria 3.*) Deus Ezeieli revelat, se Regem Babylonæ contra Pharaonem armaturum, & Ægyptios subversurum. [Ezek. XXX. 20,--26.]

Eodemque anno, mensis 3, die 1, (*Junii 19. feria 1.*) ostendit Deus, Ægyptium non magis posse judicium ipsius effugere, quam Assyrius ante eum poterat. [Ezek. XXXI.]

d. Anno Sedekia undecimo, desinente, (*Jerem. I. 3.*) mensis 4, die 9, (*Julii 27. feria 4.*) quum invaluisset fames Hierosolymis, perrupta est civitas, & à Chaldæis occupata. [II. Reg. XXV. 2, 3, 4. Jerem. XXXIX. 2, 3. & LII. 5, 6, 7.]

Capta Urbe, Sedekias rex & omnes bellatores noctu aufugerunt. Verum Sedekiam assécute copiæ Chaldæorum in campestribus Jerichuntis, Riblam eum ad Nebuchadnefarem deduxerunt: ubi, occisis prius ejus liberis in conspectu ipsius, occæcatus ac deinde numellis chalybeis vincus in Babyloniam deportatus est. [II. Reg. XXV. 4,--7. Jerem. XXXII. 4,--7. & LII. 7,--11.] completis eo modo Prophetarum vaticiniis; quod oculis suis oculos Regis Babylonæ videret, [Jerem. XXXII. 4. & XXXIV. 3,] sed Babyloniam non videret, quamvis ibi moriturus esset. [Ezek. XII. 13.]

Mense 5, die 7, (*August. 24. feria 4.*) Nebuzaradan præfectus satellitum, à Nebuchadnefare missus, Hierosolymam ingressus est: [II. Reg. XXV. 8.] & comparatis per biduum rebus, 10. die (*August. 27. ipso Sabbati die*; in quem fortasse mandati executionem is consulto distulerat) Templum Dei, ac palatium Regis, cum reliquis ædificiis Hierosolymorum, cremavit. [Jerem. LII. 13. cum XXXIX. 8.] Die 7. ignem iis subjectum fuisse, die autem 10 eadem deflagasse, Lidyatus noster existimat. In cujus calamitatis memoriam, mensis quinti Jejunium est institutum: [Zachar. VII. 3, 5. VIII. 19.] quod & ad hunc usque diem à Judæis retinetur; sed 9, non 10 die mensis 5 (*Ab*) observatum. Destructum vero est Templum, anno Nebuchadnefaris 19 [Jerem. LII. 12. II. Reg. XXV. 8.] desinente: Olympiadis XLVIII. anno 1. ineunte, Nabonafari 160 currente; postquam à Salomone condi captum est, annis 424. mensib. 3. & diebus 8.

Eodem mense 5 [Jerem. I. 3.] omnibus mutis Hierosolymorum circumquaque dejectis, eos qui relictis fuerant in civitate, & eos qui defecerant ad Regem Babylonæ, & reliquum vulgi, una cum thesauris Regis atque Principum, & instrumentis domus Dei, deportavit Nebuzaradan in Babyloniam. [Jerem. XXXIX. 8, 9. LII. 14,--23. II. Reg. XXV. 10,--17. II. Chron. XXXVI. 18, 19, 20.] Sic migravit Juda è terra sua: [Jerem. LII. 27. II. Reg. XXV. 21.] ab initio regni Davidis anno 468, à decem tribuum distractione 388, ab Israelitici regni excidio 134.

+++++

## ÆTAS MVNDI VI.

**D**E populo tenuissimos, quibus nihil erat quicquam, reliquit Nebuzaradan in terra Judæ; ut essent vinitores & agricolæ: quibus Rex Babylonæ Gedaliam Anikami filium, ejusdem gentis præposuit. [Jerem. XXXIX. 10. XL. 5, 7. LII. 16. II. Reg. XXV. 11, 22, 23.] sed absque ullo insigni regio, aut imperii nomine; quia præesse paucis & calamitosis, nulla dignitas erat: inquit, in fine lib. 1. sacræ suæ Historiæ, Severus Sulpicius.

Seraja primarius & Sephanias secundanus sacerdos, ac tres custodes liminis, primoresque alii à Nebuzaradane Riblam ad Nebuchadnefarem adducti, occisi ibi sunt. [Jerem. LII. 24,--27. II. Reg. XXV. 18,--21.] Serajæ vero filius, & post eum summus Sacerdos, Jehofadokus captivus est abductus. [I. Chron. VI. 15.]

Jeremias vincus catenis cum deportanda multitudine Ramam usque perductus, ibi à Nebuzaradane liberatur: optione ei data, ut vel in Babyloniam honorificè tractandus cum eo proficisceretur, vel cum reliquis populi in deserta patria remaneret. Quam posteriorem conditionem ille eligens, ad Gedaliam præfectum, qui Mispæ Benjaminitarum sedem suam fixerat, cum muneribus missus est. [Jerem. XXXIX. 11,--24. XL. 1,--6.]

Duces & milites (qui cum Sedekia Hierosolymis noctu aufugerant; [II. Reg. XXV. 4. Jerem. LII. 7.] in agris passim palantes, omnesque Judæi qui ad Moabitas, Ammonitas, & gentes finitimas se receperant, ad Gedaliam in patriam suam sunt reversi: ubi vini & olei & æstivorum fructuum copiosum proventum collegerunt. [Jerem. XL. 7,--12. II. Reg. XXV. 23, 34.]

Anno Mundi.	Anno Periodi Juliane.	Anno in te xram Chr. his.
3417		
<p>Ismael Nethaniae filius, Judaeus e semine regio, a Baaliso Ammonitarum rege ad occidentum Gedaliam submissus, cum 10 viris primariis, Mispae familiariter ab eo sunt excepti; prodicionis hujus detectoribus, malo suo, nullam fidem adhibente. [<i>Jerem. XL. 13, 16.</i>]</p> <p>a. Mense septimo Ismael, cum 10 suis sociis, Gedaliam, &amp; Chaldaeos, &amp; viros militares Mispae repertos, nefarie trucidavit. [<i>Jerem. XLI. 1, 2, 3. II. Reg. XXV. 25.</i>] In cujus caedis memoriam annum Judaei observant jejunium mense hujus 7 (Tilri) die 3.</p> <p>Altero post clam occisum Gedaliam die, 80 ex illis, qui lugubri habitu Shechemo, Shilunte &amp; Samaria munera &amp; suffitum ad domum Dei in ruinis suis jam jacentem ferebant, Mispam per dolum ductos in urbis medio interemit Ismael; eorumque cadavera in Asa regis puteum coniecit. [<i>Jerem. XLI. 4, 9.</i>]</p> <p>Ismaeli regis filias &amp; reliquum populum Mispae relictum in captivitate ad Ammonitas abducenti, ad aquas Gibeonis cum exercitu occurrentes Johanan filius Kareae, captivos omnes liberavit: Ismaele non amplius quam octo comitantibus, ad Ammonitas confugiente. [<i>Jerem. XLI. 10, 15.</i>]</p> <p>Johanan, &amp; omnes copiarum praefecti, totusque populus juxta Bethlehemum confidentes, Chaldaeorum metu fugam in Aegyptum meditantur. [<i>Jerem. XLI. 16, 17, 18.</i>] Sed prius Jeremiam frequentes adeunt, sciscitantes divinum responsum quod ille post decem dies retulit; verbis Dei univerfos hortatus, in solo patrio manerent. Si id fecissent, Dei praesidio tuendos nullumque a Babyloniis periculum fore: sin Aegyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame diversoque mortis genere perituros. Sed plebs aliueto malo insolens parendi salubribus consiliis, &amp; divino imperio, profecta est in Aegyptum: ipso etiam Jeremia &amp; Baruco filio Neriae comitante. Quibus Tahpanhesum ulque pervenientibus typo proposito, Jeremias excidium Aegypti a Nebuchadneshare (quem fugerant) inferendum praenunciat. [<i>Jer. XLII. &amp; XLIII. cum Sever. Sulpic. histor. sac. lib. 2.</i>]</p> <p>b. Anno deportationis Jechoniae 12, mensis 10 die 5 (<i>Januar. 25 feria 4</i>) nuncio ad Ezekielem perlato de percussis Hierosolymis; extremam desolationem ultimis Israelitarum reliquiis (post profectioem illam Aegyptiacam) in vastitatibus patriae commorantibus eventuram Propheta praedicit. [<i>Ezek. XXXIII. 21, 29.</i>]</p> <p>Anno eodem 12, mense item 12, die 1 (<i>Mart. 22. feria 4.</i>) contra Pharaonem, &amp; de gravissima plaga per Nebuchadnesharem Aegyptiis infligenda, propheta Ezekiel. [<i>Ezek. XXXII. 1, 16.</i>]</p> <p>Die mensis 13, De Pharaone &amp; univerfa ejus multitudine ad inferos, inter gentes omnes incircumcissas, deducenda propheta idem. [<i>Ezek. XXXII. 17, 32.</i>]</p> <p>De clade Israelitis Migdoli, (non procul a mari rubro; [<i>Exod. XIV. 2.</i>] Tahpanhesi, (sive Daphnis Pelusii) Nophi, (sive Memphide) &amp; in Pathrosi provincia apud Aegyptios habitantibus superventura vaticinatur Jeremias: ipsius Aegypti regis Pharaonis Hophrae (sive Apriae) casu pro signo dato. [<i>Jerem. XLIV. 1, 30.</i>]</p> <p>Obadiah propheta contra Idumaeos, qui Judaeorum calamitati, everfis Hierosolymis, insolentissime insultaverant, vaticinatur: quod &amp; Jeremias, [<i>c. XLIX. 7.</i>] Ezekiel, [<i>c. XXV. 12.</i>] &amp; Psalm. LXXIX. &amp; CXXXVII. scriptores eodem fere tempore fecerunt.</p>		
3418	4127	587
3419	4128	586
3419	4129	585
3420	4130	584
3421	4131	583
3422	4132	582
3424	4134	580

Rhodiorem nonnulli, aſperitate regum Aſiaticorum offenſi, coloniæ deducendæ conſilia inie-  
runt. Creato igitur ad hoc duce Pentathlo Cnidio (qui generis ortum ad Hypporam Herculis  
filium referebat) in Siciliam appulerunt, tempore quo Aegæſtani ac Selinuntii bellum inter ſe  
gerebant. Ubi Pentathlo, opem Selinuntis ferente, occiſo; reliqui, Gorgo ac Teſtore &  
Epitherſide ex illius familia Ducibus delectis, in Lipara deinde inſula conſederunt. [*Diodor.  
Sicul. lib. 5.*]

3429 Arceſilao, quum per annos 16 regno Cyrenaico præſuiſſet, ſucceſſit filius Battus, Euda-  
mon cognominatus. Ad quem ingens Græcorum multitudo, Delphici oraculi monitu, confluens  
finitimorum Libyæ agros vaſtabat, atque inter ſe partebatur; quum prius Cyrenaica colo-  
nia per annos 56 ex Theræis ſolis conſtaret, qui cum primo Batto illuc miſſi fuerant. [*Herodot.  
lib. 4. cap. 159.*]

3430 c. Anno captivitatis Jechoniæ 25 principio anni, (id eſt, menſe primo; ut Jonathan para-  
phraſtes Chaldaus exponit) 10 die menſis, (*April. 30. feria 3.*) anno 14 poſtquam Urbs  
percuſſa eſt, de Templi, Urbis, & Regni Iſraehitarum conſtitutione viſio Ezekielis eſt exhibitæ:  
inſtaurationem Eccleſiæ per Chriſtum, ejuſque amplitudinem, dignitatem & præſtantiam ſi-  
gnificans. [*Ezek. XL. 1. uſque ad libri finem.*]

Libyci, cum rege eorum Adricano, agris à Cyrenæis exuti, Apriæ Aegyptiorum regi ſeſe  
dederunt. Ille comparatum grandem Aegyptiorum exercitum adverſus Cytenas miſit. Cy-  
renæi, inſtructa apud Iraſa & ad fontem Theſtin acie, hoſtes ita proſligarunt, ut pauci ex  
eis in Aegyptum redirent. Qua de re Aegyptii ſuccenſentes Apriæ, ab eo deſciverunt: opinati  
ſe ab illo in apertam perniciem fuiſſe dimiſſos; ut his internectione delectis, ipſe cæteris Aegy-  
ptiis imperitaret ſecurius. [*Herodot. lib. 4. cap. 159. & lib. 2. cap. 161. Diodor. Sic. lib. 1.*]

3431 Amafiſ (Saites ille, à Platone in Timæo celebratus) ab Apria ad pacandos rebelles miſſus,  
rex ab eis efficitur. Patarbemi viro ſpectabili, ad Amafiſm revocandum miſſo, quod eum ſe-  
cum non adduxiſſet, Apria juſſu aures & naſus præciduntur. Cujus facti indignitate moti alii,  
ad Amafiſ partes tranſierunt. [*Herodot. lib. 2. cap. 162.*]

3432 b. Tyrus ſe in Nebuchadneſaris poteſtatem eradidit. Non enim vi fuiſſe à Chaldaïs captam,  
& prædæ expoſitam, ex [*Ezek. XXIX. 18, 19.*] colligitur; ſed certis potiùs conditionibus in-  
terpoſitis deditioe receptam. Unde pro rege Ithobalo (ϣϣϣϣ) ex eadem ſua gente Baal  
(ϣϣ) Regulus conſtitutus, per 10 annos Tyriis præfuit: ut ex Phanicum Annalibus, in libro  
primo contra Apionem, Joſephus confirmat.

c. Anno deportati Jechoniæ 27 menſis 1 die 1 (*April. 20. feria 3*) Deus Nebuchadneſari, ob  
diuturnam in Tyriis debellandis navatam ſibi operam, Aegyptum mercedis loco ſe daturum  
pollicetur. [*Ezek. XXIX. 17, 20.*]

Cyrus, quum 27 ferè annorum eſſet, ex ephebis excedens, juxta Perſarum inſtituta, virorum  
cenſui adſcriptus eſt. [*Xenoph. Inſtitut. Cyri. lib. 1.*]

Nebuchadneſar, Aegyptiæ ſeditionis occasione captata, & ab Amafiſ etiam fortalſe ad  
ſubigendum Apriam invitatus, in Aegyptum cum exercitu inſavit.

3433 Nebuchadneſar Agypto potitus, à Syene uſque in terminum, tum Aegyptiorum tum Judæo-  
rum inter illos habitantium, alios gladio cæcidit, alios abduxit captivos: juxta prophetias  
[*Jerem. c. XLIII. XLIV. XLVI. & Ezek. XXIX. XXX. XXXI.*]

In Thebaidem pulſo Pharaone Hophra ſive Apria, reliquæ Agypto Amafiſm Nebuchadneſar  
Proregem præfecit: licet Herodotus iſta ignoraverit. *Sacerdotes enim Agyptii, qui  
ei ſciſcitanti de rebus Agyptiacis reſpondebant, ea, que ad laudem gentis faciebant, tantum  
docuerunt; cætera, que ad illorum ignaviam, ſervitutem, & tributa, que Chaldaïs pendebant,  
tacuerunt: ut, in notis ad fragmenta, recte obſervavit Joſ. Scaliger.*

3434 Nebuchadneſar, finitis expeditionibus bellicis, Babylonem reverſus; dum quietus eſſet in do-  
mo & florens in palatio ſuo, ſomnium illud de arbore mirabili excindenda habuit; cujus inter-  
pretationem, à Chaldaïs ſuis fruſtra quaſitam, Daniel illi aperuit. [*Dan. IV.*]

Babylonem magnifice inſtauravit Nebuchadneſar; extra urbem veterem, novam aliam con-  
ſtruens, triplicique muro lateritio & hanc & illam circumdans; addito quoque, in gratiam  
Medicæ ſuæ conjugis (Amyitis filia; Altyagis; de qua ad ann. Mundi 3578.) penſili illo Horto  
celebratiſſimo de quo Berofus, *κατεκλιμασεν τοι χαλοουδον κρημασιν παρδαισεν, δια το τω γλυκω αυτου  
επιδουωι οντας ηγδιστοι, δε τειραμυδου ε τω κη τω Μυθιασ τωτοι, & Q. Curtius: Syria Regem  
Babylone regnantem hoc opus eſſe molitum memoria proditum eſt, amore conjugis victum; qua  
deſiderio nemorum ſilvarumque in campeſtribus locis, virum compulſit Natura genium ameni-  
tate hujus operis imitari.* Sed de hiſce magnificentiſſimis ſtructuris Berofus & Abydeni fragmenta  
conſulenda ſunt: quorum prior Græcos quoque, miranda iſta Nebuchadneſaris opera Semira-  
midi tribuentes, coarguit, (Joſepho, lib. 1. contra Apionem, referente;) poſterior mœnia illa,  
quæ ad Macedonum imperium duraverunt, portis æncis inſtructa, (inter Orbis miracula con-  
numerata) Nebuchadneſaris opus fuiſſe aſſertit. (ut apud Eufebium, lib. 9. Præparat. Evangelic.  
capite ultimo, legitur.) Clitarchus vero, & qui cum Alexandro in Aſiam trajecerunt, mœnium  
ambitum CCCLXV. ſtadiorum, juxta dierum anni numerum, fuiſſe ſcripſerunt. (*Diodor. Sic.  
lib. 1.*) ſingulorumque ſtadiorum ſtructuram ſingulis diebus perfectam fuiſſe, memoriæ pro-  
ditum eſt. (*Q. Curt. lib. 5. cap. 4.*) quanquam quindecim dierum ſpatio tantum opus confe-  
ctum fuiſſe, Berofus & Abydenus tradiderunt.



Anno Mundi.	Anno Periodi Julianæ.	Annos ætatis Christi.
5435	4145	569
<p>Exactis à viso somnio mensibus 12 Nebuchadnesar, structurarum suarum magnificentiam jactans, mente alienatus &amp; à suis depulsus, per septennium ferinam cum bestiis vitam egit. [ <i>Daniel. IV. 32, 33.</i> ]                  Apries, qui &amp; Pharaos Hophra, conductis auxiliatorum ex Ionibus &amp; Caribus triginta milibus, ad urbem Memphim cum Amasi congressus est. Sed prælio fugatus &amp; captus, asservatusque in urbe Saitana, demum strangulatus est; juxta prophetiam Jeremiæ XLIV. 30. [ <i>Herodot. lib. 2. cap. 163. &amp; 169. Diodor. Sicul. lib. 1.</i> ]                  Post ejus mortem 44 annos regnavit Amasis: ut in libro III. ca. 10. refert Horodotus: sed (quod Sacerdotes Ægyptii illum celarunt) Babylonio vectigalis.</p>		
5442	4151	563
<p>a. Jubilæus XVIII.                  Nebuchadnesar post 7 annos, agnita demum Dei potentia, sanitati &amp; regno suo restitutus, beneficium erga se &amp; gloriam Dei apud omnes gentes, edito programme promulgat. [ <i>Dan. IV.</i> ]                  b. Idem, de clade Babylonis à Cyro inferenda, vaticinatus, ut ex Chaldæorum relatione narrat Abydenus, (apud Eusebium, libro 9. Præparat. Evangeliæ. cap. ult.) statim obiit: postquam annis 43. solus, &amp; ad vicissimum circiter mensē simul cum patre regnavisset.                  Successit illi Evilmerodachus filius, anno à deportatione Jehojacini, sive Jechoniae regis Judæ 379. circa mensis 12 diem 25 ( <i>April. 15. fer. 3.</i> ) quo de eodem Jechonia è carcere liberando mandatum dedit [ <i>Jerem. LII. 31.</i> ] Unde, post biduum, ejusdem videlicet mensis die 27 ( <i>Aprilis 17</i> ) mutatis vestimentis carceris sui, cæteris Principibus in aula Babylonica degentibus prælatus, &amp; in amicis Imperatoris habitus, coram illo jugiter stabat, omnibus diebus vitæ suæ. [ <i>II. Reg. XXV. 27, 28, 29.</i> ]                  In Lydia Cræsus, mortuo patre Halyatte, regnavit annis 14. [ <i>Herodot. lib. 1. cap. 86.</i> ]                  Post regem Baalem, Tyro à Babylonio præfecti sunt Judices: quorum primus, Ecnibalus Balthi filius ( <i>עכנאל בן בלתי</i> ) Scalligero) mensibus 3; deinde Chelbes Abdæi filius ( <i>חלביש בן אבדאי</i> ) 10. præfuit mensibus: ut, ex Phœnicum Annalibus, in primo contra Apionem libro, prodit Josephus.</p>		
5443	4153	561
<p>Abbarus ( <i>אבאר</i> ) summus Pontifex Tyrius mensibus 3 judicavit; atque post eum Myrtonus &amp; Gerestratus Abdelini FF. ( <i>גרוטור בני עבר-אליה מנת-גרוט</i> ) annis 6. [ <i>Ibid.</i> ]                  Ad Cræsum tum cæteri omnes è Græcia sophistæ Sardes confluxerunt, tum Atheniensium legislator Solon; qui celebre illud de vitæ hujus incertitudine &amp; hominis felicitate cum eo colloquium habuit. [ <i>Herodot. lib. 1. à cap. 28. ad 33.</i> ] Fertur ad Cræsum epistolum Solonis ( in fine vitæ illius, apud Diogenem Laërtium ) in quo accessit ab illo se significat, Athenis jam rerum potito Pisistrato.                  Ælopus Phryx, nominatissimus ille fabularum conditor, quem eodem tempore Sardes accitum Cræsus in honore habebat, Solonis illiberaliter ab illo propter <i>μηπίνοια</i> dimissi vicem dolens, &amp; cum Regibus agendum monens <i>ὅς ἴνασι ἢ ὅς ἴδικα</i> aut nequaquam aut quam jucundissimè <i>ὅς ἴνασι ἢ ὅς ἴδικα</i>, aut nequaquam aut quam optimè cum eis agendum à Solone responsum accepit. [ <i>Plutarch. in Solone.</i> ]                  Ælopus Sardibus Delphos profectus, injustè ibi damnatus è rupe Phœdriade præcipitatur, circa Olympiadem LIV, ut apud Suidam legitur: sub finem videlicet Olympiæ illius Terraëteridis; si superiora rectè constituta sunt tempora. Cujus cædis penas, ab oraculo Delphico sæpius indictas Iadmon postea sumpsit; Iadmonis illius Samii ex filio nepos, cui Ælopus, una cum Rhodope Thracia meretrice illa famosissima, prius servierat, [ <i>Herodot. lib. 2. cap. 134.</i> ]                  Solon à Cræso in Ciliciam profectus, urbem condidit, atque ex suo nomine Solos appellavit: in qua Atheniensium aliquot statuit, qui tractu temporis, quam patriam linguam corrupissent, <i>εὐδαιμόνιον</i> dicti sunt. Hæc, in Solonis Vita, Diogenes Laërtius: quæ tamen ad <i>Solios</i> Cypri, non ad <i>Solenes</i> Ciliciæ spectare, ex ipsius Solonis ad Philocyprum regem elegis apparet, à Plutarcho in ejusdem Vita recitatis, ubi &amp; ille docet, Cyprium hunc regulum, Solonis ope &amp; consilio hic usum, exiguum oppidum <i>Aspeam</i> prius dictum, in subjectum campum habitationi longè commodiorem transfuisse, &amp; in Solonia honorem <i>Solos</i> denominasse.                  Post abitum Solonis Cræsus, qui seipsum omnium hominum beatissimum arbitratus fuerat, quæ de rerum humanarum incertitudine molestè atque iracundè ab illo audierat, nimis vera fuisse, propria edoctus experientia didicit. Statim enim ei quiescenti somnium est oblatum, Atym filium, ferrea trajectum cuspidè, interimendum fore significans. Quem casum dum ille omni cura prævertere conaretur, &amp; nuptias filii in manibus haberet: Phryx regii generis Adrastus, ob fratrem à se imprudenter interfectum, à patre Mida Gordii filio ( qui alius fuit ab antiquo illo Mida Gordii filio, Phrygum rege; cujus tumulo ab Homero inscriptum carmen Herodotus in Poëtae vita recitat ) ejectus, ut à Cræso expiaretur, Sardes venit. Cui expiato filii ille tutelam commisit, à Mysia ad opprimendum ingentis magnitudinis aprum acciti, qui Olympi montis culta, crebra cum agrèstium strage, pervastabat. Adrastus, vibrata in feram lancea, cuspidè illius Atym imprudens percussit: &amp; fortuita cædis venia à patre obtrata, super interempti tumulum se transfodit. Cræsus, filio orbatus, ingenti in luctu duos annos egit: quem de Cyri ( qui ipsum regnum illi postea eripuit ) oriente potentia sollicitudo demum terminavit. [ <i>Herodot. lib. 1. à cap. 34. ad 46.</i> ] De quo videnda etiam Excerpta ex Diodoro Siculo, ab Henr. Valeſio edita. ( pag. 238. ) &amp; Valer. Maxim. lib. 1. cap. 7.</p>		



3444 c. Evilmerodachus rex Babylonie: propter iniquitates & libidines passus infidias; à marito fororis suæ Neriglifforo peremptus est; quum paulo plus quam duobus regnasset annis: ut docet Berofus, in tertio rerum Chaldaicarum libro, à Josepho citatus, lib. 1. contra Apion. Cumque ab eo stipendium diarium accepisset legatur Jechonia rex Judæ, usque ad diem mortis suæ, omnibus diebus vitæ suæ: (Jerem. LII. 34. II. Reg. XXV. 30.) circa hoc idem tempus Jechoniam quoque 57 annos natum, vita fuisse functum, verisimili admodum conjectura colligitur.

4154 560

Evilmerodacho succedens interfector ejus Neriglifforus, (נרגל-לצר) 4. regnavit annis. [Berof. *ibid.*]  
In regno quoque Mediæ, defuncto *Astyagi*, (Tobit. XIV. 17. *Affuero* dicto, filius ejus *Cyaxares* successit, matris Cyri frater: ut in libro 1. Institut. Cyri habet Xenophon, sub initium videlicet anni 1. Olympiadis LV; ante mortem Cyri annis 31. Danieli *Darius Medus*, *Affueri* filius dictus.

3445 Rex Babylonios, non subditos solum suos, sed etiam Cræsum Lydorum regem, una cum Cappadocibus, Phrygibus utrisque, Caribus, Paphlagonibus, Cilicibus, atque Indis, ad societatem belli contra Medos & Persas ineundam sollicitat: magnas eos gentes esse dicitans, & adfinitatibus mutuis devinctos; ac nisi maturè illis occurreretur, ordine singulas nationes oppressuros. Qua occasione, Cyrus à patre Cambyse & regni Senatoribus exercitus Perfici Imperator constitutus, cum 30000 militibus & *ἀμυνταῖς* ducibus mille, in Mediam mittitur: ut in primo Institutionis Cyri libro refert Xenophon. Ibi ab avunculo Cyaxare, qui cum accesserant, Medicarum etiam copiarum præfectura, & belli adversus Babylonium gerendi administratio committitur. A quo tempore, anni 30. principatus Cyri dinumerantur: ad finem tendente anno 1. Olympiadis LV. ad quem ex Diodori, Thalli, Castoris, Polybii, Phlegontis & cæterorum Chronographorum consensu, in tertio Annalium suorum libro, refert initium illius Julius Africanus, ab Eusebio in Evangelicæ Præparat. libro 10. laudatus.

4155 559

3446 Eodem tempore (vere nimirum, eundem ejusdem Olympiadis annum claudente) Solon Philyrocypro & Soliis suis valedicens, reditum in patriam meditabatur: ut ex illius elegis, à Plutarcho productis, intelligitur. Verùm morbo correptus, in Cypro octogenarius mortem obiit: ut scribit Laërtius. Athenis tum Archonte Hegestrato, secundo Pisistrati dominationis anno; ut ex Phania Ephesio Plutarchus refert.  
b. Anno à diruta urbe Hierosolymitana tricesimo, IV. libri *Esdrae* scriptor apocryphus colloquia cum angelo Uriele à se habita fuisse fingit. [IV. *Esdrae*. III. 1. IV. 1.] quum Dux populi esset Salathiel. (cap. V. 16.) utpote Jechonia rege jam defuncto.

4156 558

Cræsus adversus Cyrum se comparans, magnis missis donariis, de eventu Delphicum consultit oraculum; ante Sardinum expugnationem tribus annis. [*Herodot. lib. 1. cap. 53, 54, 55, 91.*]  
3447 Armenius, postquam sensit hostes in Cyaxarem parare, neque auxilium illi misit, neque tributum solvit: contra pacta conventa quæ ab Astyage bello superatus, cum Medis hac de re inierat. Hinc Cyrus, simulata venatione, Armenium invasit: eumque cum filio Tigrane superans, sub Medorum potestatem iterum redegit. Montes quoque inter Armenios & Chaldaeos interjectos cepit: ibique arce extracta, certis conditionibus pacem inter utramque gentem constituit. [*Xenoph. Institut. Cyri. lib. 3.*]

4157 557

3448 c. Cyaxares & Cyrus adversus Babylonium, Cræsum & reliquos fœderatos, exercitum ducunt; eosque prosternunt. In prælio rex Babylonius occiditur: Cræsus, cum reliquis, desertis castris, noctu fugiunt. Cyrus cum Hyrcaniis, qui à Babylonio ad eum defecerant, fœdere inito, eis doctoribus & adiutoribus usus hostes persequitur & denuò vincit. Cræsus mulieribus, quod æstas esset, noctu præmissis, ut frigore facilius iter facerent, cum equitatu à castris se subducit. Cappadocum regem, & Arabum Hyrcanii trucidant. Cyrus dedititiis & captivis parcens, prædam dividit. [*Id. lib. 3. & 4.*]

4158 556

Neriglifforo in imperio Babylónico filius ejus Laborosoarchodus, (לבר-דצר-בר) (improbitate quam ætate longe maturior) succedens mensibus 9. regnavit. [*Berof.*]

Balatorus (באלטור) Tyri, inter Judices, regnavit anno uno [*Phœnic. Annal.*]

Gobrias, cujus unicum filium novus ille Babyloniorm rex (tempore regnantis patris) intervenandum nefariè interemerat, ad Cyrum cum suis deficit. [*Xenoph. lib. 4.*]

Cyrum Babyloniorm fines invadit: & ad ipsam urbem Babyloniæ progressus, novo Regi duellum offert. Gadatas vir primarius, quem Rex iste zelotypia motus castraverat, ad Cyrum deficit. Babyloni, Gadatæ agrum invadentes, à Cyro profugantur. Cadusii verò, quibus extremi agminis custodia à Cyro fuerat commissa, eo inscio in regionem versus Babylonem sitam temerè excurrentes, à Rege Babylónico, ex urbe sua quò confugerat egresso, cæduntur. Eorum eadem ultus Cyrus, ut ex utraque parte deinceps cum agricolis pax esset, cum armatis bellum, pactum cum rege init. Deinde Babylonem prætervectus, & tribus hostium castellis receptis, ad Assyriorum Medorumque confinia, unde initium expeditionis fecerat, exercitum reduxit. Quò accersitus ab eo avunculus Cyaxares, in tabernaculo regis Assyrii (Nerigliffori occisi) honorificè excipitur; & hyemè iam adventante, de rebus ad continuandum bellum compatandis communi deliberatur consilio. [*Id. lib. 5. & 6. initio.*]

3449 b. Laborosoarchodum, Nebuchadnesaris ex filia nepotem ab amicis, eo quod morum ipsius improbitas nimis sese exsereret, interemptum excepit eisdem Nebuchadnesaris ex filio Evilme-

4159 555

rodacho

Anno Mundi.	<p>rodacho nepos; Berofus Nabonidus (לני-בני) Herodoro Labyrinthicus (לני-בני) Abydeno Nabonidochus, Danieli Prophetae Belshazar sive Baltasar dictus: cui 17 imperii annos tribuit in libro 3 Chaldaicae historiae Berofus, &amp; in Regum Canone Ptolemaeus.</p>	4161	553
1451	<p>Hujus anno 1, de quatuor bestis totidem regna significantibus, &amp; Deo imperium omne filio hominis tradente, Danieli somnium est oblatum. [Dan. VII. 1.] Mortuo Tyri regulo Balatoro, Babylone accitus Merbalus (מ-בעל) regnavit annos [Phenic. Annal.] Belshazaris anno tertio, Arietis &amp; Hirci visum, cladem imperio Persico ab Alexandro &amp; populo Dei ab Antiocho inferendam praesignificans, Danieli, quum esset Shushane in provincia Elami ad fluentem Vlais, est exhibitum. [Dan. VIII. 1, 2.] Circuit autem annis Eulans arcem Susorum, &amp; Susanam ab Elymaide (id est, Shushancho ab Elamitis, ut Ezra VI. utriusque provinciae incolae distinguuntur) determinat: quemadmodum in lib. 6. cap. 27. nos docet Plinius. Unde liquet, hoc tempore Susanam, non Medis aut Persis sed Babylonis (sub quibus tum vixit Daniel) subditam fuisse: ut supra ad ann. Mundi 3405. est annotatum.</p>	4161	553
533	<p>Sub postremo vero hoc Babyloniorum rege, muros, circa fluvium Babyloniae civitatis (à Nabuchadnesare tantum inchoatos) ex latere cocto &amp; bitumine fuisse constructos, in libro 3 Chaldaicae suae historiae narrat Berofus. (apud Josephum, lib. 1. contra Apion.) Hujus enim mater Nitocris, mulier solertissima, Medorum Babyloniae jam imminentium potentiam &amp; insidias verita, ut per anfractus fluvii remora fieret navigantibus, Euphratem qui rectus &amp; celer erat depressis fossis flexuosum lentumque effecit. Aggerem deinde mirae magnitudinis ad utramque fluminis ripam excitavit; &amp; supra urbem paludem ingentem effodit, in quam averso flumine fecatus est ejus alveus. Tum vero ripas intra urbem, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferebant muris lateritiis munivit, juxta moenium quae urbem ambiebant rationem. Extruxit item circa mediam ferè urbem pontem lapideo opere: atque his omnibus demùm perfectis, Euphratem ex palude in pristinum alveum revocavit. [Herodot. lib. 1. cap. 185, 186. 188.] Pontis hujus, qui domos regias in utraque fluminis ripa positas junxit, mirandam fabricam describens Philostratus, [in Vita Apollonii, lib. 1. cap. 18.] à regina ex Medorum gente nata extructum illum fuisse asserit. Unde, ut Nebuchadnesarem Amyium, ita &amp; filium ejus Evilmerodachum Nisooridem, Medici generis uxorem habuisse colligimus.</p>	4163	551
3433	<p>Merbalo mortuo, Tyriis à Babylonio praefectus est Hiromus (דודן) frater ejus: qui 20 regnavit annis. [Phenic. Annal.]</p>	4165	549
3435	<p>Darius Hystaspis filius natus est: paulo ante mortem Cyri annum ferè 20 aetatis agens; testante Herodoro lib. 1. cap. 309.</p>	4166	548
3436	<p>Cræsus, Babylonii &amp; confederatorum exercitus Imperator delectus, Halym fluvium qui Medorum &amp; Lydorum ditionem determinabat, Thaletis Milesii industria, sine ponte trajiciens in Capadociam pervenit: ibique urbem Pteriam expugnavit, cunctasque circa urbes cepit, Syros nihil commertis exterminans. Cappadoces enim à Græcis Syros nominatos, confirmat Herodotus. [lib. 1. cap. 72.] Cyrus, caduceatoribus prius ad Iones tentandos ut ad se à Cræso deficerent frustra missis, æquo matre cum Cræsi copiis confligit. Postero die Cræsus, quum Cyrus ipsum superederet invadere, Sardes regressus est: ubi per hyemen quiescere decreverat, &amp; initio statim veris tenderè adversus Persas. Auxiliarios igitur qui aderant dimisit, &amp; ad absentes socios (inter quos erant &amp; Lacedaemonii) caduceatores ablegavit: utrique edicens, uti ad quintum mensem Sardibus convenirent. Ita dissipato Cræsi exercitu, subito supervenit Cyrus cum suis. Quorum inopinato adventu ternitus Cræsus, Lydos tamen educit in praelium, equitatu maximè confusus. Ejus ut vim Cyrus eluderet, camelos equis ejus objecit: quorum odorem cum equi ferre non possent, aversi equites abducebant à praelio. At Lydi ex equis desiliunt, &amp; pedites cum Persis configunt; multique aliquandiu utrinque cadentibus, tandem vertuntur in fugam: quos infecuti Persae Sardes, post 14 dierum obsidionem, expugnavit. Cræsus incendio damnatus, Solonis nomine ter in clamato, (cujus de rerum humanarum inconstantia sermonem prius contemplerat) à Cyro liberatus est, &amp; à consiliis deinceps habitus. Cyrus Abardate Susorum regis, qui à Babylonio ad ipsum deficiens in pugna interemptus est &amp; Panthææ quae super mariti cadaver se jugulavit, funus curat, &amp; ingenti appposito monumento decorat. Herodot. lib. 1. à cap. 75. ad 90. cum Xenoph. Institut. lib. 7. Diodori Excerptis ab Hen. Valesio edit. pag. 241. Plutarch. in Solone, Polyen. Stratagem. lib. 7. in Cyro &amp; Cræso, &amp; Solino in Polybistor. cap. 1. ubi, Olympiade octava &amp; quinquagesima victorem Cyrum intrasse Sardes, scribit, anno nimirum illius primo ut habet etiam Eusebius in Chronico.</p>	4166	548
555	<p>Cræsus, vinculis suis Delphos missis, per oracula se delusum frustra conqueritur. [Herodot. lib. 1. cap. 90, 91.] Ionas &amp; Aeolus, volentes iisdem conditionibus stare quibus Cræso fuerant subjecti, Cyrus repulit: solis Milesii hoc concessit, qui sibi metuentes prius cum eo foedus pepigerant. [Id. ibid. cap. 141, 143, 169.] Reliqui moenibus suis communitis, Pythemonem Phocensem cum aliis legatis ad Lacedaemonios mittunt, ut auxilium ab illis rogarent. Quod licet illi recusassent, per Lacrinem tamen Cyro denunciarunt, ne ulli Græciae civitati damnum inferret; utpotè se id minime toleraturis. Qui se deinceps operam daturum respondit, ut Græcis, non Ionum, sed propria sua incommoda essent deploranda. [Ibid. cap. 141, 152, 153.]</p>	Thales	

Thales Mileſius Ionibus conſulit, ut unam communem Cutiam in Teo haberent; quæ in media erat Ionia. [*Iſid. cap. 170.*]

3 4 5 7 Cyro Sardibus manente, machinaſque fabricante & arietes, ut eorum qui parere nollent mœnia ſolo æquaret; ejus opem Cares implorant, ut civile inter eos bellum ortum componeret. Is Aduſium Perſam cum exercitu ad eos mittit; perlibenter in ea expeditione Cilicibus & Cypriis ejus ſigna ſequentibus. Aduſius Carum controverſiam ita componit; ut in utriuſque tamen partis arcibus milites præſidiarios relinqueret. [*Xenoph. Inſtitut. lib. 7.*]

Olympiade LVIII. (ad finem primo illius anno tendente) *Thales Mileſius* defunctus eſt; quemadmodum ex Soherate refert Laërtius: & *Anaximander Mileſius* obliquitatem Signiferi primus obſervavit; ut ex aliis à Plinio habetur traditum, libro 1. cap. 8. licet præceptoti ipſius Thaleti eam non fuiſſe incognitam, rectius Plutarchus nos docuerit libro ſecundo de placitis Philoſophorum, cap. 12. Ipſum verò Anaximandrum, ejuſdem hujus Olympiadis anno ſecundo ætatis annum 64 egiſſe, ac paulo poſt obiſſe diem ex Apollodori Athenienſis Chronicis refert Laërtius: de inventis ejus Mathematicis, ex Phavorini hiſtoria, præterea addens. Εἶπε δὲ ὅτι πρῶτος εὗρετο, ὃ ἔκονεν ἐπὶ τῶν ἀκρότητων ἐν Λακωνικῶν καὶ Σαρδίων καὶ Περσῶν ἐν ταῖς ναυσιπλοῖαις. ἔργον δὲ τὸ ἐπινοῦναι ἐπινοῦναι τὰ ἀεὶ ἀκίνητα καὶ ἀμεταβάτα. Primus gnomonem invenit, eumque Lacedamone in loco captandæ umbræ idoneo conſtituit; quemadmodum Phavorinus ait in *Variæ hiſtoria. Horoſcopia quoque fabricatus eſt, quæ ſolſtitia & æquinoctia oſtenderent*. Ita enim diſtinguendus videtur Gnomon, ſive umbilicus horarius, ab Horoſcopiis quibus æquinoctia & tropæ indicantur. Quanquam gnomonis & horologii inventionem non illi, ſed Anaximeni ejuſdiſcipulo & municipi attribuit Plinius, libro 2. cap. 76. ita ſcribens. *Vnbraſum hanc rationem. & quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus: primuſque Horologium quod appellant ſciothericum Lacedamone oſtendit*. Vid. ſupra ann. Mund. 3291.

Anaximandro igitur in ſchola ſucceſſit Anaximenes Mileſius, Euryſtrati filius: ut in primo Stromatum libro docet Alexandrinus Clemens. Pythagoras verò (præceptoribus ſuis, Thalete & Anaximandro, jam defunctis) in Ægyptum, uti Thales illi ſuaſerat, commigravit: per epiſtolam (ut refert in vita illius Laërtius) a Polycrate Samiorum tyranno commendatus *Amasidi*; quem *Semneſtertem* appellatſe videtur Ægyptii. Eo enim regnante, Pythagoram in Ægypto fuiſſe, in libri 36. cap. 9. notat Plinius. Ibi verò annos omnino XXII. cum Sacerdotibus verſatus, Aſtronomiæ & Geometriæ operam dedit, cunctiſque eorum ſacris initiatus eſt. [*Lamblich. Vit. Pythagor. cap. 3, & 4.*] Ea enim de cauſa & circumſiſtus eſt, ut ad adyta admiffus, myſticam Ægyptiorum addiſceret philoſophiam: in quo ſtudio Sonchidis Ægyptii archiprophe-tæ opera præcipuè uſus eſt. [*Clem. Alex. lib. 1. Strom.*] Sonchidis Saitæ, ni fallor, cujuſ & Solonem conſuetudine prius fuiſſe uſum, narrat in ejus Vita Plutarchus. Ab Ægyptiis quoque *μυθολογίαν*, ſive animalium in quodvis animal transfmigrationem, illum didiciſſe, ſub libri primi ſinem Siculus refert Diodorus. Et *literis gentis ejus aſſuefactus, præteriti ævi ſacerdotum commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſeculorum obſervationes cognovit*: inquit Valerius Maximus, lib. 8. cap. 7.

3 4 5 8 Hyſtaſpes & Aduſius, conjunctis exercitibus, Phrygiam Hellesponto finitimam, capto illius rege, in Cyri poteſtatem redigunt. *Xenoph. Inſtitut. lib. 7.*

Cyrus, Sardes Tabalo Perſæ committens, Cræſi cæterorumque Lydorum theſaurum Paçtyæ Lydo deferendum tradens, verſus Ecbatana contendit, Cræſum una ſecum ducens: Ionum interim non magna ratione habita. Verùm ſimulatque Cyrus Sardibus eſt profectus, Paçtyas Lydos ad deſcendendum à Tabalo & Cyro impulit, & theſauro quem habebat auxiliariis conductis, Tabalum in arce undique concluſum obſedit. Cyrus hæc ex itinere intelligens, conſilio cum Cræſo habito, Mazarem Medum cum parte exercitus remiſit: qui Lydis arma ademit, & ad molliorem vitæ rationem traduxit, [*Herodot. lib. 1. à cap. 153. ad 157.*] Et ſic gens induſtria quondam, potens, & manu ſtrenua; effeminata mollicie luxuriaque, virtutem priſtinam perdidit. [*Juſtin ex Trogo, lib. 1. cap. 7.*]

3 4 5 9 Mazares Paçtyam à Cumæis, ad quos ille territus confugerat, repoſcit. Hi, multum renitente Ariſtodico Heraclidis filio viro inter eos clariffimo, ex oraculo apud Branchidas reſponſum acceperunt, ſupplicem eſſe dedendum. Et quum neque Perſis illum tradere vellent interimendum, neque eundem penes ſe detinendo Cyrum ad civitatis ſuæ expugnationem excitare; hominem in Mitylenam ablegant. Mitylenæis deinde eum tradere volentibus, Cumæi miſſo ad Leſbum navigio deportandum in Chium curarunt. Inde verò ex Minervæ templo violenter raptus, à Chiis redditur: Atarneo, Myſiæ loco è regione Leſbi ſito, pro mercede accepto. [*Herodot. lib. 1. à cap. 157. ad 160.*] quanquam Mitylenæos & Chios eo argumento excuſare conetur Plutarchus, in libro de malignitate Herodoti, quod eo antiquior hiſtoricus Charo Lamplacenus, ſimpliciter ita rem factam narret. *Paçtyes, audito exercitum Perſicum appropinquare, profugit primo à Mitylenam; deinde in Chium: eumque cepit Cyrus.*

Recepto Paçtya, Mazares mox in illos caſtra promovit, qui una cum Paçtya Tabalum oppugnarent: & partim Prienenſes ſubegit, partim Mæandri campum incurſavit, eumque cum Magnesia in prædam ſuis militibus expoſuit. [*Herodot. lib. 1. cap. 161.*]

3 4 6 1 Harpagus, qui apud Cyrum primi loci habebatur, adverſus Ioniam dimicavit: ut in Eufebii Chronico, ad annum 2. Olympiadis LIX. notatum habetur. Mazare enim ex morbo vita functo, *Harpagus* Medus (quem *Harpalum* alii per errorem nominant) Dux à Cyro conſtitutus

Anno  
Mundi.

Anno  
Periodi  
Julianæ.

Anno  
te mram  
Christi.

est: qui simulatque in Ioniam venit, urbes, ductis circa mœnia aggeribus, expugnauit; sicque Phocæa prima Ionum ciuitate potitus est. [*Herodot. lib. 1. cap. 152.*]

Phocæenses urbe sua Persis relicta, cum conjugibus & liberis in Chium trajecerunt: unde Phocæam iterum diuertentes, præsidis Persarum quæ Harpagus ibi reliquerat trucidatis, ex Oenosis insulis in Cyrum sive Corsicam, ubi ante annos 20. ciuitatem Alaliam condiderant, navigarunt. Hic per quinquennium commorati, cum omnem viciniam armis infestarent, Tyrreni & Carthaginienses 60. navibus instructi contra totidem Phocæensium depugnarunt. Ibi Phocæenses eruenta potiti victoria, 40. navibus amissis, Rhegium demigrarunt, & ciuitatem Hyclam sive Veliam in agro Oenotriæ condiderunt. [*Id. ibid. cap. 164. & 167.*] Phocæenses, qui Massiliam condiderunt, mari Carthaginienses deuicisse, in libro primo Historiæ suæ confirmat Thucidides. Partem enim eorum Veliam, partem Massiliam condidisse, Romæ regnante Seruio Tullio, post annum ampliùs sexcentessimum quam Æneas in Italiam venit; Hyginus testatur, ab A. Gellio citatus, lib. 10. Noct. Attic. cap. 6. Eiusdemque Massiliensis colonie meminit Iſocrates in Archidamo. *Vid. supra, ann. Mund. 3404.*

Similiter & Teii, simulatque aggerum beneficio eos cepisset Harpagus, omnes conscensu navibus trajecerunt in Thraciam: ibidemque urbem condiderunt Abderam, cujus fundamenta priùs Timæsius Clazomenius jecerat. (ut supra ad ann. Mund. 3349. est notatum.) Reliqui uerò Iones omnes, præter Milesios qui jam Cyro fœdere astricti fuerant, superati tandem accesserunt Harpago; & in patria remanentes, ea quæ imperabantur subibant. [*Herodot. lib. 1. cap. 168. 169.*] Iisdem tamen, etiamsi afflictis, nihilominus sese ad Panionium recipientibus Bias Priænaus (inter septem Sapientes præcipuus) consuluisse dicitur, sed frustra; ut communi classe solventes, Sardiniam peterent, & ibi unam ciuitatem omnium Ionum construerent. Hoc enim pacto eos seruitute liberatos feliciter esse victuros. [*Ibid. cap. 170.*]

3464 c. Cyrus, quum continentem uniuersam subegisset, Assyriis bellum intulit; aduersus Labyntum (sive Nabonidum) eorum regem ducens exercitum. [*Herodot. lib. 1. cap. 178 & 188.*] rumore ea de re ad Babylonios perueniente, altero ante obsessam Urbem anno. [*Jerem. LI. 46.*] Cyrus enim Babylonem jam tendens ubi venit ad Gyndem annem, qui influit in Tigridem, nauigiis destitutus, trajicere eum non poterat. Interim equorum candidorum unus, qui sacri illis erant, fluvium ingressus, vorticibus ejus absorptus est: Quod ægerimè ferens Cyrus, expeditione in Babylonem internissa, fluvium in 360. alueos deduxit: ut vel à mulieribus (quod comminatus fuerat) transiri posset, ne genua quidem tingentibus. Atque in eo opere perficiendo, tota æstas est absumpta. [*Herodot. lib. 1. cap. 189, 190. & 202. cum lib. 5. cap. 52.*]

4174 540

3465 b. Sequenti vere Cyrus, conjunctis Medorum & Persarum gentiumque fœderatarum copiis, Babylonem perrexit: ubi prælio inter duos dominatores (Cyrum & Belshazarem sive Nabonidum) commissio, Chaldei prælio fusi ad Urbem confugerunt, & obsidionem passi sunt. [*Herodot. lib. 1. cap. 190. cum Jerem. LI. 27, 28, & 30.*] quam illi tamen contemplerunt: tum quod eis commeatus esset copiosior quam in annos 20, tum quod de Cyri exercitu plurimos animis erga se magis esse beneuolis arbitrarentur quam erga Persas. [*Herodot. ibid. Xenoph. Institut. lib. 7.*]

4175 539

Cyrus à suis fossam latissimam profundissimamque circa Urbis murum undique agendam curauit, terra versus seipso adgesta; & multas turres exstruendas, ut quamplurima essent excubiatarum loca: diuisoque in partes duodecim exercitu, ut pars quælibet unum anni mensem in excubiis esset, mandauit. [*Xenoph. ibid.*]

3466 b. Cyrus quum jam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, à flumine ad ingentem illam paludem, quam (latitudine quoquo versus 320. vel 420. stadiorum) regis hujus Babylonii mater Nitocris nuper defoderat, fossam duxit: deinde & hujus & alterius circa Urbis murum ab eo ductæ fossæ ostia aperiens, aqua fluminis eo derivata, pristinum ejus alueum (duorum stadiorum latitudine per urbem tendentem) hominibus peruium reddidit. [*Herodot. lib. 1. cap. 1. cap. 190, 191. Xenoph. Instit. lib. 7. cum Jerem. 38. & LI. 32, 36.*]

4176 538

Per fluvium jam vadusum Cyrus cum exercitu transiens, obseratis omnibus quæ ad flumen ferebant portulis conscensisque septis, Urbem invasit, quum die festo agerentur conviua. [*Id. ibid. cum Jerem. LI. 39, 57.*] Tantaque urbis erat magnitudo, ut (quemadmodum narrabant accolæ) quum capti jam essent qui extremas urbis partes incolabant, ii qui mediam habitabant urbem id non animadverterent. [*Herodot. lib. 1. cap. 191.*] Quo spectant & illa Prophetæ, [*Jerem. LI. 31.*] *Cursor obviam cursori curret, & nuncijs obviam nuncio: ad indicandum Regi Babylonia, captam esse ciuitatem ejus ab extremitate.*

Eo tempore Belshazar (qui & Nabonidus & Labyntus) epulo magnificentissimo proceres excepturus, vasa domus Dei, quæ Nebuchadnesar ipsius pater (sive avus: fuisse enim filium filii ejus, ex *Jerem. XXVII. 7.* colligitur) Hierosolymis exportauerat, ad idolorum suorum gloriam verique Dei contumeliam producit. Deus, immissa manu, de annorum imperio Babylonico præfinitorum numeratione ejusdemque appensi & justo longè leuioris inventi ad Medos ac Persas translatione, impendens iudicium in tectorio parietis ante oculos omnium describit. Chaldæis scriptionem legere nescientibus, Regina motu accersitus Daniel eam legit & interpretatur: qui propositum à rege præmium accipiens, tertius in regno futurus proclamatur. [*Dan. V.*] Cum autem uxores Belshazeris convivio aduisset, (*vers. 2. & 3.*) Regina

verò postea supervenisse (*vers. 10.*) dicatur; Regina mater hæc fuisse intelligitur, illa videlicet Nitocris; quam postremi hujus Assyriorum sive Chaldeorum regis matrem fuisse, ex Herodoto jam audivimus.

Eadem qua convivium celebratum est nocte, interfectus est Belshazar Rex Chaldeorum: [*Dan. 5. 30.*] à Gobryæ & Gadatæ militibus. [*Xenoph. Instit. lib. 7.*] Atque ita Babylonicum imperium est destructum (prout ab *Esaia, cap. XIII. XIV. XXI. XLIII. XLVI. XLVII. Habakkuko, cap. II. & Jeremia, cap. XXV. I. LI.* fuerat prædictum) atque ad victores Medos & Persas translatum. [*Dan. V. 21. cum VI. 8, 12, 15.*]

Darius Medus Assueri, sive Cyaxares Atyagis filius, Chaldeorum imperium à victore Cyro Persa sibi traditum accepit. [*Dan. V. 31. & IX. 1.*] Cui & domum & palatia Babylone Cyrus seposuerat; ut si eo veniret, tanquam in sua posset divertere. [*Xenoph. Instit. lib. 8.*] Eumque, primo hoc imperii sui anno, Angelus confirmasse & roborasse dicitur. [*Dan. XI. 1.*] Imperavit autem annis duobus.

Cyrus, rebus Babylone compositis, per Medorum regionem in Persidem ad Patrem Cambysem & matrem, adhuc viventes, profectus est: indeque in Mediam reversus, unicam filiam & hæredem Cyaxaris in matrimonium duxit, dotis nomine universæ Mediæ hereditate accepta; nuptiisque celebratis, mox cum ea discessit. Quumque esset Babylone, ad nationes in ditionem redactas milit Satrapas, in Arabiam, Megabyzum, in Phrygiam majorem, Artacaman; in Lydiam & Ioniam, Chryfantam, in Cariam Adusum; in Phrygiam Helleponticam & Æolidem, Pharnuchum, Ciliciæ verò, & Cypro, & Paphlagonibus Satrapas Persicos nullos misit; quod ultro visi essent adversus Babylonem illius signa sequuti. Sed tamen his etiam tributa indixit adferenda. [*Xenoph. Instit. lib. 8.*]

Regiones, Medicarum quibus præfectus fuerat copiarum opera subactas, ad Cyaxaris ditionem se adjecisse, professus est Cyrus: [*apud Xenophont. lib. 5.*] ideoque ejus consilio in superiori illo congressu adhibito, Satrapiarum eam distributionem, illum instituisse, ut credamus par est. Ut enim de Cyro Xenophon; (*lib. 8.*) *Εδοξα αυτην συρρατας οδου μεταξεν εμι τα αυτοκρατορεια εδρα, Visum est ei Satrapas jam misere ad subaltas nationes: ita propheta Daniel (Babylone ut videtur, hoc tempore cum Cyro in Mediam profectus) de Cyaxare. Visum est Dario præficere regno Satrapas contum viginti, qui essent in toto regno. [Dan. VI. 1.] Super istos autem Satrapas Eparchos tres constituit, quorum summus erat ipse Daniel. Unde stimulati invidia cæteri, edictum à Rege obtinuerunt, ut illi soli per dies 30. supplicaretur. Cui quum non paruisset Daniel, in foveam leonum conjectus incolumis inde eductus est. Darius vero accusatores leonibus objiciens, decretum de reverentia Deo Danielis præstanda in universo regno suo promulgavit. [Dan. VI.]*

3467 a. Sub finem primi anni imperii Darii Medii (ab eversa Babylonica monarchia deducti) inire annus 70 servitutis Babylonicæ, sub Jehojakimo, anno 1. Nebuchadnesaris cæptæ: illorum postremus, qui calamitati huic præfinitus fuerant, in prophetia illa [*Jeremia XXIX. 10.*] *Sic dicit Dominus. Cum cæperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos & præstabo erga vos verbum illud meum optimum, reducendo vos in locum hunc, &c. Quum invocaveritis me ut abeat, & oraveritis me; tum exaudiam vos.* Qua temporis jam imminentis consideratione incitatus Daniel, remissionem peccatorum, & suorum & popularium, promissamque captivitatis solutionem ardentissimis precibus à Deo flagitat. Cui angelus Gabriel non de hoc solum responsum affert, sed etiam de spiritali Ecclesiæ liberatione, Messie morte demum procuranda; nobilissimo illo LXX. septimanarum edito vaticinio. [*Dan. IX. 1, 2, &c.*]

Cyrus, anno postquam Babylonem cum conjugè venit exacto, exercitum Babylonem coegit: in quo, ad centum viginti equitum millia, currus falcatos bis mille, peditum millia secenta, habuisse proditur. Quo adparatu facto, expeditionem illam suscepit, qua nationes universas sibi subjecisse dicitur, quæ à Syria ad mare rubrum usque sedes suas habent. [*Xenoph. Instit. lib. 8.*]

3468 a. Cyrus, Cambyse patre in Persia & Cyaxare socero in Media vita functis, Orientis monarchia potitus est: à qua & *apud* illius annos septem, in *novis* ipsius dinumerat Xenophon; & primum illius annum, ex ipsis Medorum & Persarum archivis, sacra deducit Scriptura. Hoc enim anno promulgatum esse docet Edictum illud celebre, cujus initium. *Sic ait Cyrus rex Persidis: Omnia regna terre tradidit mihi Jehova Deus caeli quo, exactis jam LXX. annis servitutis Babylonicæ à Jeremia prædictis, juxta vaticinium ab Esaia de eo nominatim editum, [cap. XLIV. 28. & XLV. 13.]* Judæis universo regno suo versantibus in patriam revertendi potestatem concessit, & reduces Templum Deo Hierosolymis reedificare jussit; structuræ etiam modulo præscripto, vel concessio potius, (si enim observatus ille fuisset, longè amplior futura fuisset hæc domus, quam prior illa Salomonis; contra Hagg. II. 3.) impensis è domo regia ministratis, & instrumentis domus Dei quæ Nebuchadnesar abstulerat restituit. [*II. Chron. XXXVI. 22, 23. Ezr. I. 1, 2, 7. V. 13, 14. & VI. 2, 5.*]

Judæorum reducum principem, sive legatum regium, Cyrus constituit Sesbafarem: cui & ejus jussu Mithridates præfectus ærario vasa sacra tradidit; Hierosolymam perferenda, & in Templo collocanda. [*Ezr. I. 7, 11. & V. 14, 15.*] Chaldaico vero sive antico nomine *Sesbafar* dictus fuisse putatur, qui Hebraico *Zerubbabel*: ex [*Ezr. III. 8, 10. collat. cum V. 16.*]

Anno  
Mundi.

c. Judæi in patriam reditum instituunt. Pauperiores imperatis subsidiiis iuvantur. [Ezr. I. 5, 6.] Numerus filiorum provincie) five extorrium Hebræorum, in Chaldaea genitorum) cum præside Zerubbabele Shealthielis filio, & summo sacerdote Jesu five Josua Josadaki filio, redeuntium fuit 42360. præter profelytos servos & ancillas, numero 7337. [Ezr. II. 1, -65. Nehem. VII. 6, -67. & XII. 1, -9.] Numeri quidem singulares, in Ezræ catalogo summam tantum conficiunt 29810. in Nehemiæ, 31031. quarum utraque minor est summa illa universali 42360, quæ in utroque pariter catalogo *universa congregationis* fuisse dicitur. [Ezr. II. 64. Nehem. VII. 66.] Eos vero qui ad complendam illam summam desiderantur, quærendos esse *in iis qui ascenderunt de reliquis tribubus*, in Chronici sui majoris cap. 29. Hebræi significant. Superfuerunt enim usque ad extremum Reipublicæ Judaicæ excidium, cæterarum etiam decem tribuum reliquiæ; [Act. XXVI. 7.] non solum in *diacopiâ*, [Jacob. I. 1.] & Hierosolymis [I. Chron. XI. 3. Luc. II. 36.] & reliquis civitatibus Judæ: [II. Chron. XI. 16. cum XXXI. 6.] sed in propriis etiam sedibus. Neque enim integras regni Israëliti tribus Salmanaçar abduxerat (ut ad annum Mund. 3327. ex Josiæ historia ostendimus) sed aliquantam earum partem in terra sua reliquit, à Nebuchadnezare postea simul cum Judæis, Benjaminitis & Levitis in Babyloniâ deportatam, & à Cyro inde dimissam. Indèque captivitate soluta, ut primo anno Cyri *omnes Israëlita* habitavisse dicuntur in civitatibus suis: [Ezr. II. 70.] ita & sexto Darii iidem Templi encenia celebravisse memorantur, oblati *pro peccato totius Israëlitis hircis duodecim juxta numerum tribuum Israëlitis*. [Ezr. VI. 16, 17.] & Christo Evangelium in Galilæa prædicante. [Matth. VI. 14.] impleta fuisse dicitur Esaiæ propheta, de populo terræ *Zabulonis & Nephtali* vidente lucem magnam.

Primores paternarum familiarum Hierosolymam pervenientes, pro facultate sua, ad Templi instaurationem obtulerunt auri drachmas 61000, argenti pondo 5000, & tunicas Sacerdotum 100. Habitaveruntque Sacerdotes ac Levitæ, similiterque omnes Israëlita, in civitatibus suis. [Ezr. II. 68, 69, 70.]

3469 a. Mensis 7 die 1 (in Tubarum festo) Israëlita ex civitatibus suis Hierosolymam unanimiter pervenientes, extruendo Altari, sacrificia ordinaria unoquoque mane & vespere Deo obtulerunt: ejusdemque mensis die 15, festum Tabernaculorum celebrarunt. Materiam quoque & opifices ad Templum extruendum pararunt; secundum facultatem à Cyro ipsis datam. [Ezr. III. 1, -7.]

c. Anno ab adventu eorum 2, mensis 2. (sive Ijar) Levitas operi domus Dei præferunt: & Templi secundi fundamenta, cum seniorum qui prius illud (ante annos 53) viderant planctu, & juniorum lætitia, posuerunt. [Ezr. III. 8, -13.]

Hostes Judæorum Cuthæi, ab Esar-haddone in Samariam traducti, operam suam ad Templi structuram fraudulenter offerunt, sed repulsam ferentes, opus interrumpunt, & manus ædificantium debilitant. [Ezr. IV. 1, -4.]

3470 a. Primus annus Sabbaticus, post reditum à captivitate Babylonica, à Judæis actus est.

c. Samaritani per Cyri aulicos, largitione sibi conciliatos, ceptum à Judæis opus impediunt. [Ezr. IV. 5.] Unde Danieli trium septimanarum luctus obortus fuisse videtur: in quibus jejuniium circa tertium mensis primi diem, anno imperii Cyri 3. ceptum, ipsis etiam festi Paschalis diebus continuatum est. [Dan. X. 1, -4.] Quo finito, die 24. mensis primi illa de regum Persicorum, Alexandri Magni & successorum ejus imperiis visio Danieli, ad Hiddekel sive Tigrim fluvium consistenti, est exhibitæ, quæ tribus ultimis prophetiæ capitibus continetur: quam & omnium postremam illum habuisse, paulo ante vitæ terminum, ex ejusdem epilogo colligitur.

3473 Amasis à Cyro defecisse videtur, & captiva multitudo Ægyptiorum in terram suam rediisse, exactis 40. annis post eorum dispersionem sub Nebuchadnezare factam: veterem quidem regno, sed præ reliquis humili parumque diuturno, postremis Amasis diebus eisdem restituto. [Ezek. XXIX. 11, -16. Jerem. XLVI. 26.] Cyrum enim Ægyptum sub imperio suo habuisse, tum in octavo Institutionis Cyri libro tum in totius operis Prologo, confirmat Xenophon: & à Cambyse ejus filio postea fuisse subactam agnoscunt omnes. Unde tempore intermedio in libertatem se vindicasse colligimus.

Hujus defectionis occasione, fortasse etiam apud Tyrios, Hiromi (in quo ipsorum Judicum & Proregum catalogus apud Josephum terminatur) 20. annis jam completis, pro indigenis (cujusmodi apud eos, ut Amalim apud Ægyptios, hætenus fuisse collocatos, vel ipsa Punica eorum nomina fidem fecerint) alienæ gentis Præsides sunt substituti.

3475 b. Cyrus septuagenarius vita functus est; postquam Persici & Medici exercitus Imperator declaratus est 30. annis, post captam Babylonem 9, post initam monarchiam 7 cum mense uno aut altero. De mortis genere magna inter authores est dissensio. Herodorus, (lib. 1. cap. 214.) Justinus ex Trogo, (lib. 1. cap. 8.) & Valerius Maximus (lib. 9. cap. 10.) in prælio contra Mafagetas vel Scythas occisum; cæsiq; caput amputatum à Tomyri regina, insatiabilem cruoris sitim illi exprobrante, in utrem humano sanguine repletum conjectum fuisse narrant. Diodorus Siculus (lib. 2.) eam Cyrum in acie captum cruci affixisse assumat. Ctesias (lib. 11.) in prælio contra Derbicas (populum Hyrcanis vicinum) Cyrum jaculo ab Indo quodam sub coxa in femore vulneratum, Derbicum regem Amoreum cum duobus filiis interfectum, & tertio à vulnere accepto die Cyrum mortem obiisse, scribit. Johannes Malela Antiochenus, ex com-

4179 535

4180 534

4183 531

4185 529

mentitio quodam scripto Pythagoræ Samii, in pugna navali à Samiis interemptum esse Cyrum refert. Sed Xenophon (in *Institut. lib. 8.*) in Perlide inter suos placida morte defunctum fuisse memorat: quum, inter alia multa filiis præcepisset ut cadaver suum nec in auro nec in argento nec ulla in re alia sed in terra quamprimum conderent; Persas tamen omnes ac socios ad monumentum ejus evocarent, atque illis exhibitis quæcumque in hominis fortunati funere solenne est exhiberi dimitterent. Conditorium verò illius Pasargadis in Perside positum, rerum Alexandri Magni scriptores memoriæ commendarunt, Curtius, Plutarchus, Arrianus, & qui præsens Alexandri jussu illud inspexerat Aristobulus, à Strabone in libro quinto Geographiæ productus; ubi ex eo & inscriptionem hanc monumenti refert. *O homo, Cyrus ego sum, qui Persis imperium constitui, & Rex Asia fui. Ne igitur monumentum mihi invidens.* Nam Græca illa, (sed Persicis, si credere libeat, literis exarata) quæ apud Geographum ex Onesicrito subjicitur,

Εἰς αὐτὸ ἐγὼ καίμαι Κύρος βασιλεὺς βασιλῶν,  
Cyrus ego, Rex olim Regum, conditus hic sum,

ejusdem est fidei, cujus commentum illud quod ex eodem repetit Lucianus (in libro de Longævis) alterum; Cyrum, quum desideraret amicos, à Cambyse filio sublato, centesimum ætatis annum agentem, præ mærore vitam finivisse.

Cyrus seniori filio Cambyse imperium; juniori verò Tanaoxaræ vel Tanyoxaræ (quem Herodotus Smerdim, Justinus ex Trogo Mergim appellat) ut Crefiæ quidem placet, Bactriorum, Choramnæorum, Parthorum & Carmaniorum, ut verò Xenophonti (*lib. 8. Institut.*) Medorum, Armeniorum, & Cadusiorum, satrapias reliquit.

In principio regni Ahafueri (sic enim Scriptura Cambysem nominat) Samaritani, qui vivente Cyro cuniculis hæcenus egerant, accusationem scriptis comprehensam contra habitatores Juda & Hierosolymorum ad hunc deferre non sunt veriti. [*Ex. IV. 6.*] quam innane inter patris & filii mores discrimen esset, non ignari. quippe quum Cyrus esset *οὐκ ἦν ἰσχυρὸς τῶν γυναικῶν ἐν τῷ ἀστυνασσε*, Cambyles verò *ὄντι μάλιστα ἐν προσηλλωνικῆς τοῦ λαοῦ μίτῃ*: ut à Diodoro Siculo rectè est observatum. [*In Excerptis ab Henr. Valesio editis, pag. 238. & 349. cum Herodoto, lib. 3. cap. 89.*]

3477 a. Secundus annus Sabbaticus à reducibus Judæis actus est.

3478

Cambaphus eunuchus, qui plurimum apud Ægyptiorum regem poterat, patruelis sui Izabatis eunuchi, qui non minus apud Cambysem autoritate valebat, interventu, pontes & alias Ægyptiorum res Persæ prodidit: pactione interposita, ut ipse Ægypti præfecturam consequeretur. [*Ctes. Persicor. lib. 12.*]

3479

Inde exercitum sibi Cambyles, terrestrem quidem tum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus Æolibusque, navalem verò ex Phœnicibus præcipuè & Cypriis (qui seipos Persis dederant) comparavit. Polycrates quoque Samiorum tyrannus quadraginta triremes, impositis in eas suspectis sibi civibus, auxilio misit; rogans Cambysem, ne eos domum remitteret. [*Herodot. lib. 3. cap. 1. 19. & 44.*]

3480

Phanes genere Halicarnassæus, inter auxilios Ægypti non minimus, & rerum Ægypti factis gnarus, Amasim infensus, ad Cambysem molientem adversus Ægyptum expeditionem transfugit: eique cum alias Amasis res exposuit, & quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, ut missis ad regem Arabum nunciis tutum transitum obtineret, eum edocuit. [*Id. ibid. cap. 4. & 7.*] Eo enim invito, aditus illi in Ægyptum patere non poterat. [*Ibid. cap. 89.*]

3481

Arabs, fœdere cum nunciis inito, camelos omnes utribus aqua completis oneratos egit ad loca humore carentia, ibique Cambylis exercitum præstolabatur. [*Id. ibid. cap. 9.*]

3482

Cambyles cum exercitu in Ægyptum progressus, Amasim non vivum nactus est, sed defunctum, quum 44. annos regnasset. [*Id. ibid. cap. 9. & 10.*] Vitam illum cum morte commutasse, quando Cambyles Ægyptum bello adortus est, Olympiadis LXIII. anno 3. (desinente sc.) in libro 1. Bibliothecæ refert Diodorus Siculus. Post eum filius Plammenitus, Crefiæ Amyrtæus dictus, mensibus 6. regnavit, [*Herodot. lib. 3. cap. 14.*] Sub quo, apud Thebas Ægyptias pluit: quod in superiori Ægypto magnum habitum est portentum. [*Ibid. cap. 10.*]

3483

Persæ, ubi sicænea peragraverunt, subfedere vicini Ægyptiis. [*Ibid. cap. 11.*] Cambyles verò Pelusium oppugnans, canes, oves, feles, ibides, & quotquot animalia Ægyptii deorum honore colunt, ante suum exercitum collocavit: quo terribi obsessi Ægyptii jaculari desiterunt; metuentes ne sacrum aliquod animal læderent. Atque ita Cambyles, Pelusio capto, aditum in Ægyptum sibi fecit. [*Polyæn. Stratagem. lib. 7.*]

3484

Ægyptiorum auxiliarii Græci & Cares, Phani, quod externum exercitum in Ægyptum adduxisset, infensi, filios ab eo in Ægypto relictos in ejus conspectu obruncaverunt; epotoque eorum sanguine, confixerunt. [*Herodot. lib. 3. cap. 11.*]

3485

Acri prælio commisso, plurimisque utrinque cadentibus, in fugam vertuntur Ægyptii. [*Id. ibid.*]

3486

Ad Ægyptios, qui nullo ordine servato Memphim confugerant, Cambyles adverso flumine navim Mitylenæam mittit cum caduceatore viro Persa, qui illos ad deditonem hortaretur. Illi frequentes urbe effusi, navim corruptunt, virosque frustratim dilaniatos in opidum afferunt.

Deinde

4186 348  
4188 348

4189 348

Deinde obfidionem aliquandiu tolerant. [*Id. lib. 3. cap. 13.*]

Arcefilaus ( Batti claudi & Pheretima filius ) Cyrenen Cambyfi tradidit, & tributariam fecit. [*Id. lib. 4. cap. 165.*] Cyrenæi enim & Barcæi, & Libyes Ægypto contermini, vicinorum casu territi, sese citra pugnam dederunt; tributumque inter se partiti, dona miserunt. Cambyfes munera quæ à Libyis venere, perbenignè accepit; quæ à Cyrenæis, quod exigua essent, aspernatus, quingentas enim argenti minas miserant: quas sua manu prehenfas, disperfit in milites. [*Id. lib. 3. cap. 13. & 9.*]

Decimo die quàm muros Memphis cepisset Cambyfes, regis Psammeniti in suburbana custodia cum aliis Ægyptiis ignominia gratia positi patientiam expertus est: in conspectu ejus filia, cum aliis primæ nobilitatis virginibus, servili habitu, ad aquam in hydia noboportandam missa; & filio, una cum duobus Ægyptiorum millibus, æqualis ætatis, vincas fune cervices & frenata ora haberentibus, ad mortem raptò. Luebant autem hi pœnas Mitylenæis, qui cum navi missi fuerant ad Memphin obruncati: regis iudicibus statuentibus, pro singulis suorum interemptis denos primariorum Ægyptiorum interficiendos. Atque inter hos primo loco sublatus est Psammeniti filius: cui serò nimis Cambyfes parcendum voluerat. Ipse verò pater apud Cambyfem vixit, nihil violentum passus: donec Ægyptios ad defectionem sollicitasse convictus, depoto cruore taurino vitam finit. [*Herodot. lib. 3. cap. 14. 15.*] quanquam in Susa illum relegatum affirmer Ctesias.

Memphi profectus Cambyfes, Sain abiit: ubi in ædes Amasis ingressus, cadaver ejus è conditorio afferti, verberibusque prius atque omni contumelia affectum tandem cremati iussit. [*Herodot. lib. 3. cap. 16. & Diodor. Sicul. in Excerptis Henr. Valesi, pag. 249.*]

Ita Ægypto potitus Cambyfes anno imperii sui quinto per triennium in ea regnavit. [*Jul. Afric. & Euseb. Chronic. Græc. pag. 17.*] Ægyptiorum quinquaginta millibus in pugna cæsis, & sex millibus Susam translatis. [*Ctes.*]

Pythagoram quoque ab ipsius militibus captum, Babylonem fuisse abductum, ibique cum Magis conversatum, narrat in illius Vita Iamblichus. Addit illius Vita Pythagoræ scriptor, Malchus sive Porphyrius; eum Babylonè & cum aliis Chaldæis versatum fuisse, & Zabratum etiam adivisse, ab eoque pristina vitæ sordibus fuisse expurgatum. Is Nazaratius ille Assyrius fuisse putatur, quem Alexander ( Polyhistor, ni fallor ) ἐν τῷ ἐπι Πυθαγορικῶν συμβουλιῶν, Pythagoræ fecit magistrum, alique nonnulli Ezechielem fuisse perperam sunt opinati: ut in primo Stromatum libro Clemens Alexandrinus retulit. Cum Babylonienfibus tamen Judæis eum conversatum fuisse, illud argumento fuerit; quod eorum dogmata complura in suam philosophiam traduxerit: ut Hermippus ἐν τῷ ἀρωγῶν τῶν ἐπὶ Πυθαγορικῶν βιβλίων à Josepho ( lib. 1. contra Apionem ) & ἐν τῷ ἀρωγῶν ἐπὶ ἰουδαίων ab Origene ( lib. 1. contra Celsum ) citatus, indicat. Quod ipsum etiam Aristobulus Judæus, disciplina Peripateticæ philosophus ἐν τῷ ἀρωγῶν τῶν ἐπὶ τῶν φιλοσόφων ( apud Clementem lib. 1. Stromat. & Eusebium lib. 13. Præparat. Evangelic. ) confirmat; ea, ut videtur, ratione etiam inductus, ut ante Persarum imperium libros Mosæicos Græcè conversos fuisse crederet: quum ex consuetudine, quam cum Hebræis habuit, eam sapientia suæ partem adeptum fuisse Pythagoram, multo fuerit credibilis. Nam & cum illis quoque congressum fuisse Pythagoram, in illius Vita ( ex Diogene, ἐν τῷ ἐπι Βοηθίου ἀμφοτέρω ) nos docet Porphyrius.

Cambyfes navales copias adversus Carthaginenses frustra parat: Phœnicibus, ex quibus nauticus præcipuè constabat exercitus, adversus colonos suos militare recusantibus. Interea ab urbe Elephantina accessit ex Ichthyophagis Æthiopicæ linguæ maximè gnaros, eosque ad Æthiopes Macrobios ( sive longævos, qui Africam ad australe mare incolunt ) exploratores mittit, per speciem dona ferendi illorum Regi, & mensam Solis spectandi. Rex Æthiopum, tenso coram exploratoribus arcu, eum laxatum Cambyfi per eos misit: monens, ut quum Persæ tam facile tantæ magnitudinis arcus tenderent, tunc copiis supramodum magnis instructus macrobiis Æthiopicibus bellum inferret. [*Herodot. lib. 3. à cap. 17. ad 25.*]

4190 524

Smerdis sive Tanyoxarces, Cambyfis ex eisdem parentibus frater, arcum hunc ad duos digitos intendit: quod nemo alius è Persis poterat. Unde invidia commotus Cambyfes, in Persidem eum remisit. [*Id. ibid. cap. 30.*]

Cambyfes ira percitus, adversus Æthiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariæ apparatu indicto, neque secum ipso ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti velanus nec mentis compos, simulatque Ichthyophagos audiit, profectus est cum omni peditatu; Græcis, qui aderant, manere imperatis. [*Id. ibid. cap. 24.*]

Ubi Thebas pervenit Cambyfes, delegit de exercitu 30 circiter millia; quorum præfectis mandavit, ut oraculum Jovis Ammonis spoliatum incenderent, & universos incolas in servitutem redigerent: ipse cum reliquis copiis adversus Æthiopes contendit. [*Id. ibid. Diodor. Sicul. in Excerptis ab Hen. Valesio edit. pag. 249.*]

In ea expeditione, Æthiops Cambyfes subegit Ægypto conterminos, qui Nisam incolunt & Baccho dies festos agunt. [*Herodot. lib. 3. cap. 97.*] Ibiq; Saba Æthiopum regis, atque insulae in qua ea sita erat, in honorem sororis suæ germanæ, ejusdemque & uxoris, Meroëis nomen dedit. [*Strabo, Geograp. lib. 17. Joseph. Antiquit. lib. 2. vers. al. cap. 10.*] Hanc enim, in Ægyptum cum comitatam, ibidemque postea vita functam, in uxorem, novo apud Persas exemplo, duxit: aliquantoque post & seniore alteram [*Herodot. lib. 3. cap. 31.*] Atossam scilicet





quæ deinde & Mago & Dario Hyftaspis filio nupta fuit. [ *Ibid.* cap. 68. & 88. ]

Copia aduersus Ammonios missa, Thebis moventes, septem dierum per arenas itinere confecto, ad urbem Oasin (quam incolebant Samii ii qui ferebantur à tribu Æschronia esse) & regionem quæ *Beatorum insula* vocabatur, pervenerunt. Quumque inde per arenam iter facerent, jamque medio ferè spatio inter Oasim & Ammonios pranderent; magnum ac validum austrum ingruisse ferunt, & ingestis arenæ cumulis eos obruisse. [ *Herodot. lib. 3. cap. 26. Justin. lib. 1. c. 9.* ] Plutarchus, in Vita Alexandri, quinquaginta hominum millia arenis oppressa fuisse notat, id est universum exercitum.

Exercitum aduersus Æthiopes profectum, antequam quintam itineris partem confecisset, comatus omnis defecit, mox & iumenta ad vescendum defecerunt: cumque ulterius etiam progredierentur & ad arenas devenissent, ex seipsis sortiti, decimum quemque comederunt. Id audiens Cambyfes, retrò rediit, Thebasque pervenit, multis de exercitu amissis. [ *Herodot. lib. 3. cap. 25. Senec. natural. quæst. lib. 2. cap. 30.* ] De quo Lucanus, lib. 10.

--- *Vesanus in ortus*

*Cambyfes longi populos devenit ad ævi;  
Defectusque epulis, & pastus cade suorum,  
Ignote te, Nile, redit.*

Cambyfes regressus Memphim, Græcos missos fecit, ut illinc enavigarent. [ *Herodot. lib. 3. cap. 25.* ] Ibi cum reperisset Ægyptios diem festum agere, quod Apis eis apparuisset, ipse contra ratus lætari eos de clade sui exercitus, adductum ad se Apim mucrone percussit: imperavitque suis, ut sacerdotes quidem flagris caderent, cæteros autem Ægyptios, ut quemque feriantem adipiscerentur, occiderent. Apis verò sauciatus in templo jacens extabit: quem è vulnere extinctum tumulavere sacerdotes clam Cambyfe. [ *Ibid.* cap. 17, 28. 29. ]

Ob hoc, insania correptum fuisse Cambysem dicunt Ægyptii, quum ne antea quidem mentis compos ille fuisset. Post hoc verò, primum furoris indicium in cæde fratris procuranda erupit. Eo enim in Persidem profecto, Cambyfæ per quietem videbatur nuncius quidam inde adveniens significare, Smerdim in regio sedentem folio cælum capite contingere. Quo somnio exterritus, ad fratrem interimendum misit Prexaspem, sibi ex omnibus Persis virum fidelissimum. Hic ubi Sula conscendit, Smerdim necandum curavit, ut quidam aiunt, quum cum eduxisset venatum: dicunt verò alii, quum ad mare rubrum produxisset, ibi eum demersisse. [ *Ibid.* cap. 30. & 65 ] Justinus ex Trogo, lib. 1. cap. 9. Cometæ mago id negotii datum, neque ante Cambyfæ mortem Mergim (sic enim Smerdim vocat) ab eo interfectum fuisse, refert. Ctesias, dedita (ut illi mos est) opera, ab Herodoto dissentiens, longè aliam historiam hic nobis exhibet. Sphendadatem Magum à Tanyoxarce (sive Smerdi) flagris cæsum, in suspicionem regni appetendi eum apud Cambysem vocavisse: & de ejusdem Magi consilio, Tanyoxarce (è Bactriana in Ægyptum accersitum) Magi loco, qui illi simillimus erat, taurini sanguinis haustu sublatum fuisse; ipsum verò Magum ad Bactrios remissum, omnia, non secus ac si verus Tanyoxarces esset administravisse.

3481 Orætes Persa, (post Harpagum) Sardibus, totiusque Lydiæ, Ioniæ & Phrygiæ provinciis, à Cyro præfectus, caduceatorem in Samum ad Polycratem, cuiusdam rei rogandæ causa, misisse fertur: Polycrates verò tunc fortè in conclavi cubans, assistente ei Anacreonte Teio, (in signi illo, ex Ionia, poeta Lyrico; quem amatorium carminum inventorem facit, in primo Stromatum libro, Clemens) nec aspectu nec responso præconem dignatus fuisse dicitur. Quem contemptum ulcisci statuens Orætes, misso ad eum Myrto quodam Lydo Gygis filio, fingit se Cambyfis metu cum thesauris suis ad illius domum velle perfugere. Polycrates nimis credulus, cum alios secum ducens tum Democædem Calliphontis filium Crotoniensem medicum, Magnessiam ad Meandrum pervenit: ubi captum Orætes cruci suffixit; Samiis qui illum comitati fuerant dimissis, peregrinis vero (& in his Democæde) atque servis jure captivitatis sibi vindicatis. [ *Herodot. lib. 3. à cap. 120. ad 127.* ] Valerius Maximus, lib. 6. cap. ult. ab *Orore Darii regis præfecto* (ita enim cum Cicerone, libro tertio de finibus, eum appellat) in excelssimo *Micalensis montis vertice cruci affixum* fuisse Polycratem narrat: in eo videlicet Ioniæ promontorio, quod Samum spectat. quum Darius tamen eo tempore non rex, sed Cambyfis satelles & nullius adhuc admodum magnæ authoritatis fuerit: ut ex Herodoto liquet, lib. 3. cap. 139. & 140. ubi in expeditione Cambyfis Ægyptiaca amiculum à Polycratis fratre Sylofonte in foro Memphæo ei donatum fuisse narrat; à quo ortum proverbium *ὁ Σιλόωντος χρομίδας*. Eo verò tempore quo in Ægypto dubiæ sanitatis fuit Cambyfes, suspensum esse Polycratem in cap. 120 docet idem: à quo non dissentit Plinius, lib. 33. cap. 1. hoc factum referens sub annum Romæ conditæ CCXXX. quo juxta Varronianas (quas ille sequi solet) rationes, LXIV acta est Olympias.

Cambyfes sororem (de qua dictum est, Meroën) eandemque & conjugem, fratris cædem agrè ferentem, è medio sustulit. [ *Herodot. lib. 3. cap. 31, 32.* ]

Anno septimo Cambyfis, Nabonafari 225, mensis Phamenoth secundum Ægyptios die 17 (Julii 16) ante mediam noctem hora 1. Babylone Eclipsis Lunæ observata est. [ *Ptolem. magn. Syntax. lib. 5. cap. 14.* ]

Cambyfes Prexaspis filium, qui illi à poculis erat, adacta per cor ejus sagitta transfixit. Altero die 12 primarios Perfes, nullo crimine mortem commeritos, vivos in caput defodit. Cresum

Lydorum

Lydororum quondam regem, de rebus hisce amice illum monentem, occidi iussit. Sed postea penitens, servatum quidem illum fuisse gavisus est, conservatores verò illius interfecit. Multa quoque huiusmodi alia tam in Persas quam in socios, dum Memphi moraretur, per insaniam faciebat. Vetusita recludens sepulchra, mortuos inspiciebat. Vulcani templum adiens, multo derisu simulacrum illius cavillatus est. In templum etiam Cabyrorum, inaccessum alteri quam sacerdoti, ingressus; quæ illic erant simulacra, multis in ea jocus verbis, concremavit. [*Herodot. lib. 3. à cap. 34. ad 38.*] Tempora partim igni, partim ferro devastavit, mutilans, excindens, comburens; quemadmodum & obeliscos. [*Strabo, lib. 17.*]

3482

Patizithes magus, quem Cambyses rerum suarum familiarium curatorem domi reliquerat, cognita Smerdis nece, quæ occultabatur paucisque Persarum erat cognita, fratrem suum magum, Smerdi & cognomine, & corporis specie simillimum, in regio solio collocavit: caduceatoribus cum alia in loca, tum vero Ægyptum ad exercitum dimissis; qui edicerent, ut Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Cambysi. Ita Herodotus, *lib. 3. cap. 61.* Ex Trogo enim Justinus, (*lib. 1. cap. 9.*) statim post mortem Cambysis Comitem magum, prostrato Mergide (sive Smerdi) cui regnum debebatur, fratrem suum Oropasten subjecisse refert, & oris & corporis lineamenti illi persimilem. Ctesias verò Bagabatem eunuchum, & Artasyram Hircanium (qui in Ægypto cum Cambyse erant, & plurimum autoritate apud eum valebant) Sphendadati mago, qui occiso Cyri filio erat simillimus, regni tradendi consilium, antequam Cambyse moreretur, iniisse, & post illius mortem ei deutille regnum narrat.

4192

522

Cambysi ex urbe Buti redditum fuerat oraculum, eum in Ecbatanis decessurum: quod ille de Ecbanis Mediæ (ubi res ejus omnis erat) intellexerat. In Ecbanis verò Syriæ cum exercitu agenti caduceator præcepta Magi exposuit. Qui conjuratione intellecta, in equum insiliit; habens in animo quamprimum Susa versus exercitum ducere in Magum. Insilienti equum gladius vagina excidit à quo in femore vulnus accepit. Vicesimo dehinc die, accitis Persarum primotibus, & fratris sui cædem & Magorum fraudem detexit, utque iis pulsus, imperium ad Medos (Magus enim erat Medus; ut ex Herodoto, *lib. 3. cap. 75. & 126.* colligere licet) rursus redire non sineret obtestatus; femore celerrimè contabescente interiit, cum regnasset septem omnino annos & menses quinque. [*Herodot. lib. 3. à cap. 62. ad 66.*] Revertentem ab expeditione Ægyptiaca, apud Damascum esse mortuum, narrat Josephus, *lib. 11. Antiq. cap. 3.* pro Ecbanis Herodoti Damascum substituens, Ctesias Babylonem usque pervenisse ait, ibique vulneratum occubuisse: de morte ejus, & portentis quæ eam antecesserunt, ita scribens.

Sacrificante Cambyse, quum victimæ jugularentur, sanguis non effluxit: qua ex re animo concidere cæpit. Et Roxanè puerum capite carentem ei peperit: & magis dejecto erat animo. Magique renunciantur, hanc prodigiorum esse significationem, nullum regni successorem ab eo relictum iri. Mater etiam noctu illi in somnis apparens, ob fraternam cædem interminari illi est visa: ideoque magis etiam angebatur. Quumque Babylonem accessisset, & ibi parvum lignum cultro poliens, tempus ut falleret, femoris muscolum ferisset; undecimo die mortem obiit. [*Ctes.*] Ex Ægypto verò discedens, præfectum ibi Aryandem reliquerat. [*Herodot. lib. 4. cap. 166.*]

Cambysè mortuo, nequaquam persuasum est Persis rerum potiri Magum, sed revera fratrem illius regnare: Prexalpe præsertim pernegante cum à se fuisse interfectum; quum illi tutum jam non esset, ipsius manu filium Cyri interemptum fuisse confiteri. [*Herodot. lib. 3. cap. 66.*] Quæ res eo occultior etiam fuit, quod apud Persas persona regis sub specie majestatis occultitur. [*Justin. lib. 1. cap. 9.*] Indèque Magus, simulando se Smerdin esse Cyri filium, qui ipsi fuerat cognomine & specie simillimus, securus regnavit menses 7, qui reliqui erant ad implendum octavum annum regni Cambysis: per quos menses omne genus liberalitatis in subditos munificentiaque exhibuit; adeo ut ejus defuncti magnum ceperit desiderium omnes Asiæ incolentes, ipsi Persis exceptis. Nam missis ad singulas quibus imperabat nationes edictis, immunitatem tributorum ac vacationem militiæ in triennium tribuit, atque hoc statim adeptus imperium edixit. [*Herodot. lib. 3. cap. 67.*] Atollam quoque Cyri filiam; & reliquas omnes Cambysis uxores, sibi accepit. [*Ibid. cap. 68. & 88.*]

Magos septem post mortem Cambysis regnum iniisse Persidos, ex antiquis libris refert Ammianus Marcellinus: [*lib. 23.*] quem etiam numerum retinet Valerius Maximus. [*lib. 9. cap. 1.*] Sed eorum principes duo fuerunt; ab Herodoto (*lib. 3. 61. & 78.*) memorati: Patizites (Trogo Cometes dictus) & ejus frater, qui solus, filii Cyri persona assumpta, regium nomen obtinebat; Herodoto Smerdis, Æschylo Mardus, Ctesia Sphendadates, Trogo Oropastes, in sacra Scriptura Artachshata nominatus.

Ad Artachshata hunc Samaritanorum perlata sunt literæ, de prohibenda ædificatione Hierosolymæ; utpote civitatis (ut illi criminabantur) rebellis ac pessimæ, & quæ ubi ædificata foret, tributa Persico Imperio negatura esset. [*Ezr. IV. 7. -16.*]

3483

a. Artachshata Rescripto suo Hierosolymam ædificari vetat, donec à se aliter constitueretur. Cujus interditi autoritate fulti Samaritani, Hierosolymam advolantes, armata manu Judæos ab ædificando prohibent. Unde illi, non ab Urbis tantum, sed etiam à Templi ædificatione (quæ Cyri dicto expressè mandata fuerat) cessarunt; cujus opus, hæcenus interturbatum, deinceps planè intermissum est usque ad annum secundum regni Darii. [*Ezr. IV. 17. -24.*]

Dum Magus imperium obtineret, Orctes Persa Sardibus agens, Mitrobatem Dascylii satra-

pam (qui illi, dum viveret adhuc Polycrates, quod insulam Samum provincie suæ adjacentem Regi non acquireret, exprobraverat) & filium ejus Cranapem, spectatos in Persis viros, interemit: & cum alia quoque omnifaria flagitia commisit, tum quandam è nunciis qui ad ipsum à Dario venerat, quod parùm jucunda nunciasset, trucidandum curavit. [*Herodot. lib. 3. cap. 126.*]

b.

Izabatem eunuchum, qui Cambyſis corpus in Persidem sepeliendum portaverat, Magi fraudem universo exercitui patefecisse, confugientique ad templum caput esse abscissum, narrat Ctesias. Herodotus, octavo post mortem Cambyſis mense, Otanis filij Pharnaspis sagacitate rem primùm compertam, deinde à Prexaspè palàm contestatam fuisse, dicit. Hunc enim ad convocatos Persas è turri oratione habità, se à Cambyſe adactum Smerdim Cyri occidisse professum, & Magos esse qui tunc regnarent; sese inde in caput præcipitem dedisse, refert. [*Herodot. lib. 3. cap. 68. & 75.*] Otanis verò industriam, & Magorum casum, ex Herodoto & Trogo Pompeio, Justinus sic exponit.

*Ostanes* (sive *Oranes* ille) per internuncios quærit de filiâ (nomine *Phadymâ*) quæ inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. Illa nec seipsam scire ait, nec ex aliâ posse cognoscere; quia singulæ separatim recludantur. Tum pertrectare dormienti caput jubet, nam Mago Cambyſes (vel *Cyrus*, ut vult Herodotus) aures utraq; præciderat. Factus deinde per filiam certior, sine auribus esse regem, optimatibus Persarum rem indicat; & in cædem falsi regis impulsos, sacramenti religione obstringit. Septem tantùm consilij fuere hujus conjurationis, qui ex continenti (ne, dato in penitentiam spatio, res per quenquam narraretur) occultato sub veste ferro, ad regiam pergunt. Ibi obvius interfectis, ad magos perveniunt: quibus ne ipsis quidem animus ad auxilium sui defuit, siquidem stricto ferro duos de conjuratis interficiunt (vel *sauciant* potius; ut ab Herodoto est traditum.) Ipsi tamen corripiuntur à pluribus: quorum alterum Gobryas medium amplexus, cunctantibus locis ne ipsum pro mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus adigi mago ferrum jussit: fortunâ tamen ita regente, illo incolumi Magus interficitur. [*Justin. lib. 1. cap. 9.*]

Horum septem Persarum (quos *septem Magos* Hieronymo in Daniel. XI. 2. appellare libuit) apud Ctesiam, nomina sunt: *Onophas*, *Idernes*, *Norodobates*, *Mardonius*, *Barses*, *Artaphernes* & *Darius Hytaspis* filius, apud Herodotum: *Otanes*, *Hydarnes*, *Megabyzus*, *Gobryas*, *Aspathines*, *Intaphernes*, & *Darius*; qui Sufis (quibus pater ipsius *Hytaspes* præerat) tunc advenerat. Uterque verò, in liberationis ab his partæ perpetuam memoriam, annum *Magaphonia* festum à Persis celebratum fuisse indicat.

Sexto post cædem Magorum die, septem Persæ de formâ Reipublicæ constituendâ deliberant: Otane Democraticum, Megabyzo Oligarchicum, & Dario Monarchicum statum commendante. Quæ postrema sententia, de principatû uni deferendo, cum vicisset: Otanes cæteris sex hæc lege jus suum imperij cessit, ut nulli ipsorum aut ipse aut ullus unquam posterorum illius subesset. Unde factum, ut deinceps sola hæc familia inter Persas libertatem retineret: nec Regis imperio, nisi quantum ei visum fuerit, pateret, leges Persarum non transgrediens. Et quia primus Otanes fuit, qui rem agitaverat, & reliquos in cætum coegerat: ipsum cum posteris suis, tum omni alio magnificentiâ genere apud Persas honorificentissimo, tum Medicâ quotannis veste, donandum censuerunt. De regni autem negotio ita inter eos convenit: ut sub ortum Solis conscensis equis, cujus equus hinnitum primus edidisset, is regnum Cambyſis obtineret. Quod auspiciam quum Dario Hytaspis filio, Oebaris equisonis sui arte, obtigisset; cæteri ex equis desilientes, Darium adoraverunt & Regem salutaverunt. [*Herodot. lib. 3. à cap. 80. ad 88.*]

Neque privilegiorum suorum tamen, magis quàm Otanes, interim sunt obliti. Hoc enim in commune obtinuerunt, ut & illi & cæterorum unicuique in regiam aditus pateret: & ad Regem sine internuncio introire liceret, nisi fortè cum uxore cubantem. [*Id. ibid. cap. 84. & 118.*] Deinde, ut tiaræ suæ situ à reliquis omnibus Persis distinguerentur. Cum enim Regi soli & regni hæredi designato datum esset, ut rectam capite Tiaram gestarent; (ut apud Senecam, lib. 6. de Benefic. cap. 31. & Plutarchum, in *Themistocle* & *Artaxerxe* videre licet;) magnatum verò alij in posteriorem capitis partem eam obverterent: his & posteris eorum est concessum, ut in anteriorem partem prominentem eam ferrent; quod, cum Magorum aggredere cædem, hæc usi fuissent tessera. [*Plusarch. in Præceptis gerenda Reipubl.*] Hoc enim pro signo, ut in tenebris mutuo se possent agnoscere, tum Darius dederat: ut vinculum, quod à posteriore capitis parte tiaram connectebat, in frontem reducerent. [*Polyæn. Stratagem. lib. 7.*]

Sed omnium præterea summum hoc adepti fuisse videntur privilegium: ut licèt Dario dictatura quasi perpetua fuisset, ipsi tamen per vices veluti tributiciâ ejusdem potestatis consortes adsciscerentur. Cujus quidem rei triplex hæc consideratio suspicionem mihi injecit. Primùm, quod conjurati isti, *onerosos* (quâ verò ratione magis quàm ista?) Dario futuros se prævidentes, *sanctissimo Persis jurejurando illum obstrinxerint*; ne quem eorum, aut veneno, aut ferro, aut ullâ vi, aut inopiâ alimentorum necaret: quemadmodum *lib. 9. cap. 2.* confirmat Valerius Maximus. Deinde, quod *Æschylus* (qui adversus Darij copias in pugna Marathonîâ dimicavit) inter Magi cædem & Darij imperium duos ordine reges nominet, *Maraphim* & *Artaprenem*: quorum alter *Mardonius*, alter *Artaphernes* Ctesie omnino esse videtur. Denique, quod in sacris literis edito, anno 2. Darij de ædificando Templo promulgato, etiam *Artachshastam*, regem Persiæ dictum, ex Ezræ VI. 14. consensum præbuisse appareat; per quem, alium quàm *Artaphernem* illum, difficiliter possumus statuere.

Principio regni, Darius Cyri filiam Atossam (quæ fratri Cambysæ primùm, deinde Mago, nupserat) in matrimonium recepit, regalibus nuptiis regnum firmaturus: ut non tam in extraneum translatum, quàm in familiam Cyri reuersum videretur. [Herodot. lib. 3, cap. 88. & lib. 7, cap. 2. Justin. ex Trogo, lib. 1, cap. 10.] Et ut ipse, prius Ochus (ut ex Valerio Maximo, lib. 9, cap. 2. liquet) id est, Ὠχὸς appellatus, regio Ὠχθῆ postea recepto additamento, cum Cambysæ regno, ejusdem etiam cognomentum obtinuisse videtur; ita & Achash-verosh sive Assuerus ille fuisse, qui in historia Estheræ initio regnum dicitur obtinuisse, ab India usque ad Ethiopiam, centum viginti septem provinciarum; & hanc primariam illius uxorem non aliam quam Vasthiim esse habendam opinamur, cujus eodem in loco celebris habetur memoria.

Darius Crætem Sardiùm præfectum, mille Persarum satellitibus stipatum, missis ad eos per Bagæum Artontis filium regis literis, interimendum curavit. Cum cujus bonis Susa deinde traductis, etiam Democedes Crotoniensis medicus est deportatus. [Herodot. lib. 3, cap. 127, 128, 129.]

Contigit non diu post, ut in venatu ferarum Darius, dum ab equo defilit, pedem intorserit vehementerque luxaverit. Quum retorquendo ac violenter tractando, quum Ægyptii medici per integrum septiduum Dario somnum abstulissent: octavo die adductus est ad eum Democedes, sicut erat pannosus ac compedes trahens. Qui Græcis medicamentis usus, compotem eum somni fecit, & brevi tempore incolumem reddidit. Ita Susis sanato Dario, Democedes multo auro ab eo & uxoribus ejus donatus maximas aedes obtinebat, cum rege ad mensam sedebat; omnibus rebus affluens, præter hanc unam quod ad Græcos redire non poterat. Quinetiam Ægyptios medicos, quum essent patibulis suffigendi, quod à Græco medico superati forent, impetrata ab rege venia liberavit. Vaticinum quoque quendam Eleum, qui Polycratem cum eo Magnesium fuerat secutus, & Susis inter captivos pro neglecto habitus, relaxavit. [Ibid. cap. 129, 130, 132.]

Interjecto brevi tempore, contigit ut Atossæ Cyri filia & Darii uxori in mamilla ulcus exoriretur, deinde rescissum porro grassaretur. Eam quum curasset Democedes, ab ea obtinuit, ut maritum ad subigendam Græciam sollicitaret. A qua persuasus Darius, accitis quindecim viris Persarum spectatis, præcepit ut sequentes Democedem omnia Græciæ maritima loca coluistrarent; & rursus eum secum reducerent. Isti, quum in Phœnicem descendissent, & ex Phœnice in urbem Sidonem: comparatis omnibus, in Græciam trajiciebant, atque maritima loca intuebantur & describebant; primi Persarum qui explorandi gratia in Græciam advenierunt. Tum pleraque ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum transmiserunt: unde Crotonem ad domum suam profectus Democedes, ibique Milonis Crotoniensis nobilis illius athletæ filia in uxorem ducta, ad Darium redire recusavit. [Ibid. à cap. 133. ad 138. cum Athenæi Dipnosophist. lib. 12. & Eliani Var. histor. lib. 8, cap. 17.]

3484

a. Tertius annus Sabbaticus à reducibus Judæis actus est.

b. Somnium Mardocæus Judæus habuisse dicitur, in Græcis Estheræ additionib. [cap. XI.] regni Artaxerxis Magni (sic enim ibi appellatur Assuerus, sive Darius Hystaspides) anno 2, mensis Nisanis die 1, de fluvio Estheram & duobus draconibus seipsum & Hamanem significantibus. [cap. X.]

d. Anno 2. Darii regis (quo Olympias LXV. acta est) mensis 6. die 1. Haggæus Propheta negligentiam Judæorum in extruendo Templo reprehendit: continuam agrorum sterilitatem ceterasque quas hucusque perpessi fuerant plagas, ob opus Dei neglectum (inter primum & tertium annum Sabbaticum) accidisse declarans, & erroris emendationem serio urgens. Unde excitati Zorobabel Judæorum Præses, Josua summus Sacerdos, populusque reliquus, intermissum opus repetunt, & rerum ad ædificationem necessarium apparatus faciunt, mensis ejusdem 6. die 24. [Hagg. I. 1, 2-15.]

3485

a. Mensis sequentis 7. die 21, Deus per Haggæum promissione præsentia suæ Judæos in opere confirmat: & licet, in oculis eorum qui prius Templum (anno ante hunc 69.) conspexerant, initia ista admodum despiciabilia viderentur; desideratissimi tamen Messia post breve tempus (anno post hunc 516.) hic primum sistendi, pacisque hinc ab eo in omnes Gentes propagandæ ratione habita, hujus Templi gloriam prioris illius longe excellentiorem futuram prænunciat. [Hagg. II. 2, 9.]

Mense 8, anno eodem Darii 2, Zacharias propheta, Barachiæ filius, populum ad respiscendam hortatur. [Zachar. I. 1, 6.]

Mensis 9, die 24, anno eodem secundo, tempore inter sementem (qui peractum annum Sabbaticum statim secutus est) & metem quasi medio, à Zorobabele & Josua Sacerdote, cum Haggæi & Zachariæ prophetantium auxilio, Templum super jactis pridem fundamentis extrui cœptum est. [Ezr. V. 1, 2. Hagg. II. 10, 18, 19.]

Eodem die 24, duæ postremæ Haggæo revelatæ sunt prophetiæ: de plagarum hucusque maledicto populo inflictarum cessatione, una; de regnorum everfione & Zorobabelis exaltatione, altera. [Hagg. II. 10, 23.]

b. Tatnaius Præfectus regionis cis flumen, Setharboznaius & socii ejus Apharsakita, Hierosolimam advenientes, Templi structuram impedire conantur: cuiusnam mandato fuissent opus hoc aggressi, à Judæorum Senioribus inquirentes. Qui Cyri edicto fretos hoc se fecisse respondententes, in ædificando strenuè perrexerunt. [Ezr. V. 3, 4, 5. 13, 16.] Quum enim ex

4194

520

4195

519



Medorum & Perfarum lege, Regum edicta essent perpetua, nec mutari possent: [Dan. VI. 8, 12. Esther. I. 19. & VIII. 8.] sine novæ alicujus autoritatis expectatione, licitum fuerat Judæis cœptum opus perficere.

Judæorum responsum hostes Dario per epistolam indicant; num ejusmodi Cyri edictum in archivis Babylonicis extaret inquiri petunt, & quid hac in re fieri Regi placeat significari sibi postulant. [Ezr. V. 5,--17.]

Opere cum in modum ab inimicis interurbato, & fame adhuc (frugibus ad messem nondum maturis) in Judæa invalescente; mensis 11. Sebat die 24., anno Darii 2., equitum totum terrarum Orbem quietum jam & tranquillum obeuntium visio Zachariæ est exhibita. Unde, Propheta audiente, respondit Dominus verba bona & consolatoria angelo deprecanti iram ejus atque indignationem, quæ efferverat contra populum Judaicum atque Urbem Hierosolymorum & civitates Judæ jam 70. annis. [Zachar. I. 7,--12, 13.] quorum initium à cœpta extrema Hierosolymorum obsidione (de qua supra, ad annum Mundi 3415.) est deducendum. [Jerem. XXXIV. 1. cum Ezek. V. 12, 13.] Eodem quoque referenda, quæ in posteriori parte capituli I. Zachariæ, & tribus proximis, subsequuntur. ubi, quæ cap. II. 6, 7. ad Judæos in Babylonia commorantes legitur hortatio, ut inde fuga properè se subducant, ad calamitatem illam referenda videtur, quæ paulo post à Dario Babylone capta contigit.

Edictum Cyri, de Templo reedificando, Achmethæ sive Ecbatanis in provincia Medorum repertum, cum novo pro Judæis Rescripto à Dario ad Tatnaium & socios missum est: quo mandatum illis est, ut opus domus Dei cœptum non modo non impedirent, sed etiam collatis ex tributo Regio expensis promoverent; sumptibus quoque ad quotidiana sacrificia à Sacerdotibus Hierosolymitanis offerenda necessariis in diem suppeditandis. Quibus decretum Imperatorum sine mora exequentibus; Judæi, Haggai & Zachariæ prophetis confirmati, in ædificio perficiendo prosperè processerunt. [Ezr. VI. 1,--14.]

*Artachsbashiam* verò, [Ezr. VI. 14.] cum Dario hic conjunctum, consortem cum eo imperii hoc tempore fuisse opinati sumus è septem videlicet Persis qui Magum oppresserunt unum; Æschylo in Persis *Artaphernem*, Hellenico (ut habet illius Scholiastes) *Daphernem*, Ctesia *Artaphernem*, Herodoto *Intaphernem* appellatum. Hic, ex privilegio Principibus illi concessio, ad Darium sine interuincio introire volens à janitore & ab admisionali est prohibitus: quod regem rei uxoriæ operam dare dicerent. Is verò mentiri eos ratus, educto acinae, aures utriusque nareque præcidit; & freni equini loris ad cervices ipsorum alligatis, dimisit. Qui quum sese Regi exhibuissent & eum id passi fuerant exposuissent: Darius sigillatim quemque Perfarum accersivit, veritus ne id communi sex illorum consilio factum esset. Cumque comperisset, sine horum consensu id actum fuisse: Intaphernem, cum filiis suis [maximo tantum natu matri donato] interendum curavit. Ita Herodotus rem narrat, lib. 3. cap. 118. & 119. velut statim post Magorum interitum peractam. Verum alios secutus auctores Valerius Maximus, lib. 9. cap. 2. non hunc solum, sed & cæteros omnes, *onerosos sibi jam factos*, novo excogitato mortis genere, à Dario sublato fuisse refert. *Septem enim aliis parietibus locum [inquit ille] cinere complevit, suppositoque tigno prominens, benigne cibo & potione exceptos in eo collocabat: è quo, somno sopiti, in illam insidiosam congeriem decidebant.* Quæ crudeli mortis ratione licet eos peremptos fuisse non sit verisimile: adempto tamen illis deinceps regni omni consortio, onere illo Darium se levasse maximè est credibile.

c. Indeque solus absoluta jam monarchia potitus *Darius*, qui nobis *Assuerus* est, à primo principatus sui initio anno tertio, cum sederet in solio regni sui Susis; ad ostentandam gloriam regni sui & decorem magnitudinis suæ, Satrapis & magnatibus provinciarum suarum per dies 180. magnificentem exhibuit convivium. [Esther. I. 2, 3, 4.] Urbem verò Susanam ab ipso Dario conditam affirmat Plinius, lib. 6. cap. 27. vel potius regiarum ædium magnificentia amplificatam; ut in lib. 13. de animalib. cap. 59. *Alianus* explicat: ibique & domicilium, & pecuniarum suarum thesauros eum habuisse, in lib. 5. cap. 49. docet Herodotus.

3486 a. Semestre magnatum convivium excepit septiduanum aliud, toti populo qui præsto erant Susis, à maximo usque ad minimum, præparatum: viris in atrio horti palatii regii cum Assueto, sceminis intus in domo regia cum *Vashti* Augusta, quæ nobis *Arosta* est Cyri filia, accumbentibus. [Esther. I. 5, 9.]

Postremo hujus convivii die Rex, vino aliquantulum incallescens, ut uxoris pulchritudinem viris ostentaret, *Vashtin* evocat; & venire recusantem, consilio Memucanis, unius è septem Persidis & Mediæ primariis jus & judicia noscentibus, (Regis enim erant hi *Judices*, qui apud Persas jus dicebant, & legum patriarum erant interpretes; quorum apud Herodotum, lib. 3. cap. 14. & 31. ac Plutarchum, in *Artaxerxe*, sit mentio) repudiatam regno abdicat: promulgata lege, ut esset quisque vir dominator domi suæ. [Esther. I. 10,--22.]

Delectus puellarum forma præstantium ex omnibus provinciis regni Assueti instituitur, ut ei apta inveniatu uxore, quæ regnet loco *Vashti* repudiate: in quarum numerum *Hadassa* Hebræa, quæ & *Esther*, Abichajilis Benjaminitæ filia, adscita est. [Esther. II. 1,--8.]

3487 a. Anno 4. Darii, mensis 9. Chisleu die 4. Judæis per *Shareferem* & Regem-melechum de jejuniis quinti mensis, ob Urbis & Templi excidium instituto, Sacerdotes ac Prophetas consulentibus; Deus jejunia illa 5. & 7. mensis, per LXX. annos ab illis observata, sibi minus grata fuisse respondet. & de obstinatione in peccatis, quæ desolationem terræ induxit, eos admonet.

[Zachar.]

Anno Mundi.	<p>[Zachar. VII. 1.-14.] A dicto vero excidio, &amp; cæde Gedaliae (quæ 7 mensis jejunió occasio- nem præbuit) post bimestre spatium illud subsecuta, usque ad præsens tempus, 70. annos Chronologia nostra exhibet.</p> <p>Restauraturum deinde se Hierosolymam, finem prioribus ærumnis impositurum, Jejunia mensis <i>quarti</i>, (cujus die 9. Urbs capta fuit) <i>quinti</i>, (cujus die 10. Templum combustum fuit) <i>septimi</i>, (quo populi reliquæ, cælo Gedalia, dispersæ sunt) &amp; <i>decimi</i>, (cujus die 10. Urbs sub Sedekia à Nebuchadnesare primùm obsideri cæpta est) in Hilariâ commutaturum, &amp; gaudium atque dilatationem populo suo concessurum, promittit Deus. [Zachar. c. VIII.]</p> <p>3489 b. Anno Darii 6. (desinente,) mensis (12.) Adar die 3, structura Templi finita est. Cujus dedicationem Israëlita, ex captivitate reduces, cum gaudio &amp; amplissima sacrificiorum obla- tione celebrantur: Sacerdotibus &amp; Levitis in ministerio Templi secundùm ordines suos con- stitutis. [Ezr. VI. 15.-18.]</p> <p>Iidem die 14. mensis 1. Pascha primum in secundo Templo celebrantur: festum de- inde Azimorum septem diebus cum lætitiâ regentes; quod cor regis Assyriorum convertif- set ad eos Dominus. [Ezr. VI. 19.-22.] <i>Darii</i> videlicet: qui Babylone, quæ ab eo defecerat, Zopyri opera mense à cæpta obsidione vigesimo recuperata, non minus Assyrii quàm Persici Imperatoris titulum jam jure obtinebat. [Herodot. sin. lib. 3. &amp; Justin. sin. lib. 1.]</p> <p>3490 a. Cum pervenisset terminus Estheræ, ut suo ordine ingrederetur ad regem Assuerum; ab Hegaió eunuchó &amp; gynæceo in regium cubiculum est perducta. [Esth. II. 12.-15.] <i>Estheræ</i> <i>per</i> <i>vices</i> <i>in</i> <i>orbem</i> <i>ad</i> <i>illos</i> <i>pervenit</i>: ut in lib. 3. cap. 69. notat etiam Herodotus.</p> <p>Anno verò regni Assueri 7, mense 10. Tebeth, assumpta ad eum <i>Esthera</i> obtinuit benignita- tem &amp; gratiam coram eo, præ omnibus aliis virginibus: adeo ut imponeret coronam regiam capiti ejus, &amp; reginam constitueret loco <i>Vashti</i>. [Esth. II. 16, 17.] Unde, ut <i>Vashtim</i> esse <i>Atoffam</i>, ita <i>Estheram</i> <i>Aryssonam</i> virginem esse arbitramur; quam <i>Darium</i> ex uxoribus ma- ximè adamasse, ejusque imaginem ex auro solido compactam habuisse, narrat Herodotus. (lib. 3. cap. 88. cum lib. 7. cap. 69.) utrunque <i>Hadassa</i> alterum <i>Estheræ</i> nomen ad <i>Atoffe</i> appellationem multo propius accedere, &amp; <i>Aryssonam</i> sororem <i>Atoffe</i> ac Cyri filiam ab Herodoto sta- tuti, non ignoremus: sive <i>Persicas</i> genealogias minus illum percepisse putandum fuerit, sive ipsos <i>Persas</i> per invidiam genus <i>Estheræ</i> dissimulavisse.</p> <p>b. In novarum nuptiarum honorem, Assuerus convivium magnificum, <i>Estheræ</i> dictum, om- nibus principibus &amp; servis suis exhibuit; levamenta onerum provinciis concessit, ac dona lar- gitus est secundùm facultatem regiam. [Esth. II. 18.]</p> <p>3491 a. Jubilæus XIX.</p> <p>Hippias Atheniensium tyrannus, quarto ante exilium suum anno, sibi metuens, externa capiti circumspicere præsidia, indeque <i>Æantidæ</i> filio Hippoclis Lampfaceni tyranni filiam suam <i>Archedicem</i> in matrimonium dedit, quod eos in magna apud regem <i>Darium</i> autoritate esse videret. [Thucyd. lib. 6.]</p> <p>3494 b. Haman Amédathæ filius Agagæ (ex regia Amalekitarum stirpe ortus) Mordecaió Judæo ad- orare cum nolenti insensus, de tota gente illius (genti originis sue inimicissimâ, <i>Deuteron. XXV. 19.</i>) perdenda cogitat. Cui proposito exequendo diem prosperum indagaturus, ad <i>Agagis</i> <i>portæ</i> conversus, mense 1. Nisan, anno 12 regis Assueri, <i>pur</i>, id est fortem, coram se conjici jussit de die in diem &amp; de mense in mensem, usque ad mensem 12. Adar. [Esther. III. 1.-7.]</p> <p>d. Hippias, ante pugnam Marathoniam (in qua ipse senex cum Medorum copiis militavit) annis 20, Athenis à <i>Lacædæmonis</i> &amp; <i>Alcæonidis</i> exulibus: pulsus, <i>Sigeum</i> primo, fide ab Atheniensibus accepta, inde <i>Lampfacum</i> ad <i>Æantidem</i> generum suum, atque ab eo ad regem <i>Darium</i> profectus est. [Thucyd. lib. 6.] <i>Sigeum</i> verò, in Troadæ, <i>Pisistratus</i> Hippiæ pater, <i>Hegefirato</i> filio suo notho gubernandum tradiderat: quæ Hippiæ postea, &amp; <i>Pisistratarum</i> eo confugientium, postea sedes fuit. [Herodot. lib. 5. cap. 65, 91. &amp; 94.]</p> <p>3495 b. Haman menis Adare, quo prospera illi fors obtigisse videbatur, ab Assuero mandatum de toto Judæorum genere tollendo, impetrat. [Esther. III. 7.-11.]</p> <p>Mensis primi die 13. Susis propolita, &amp; in provincias omnes regi Assuero subjectas per cursores missa sunt Edicta, ut omnes Judæi, nulla aut ætatis aut sexus ratione habita, die 13. mensis 12. Adar occiderentur. [Ibid. 12.-15.] Quo intellecto, <i>Mardocheus</i>, <i>Esther</i>, &amp; universi Judæi, pro salute sua cum fleibus &amp; jejuniis Deo summissæ supplicaverunt. [cap. IV.] In cujus rei memoriam hodieque eorum posteris 13. die mensis Adar solenne observant jejunium, quod <i>Esthera</i> jejunium nominant.</p> <p><i>Esther</i> regem adit magnifico apparatu, ab eo benignè accipitur, Regem &amp; Hamanem invi- tat ad convivium semel iterumque. Haman <i>Mardocheo</i> crucem parat. [cap. V.]</p> <p>Assuerus fugiente per noctem somno annales recognoscens, insidias à <i>Bigthane</i> &amp; <i>Teresho</i>, aulicis duobus ex custodibus liminis, in necem ipsius paratas, per <i>Mordecaium</i> patefactas fuisse invenit: eumque, ob acceptum hoc ab eo beneficium, publicè regis honoribus affici jubet, idque per Hamanem capitalem illius hostem. [cap. VI.]</p> <p>Haman ab <i>Esthera</i> regina accusatus, in crucem <i>Mardocheo</i> præparatam agitur. [cap. VII.] Hamanis domus Regine traditur: &amp; <i>Mardocheus</i>, illius patruelis &amp; nutritius, novis dignita- tibus honoratur. [e. VIII. 1, 2.-15.]</p>	4199	515
		4200	514
		4201	513
		4204	510
		5205	509

	Mensis 3. Sivan die 23, Suis propofita, & in provincias 127. per curfores miffa funt edita regis Affueri; ut Judæis die 13 mensis Adar, ad cædem eorum ab Hamane prius conftituito, ubique liceret armis fe defendere, omneſque inimicos vim tentantes occidere, & ſpolia eorum diripere. Unde Sufis & in omnibus provinciis ingens oborta eſt lætitia: multique ex populis terra eis fe adjungentes, profelyti facti funt. [c. VIII. 9,--17.]		
3496	b. Mennis 12. Adar die 13, adveniente, Judæi eos impune fuſulerunt, qui in ipſos ex Hamanis decreto eodem die fuerant inſurrecturi in Suſano palatio hominibus 500. cum 10. filiis Hamanis, in provinciis verò hominibus 75000. interemptis: ſed conſulto ſibi à præda temperarunt. [c. IX. 1,--16.] Die 14: Provinciales Judæi, ab hoſtium cæde deſiſtentes, epulis & hilaritatibus ſefe dediderunt: qui verò Sufis commorabantur, alio vindictæ die à Rege conſeſſo, 300. homines trucidarunt, & 10. filiorum Hamanis cadavera è patibulo ſuſpenderunt. [c. IX. 13,--19.] Die 15, Judæi Sufis habitantes, ad epulas ac convivia converſi funt. [c. IX. 18.] A Mordecaio inſtituta eſt conſuetudo celebrandi feſtum <i>Purim</i> ſive <i>Sortium</i> quotannis die 14 & 15 mensis Adar, & ab Eſthera regina confirmata. [c. IX. 20,--32.] Suntque hæc hodie Judæorum Bacchanalia: in quibus hiftoriam Eſthera legentes, quoties mentio fit Hamanis, pugnis & malleis pulſant ſcamna in Synagogis.	4206	503
3500	Ex Naxo inſula quidam locupletes à plebe in exilium miſſi, ad Ariſtagoram confugiunt Molpagoræ filium, eundemque generum ac conſobrinum Hiſtiæi Mileti tyranni; quem loco ſuo civitatis gubernatorem ille requirerat, quum cum Darius per honoris ſpeciem Suſa ſecum abduceret. Ariſtagoras re cum Artaphernè, Hyſtaſpis filio, Darii fratre, Ionie præfecto, Sardibus communicata ſuadet illi, ut Naxum & quæ ex ea penderent, Parum & Andrum, cæterasque Cyclades inſulas Regi acquireret. Quo conſilio à Dario Sufis approbato; ad expeditionem ſequente vere ſuſcipiendam, ducentas naves inſtruxit. [Herodot. lib. 5. cap. 30, 31, 32.]	4210	504
3501	c. Artaphernes Megabatem Achæmenidem, ſuum ac Darii conſanguineum, Perſici exercitus ducem conſtitutum, cum 200. navibus Miletum mittit: qui aſſumpto ibi Ariſtagora cum Ionico exercitu Chium pervenit. Ubi rixa inter Megabatem & Ariſtagoram orta, in obſidione Naxi fruſtrâ quatuor conſumptis menſibus, uterque re infecta domum rediit. [Id. ibid. cap. 32, 33, 34.]	4211	503
3502	b. Anni 70. à captâ per Nebuchadneſarem Tyro hic terminantur: quot depreſſæ urbis illius conditioni ab Eſaiâ propheta assignati leguntur. [Eſai. XXIII. 15,--17.] Unde ea nunc ſui juris facta, uſque ad Alexandri Magni tempora, ab externo dominio libera permaniſſe videtur. Ariſtagoras Mileſius ſibi metuens, quia quod Artaphernè de ſubigenda Naxo receperat præſtare non poterat, nec exercitui ſtipendium exigenti dare; de defectione cogitare cæpit. Interim commodè contigit; ut Sufis ab Hiſtiæo ſervus quidam veniret compuncto notis capite, quibus Ariſtagoras monebatur, ut ipſe à Dario deſiceret, & Ioniam ad parem defectionem ſollicitaret. [Herodot. lib. 5. cap. 35. Polyæn. Stratagem. lib. 1.] Ariſtagoras, re cum ſuæ factionis hominibus communicata, eos in ſententiam ſuam perduxit: Hecateo hiftorico bellum adverſus regem Perſarum ſumendum fruſtra diſſuadente. Inde Jatrogaras Myuntem ab eis miſſus ad exercitum qui è Naxo reverſus agebat, præcipuos claffiariorum duces dolo cepit. Ariſtagoras, palam à Dario deſiciens, Mileſius libertatis quandam ſpeciem reſtituit, & ex reliquis civitatibus Ionie tyrannos ſuſtulit: deinde Lacedæmonem ad opem implorandam profectus, à Cleomene Spartanorum rege repulſam paſſus eſt. [Herodot. lib. 3. cap. 36, 37, 38, 49, 50, 51.]	4212	502
3503	a. Anno Darii 20, Nabonafari 246, mensis Epiphi ſecundum Ægyptios die 28, (Novemb. 19, deſinente) circa mediam noctem Eclypſis Lunæ Babylone obſervata eſt. [Ptolem. magn. Syntax. lib. 4. cap. 9.] Hippias Piſiſtrati filius, Sigeo in Græciam falſa reſtitutionis ſpe à Spartanis revocatus, Lacedæmone in Aſiam rediit: atque accuſatis apud Artaphernem Athenienſibus, ut Athenæ in Darii poteſtatem venirent, omnem operam dedit. [Herodot. lib. 5. cap. 91, 96.] Athenienſes, audientes ſe ab Hippia apud Artaphernem eſſe inſimulatos, mittunt Sardes nuncios ad diſſuadendum Perſis fidem habere exulibus Athenienſium. Sed juber eos Artaphernes, ſi ſalvi eſſe vellent, rurfus Hippiam recipere. Dum verò illi eam conditionem reculant, è Sparta Athenas veniens Mileſius Ariſtagoras ab eis 20 naves, Ionibus auxilio mittendas obtinuit, Melanthio illis præfecto, viro inter Athenienſes ſpectatiſſimo. [Herodot. lib. 3. cap. 96, 97.] Quas naves initium malorum Græcis pariter & Barbaris extiſſe, rectè notavit Herodotus. [Ibid. cap. 98.] Hæc etenim omnium deinceps inter Perſas & Græcos bellorum, in Perſici Imperii excidio tandem terminatorum, origo prima fuit. Ariſtagoras, Miletum revectus, Pæonibus, quos à flumine Strymone Megabazus Thraciæ præfectus in Phrygiam Darii juſſu tranſtulerat, reditum ad patriam perſuavit. Qui ſumptis liberis atque uxoribus, ad mare fuga ſe proripuerunt: nonnullis eorum præ metu illic remanentibus. Reliqui in Chium tranſmittentes, à Chiis in Leſbum, à Leſbiis in Doricum ſunt tranſportati; unde terreſtri itinere ſe in Pæoniam receperunt. [Herodot. lib. 5. cap. 98.]	4213	501
3504	Classis Athenienſium Miletum appulit: cui & in Mileſiorum gratiam quinque triremes Eretriorum ſe adjunxerunt. Ariſtagoras, ipſe Mileti remanens, Mileſiorum Charopino fratre ſuo	4214	500

Anno  
Mundi.

& aliorum Ionum Hermophanto duce constituto, adversus Sardes expeditionem fecit. Iones, cum Atheniensibus & Eretriis, classe Ephesum advecti, relictis navibus apud Coresum (quod est agri Ephesii; Sardes advennerunt: omniaque ejus urbis loca, præter arcem, quam Artaphernes ipse tutabatur, ceperunt & incenderunt; templo quoque Cybelæ simul deflagante. Lydis & Persis ex urbe in forum (cujus medium annis Pactolus interfluebat (confluentibus; & sese defendentibus; Iones metu percussi, ad Tricolium montem, atque illinc noctu ad naves se receperunt. Persæ qui intra Halyn domicilia habebant, Ephesi eos assecuti, in fugam verterunt: cum aliis multis occisis, tum Eualcide Eretriorum duce, qui donatus laurea in certaminibus fuerat, & a Simonide Ceo majorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui evasere, per urbes fuere dissipati. Athenienses vero desertis prorsus Ionibus, etsi per nuncios Aristagoræ magnopere rogati, negaverunt se auxilio deinceps futuros. [*Ibid. in cap. 99. ad 103.*]

Onesilus, seniore fratre suo Gorgo Salaminiorum rege urbe excluso & ad Medos fugere coacto, Cypriis omnibus ut à Medis desicerent persuasit, solis exceptis Amathusiis. Quos dum ille obsideret, de captis incensisque Sarcibus ad Darium perlatus est nuntius: quo iudicio, in Athenienses excaudescens, cuidam famulorum præcepit, ut sibi semper apposita cœna recideret; *Here, memento Atheniensium.* Deinde, admodum improvide, Histiazum & Susis Miletiun remisit; Ionici deinceps belli ducem contra se futurum. [*Ibid. cap. 104. 105. 106.*]

Iones Hellepontum invade, Byzantium ac ceteras circa urbes in suam potestatem redegerunt. Inde evecti, magnam Cariae partem in belli societatem adseverunt: nam Caimus, quæ prius societatem facere reculerat, ubi Sardes conflagrarunt, & ipsa Ionibus accessit. [*Ibid. cap. 103.*]

Clazomenis (quæ prius in insula, ut in libro primo docet Strabo, deinde per Isthmum Ioniam continentem juncta est) Anaxagoras philosophus Hegesibuli filius Olympiade LXX natus est: ut ex Apollodori Chronicis, notavit in Vita ejus Diogenes Laërtius.

Onesilo Salaminio Amathusios obsidenti nuntius affertor, Artybium Persam cum numerofo exercitu Cyprium petere. Ille Iones in auxilium advocat: qui cum magna statim classe ad eum se contulerunt. Persæ verò navibus Cilicia trajicientes, terrestri itinere Salaminem contenderunt, Phœnicibus classe circumventibus promontorium quæ *Claves Cypri* vocantur. Mox exercitus conflixere terrestresque: & classe quidem Iones eodie strenue pugnantibus superaverè Phœnices; Samiorum tamen præcipua virtus exitit. In terra autem, cæteris pugnando occupatis, Stesenor Curii tyrannus locios Curientes prodidit: statimque Salaminii, qui curibus vehabantur, idem fecerunt. Unde Cypriorum acie in fugam versa, cum aliis multi occubuerunt, tum verò Onesilus qui Cyprios ad defectionem induxerat, & Soliorum rex Aristocyprius illius Philocypri filius quem Solon Cyprium profectus inter tyrannos maxime versibus celebravit. Iones, ubi didicere res, Onesilo perditas, & ceteras Cypriorum urbes obsesas, præter Salaminem, eam autem Gorgo pristino regi Salaminios restituisse, in Ioniam redire maturaverunt. Civitatum autem Cypriarum diutissime obsidionem Soli pertulit: quam Persæ, quinto mense quam obsidere ceperant, circum suffosso muro expugnaverunt. Atque ita Cyprii, quum annum liberi fuissent, denuò in servitutem sunt redacti. [*Herod. lib. 5. in cap. 14. 108. ad 116.*]

Perfarum Satrapæ, qui Darii filias in uxores duxerunt, *Dawises, Hymees & Otanes*, persecuti eos Iones qui adversus Sardes expeditionem fecerant, postquam in naves repulerunt prælio victos, dehinc inter se partiti sunt urbes quas expugnarent. [*Ibid. cap. 116.*] *Dawises* quidem ad urbes in Helleponto sitas conversus, cepit Dardanum, Abydum, Percotem, Lampscum & Parson, singulis diebus singulis. Cui à Pæso ad urbem Parion contendenti nuntius adfertur, Cares cum Ionibus sentientes, à Persis defecisse: indeque converso itinere ex Helleponto adversus Cariam copias duxit. [*cap. 117.*] *Hymees* ad Propontidem conversus, cepit Cion Mysiæ. Quæ expugnata audiens *Dawisem* relicto Helleponto tendere adversus Cariam, omiſsa Propontide, in Hellepontum duxit exercitum. [*cap. 122.*] *Artaphernes* autem Sardiū præfectus, & *Otanes* tertius dux, adversus Ioniam confinemque Æolidem delecti imperatores, ceperè ex Ionia quidem Clazomenas, ex Æolia verò Cumam. [*c. 123.*] Quibus captis, Aristagoras Milesius cum suæ factionis hominibus de fugiendo deliberavit: Hecateo historico consulente, mœnia in Lero insula ædificanda, atque illic quiescendum, deinde illinc Miletiun esse remeandum. Sed Aristagoræ erat sententia Myrcinum, urbem inter Edones (ad Strymonem fluvium) ab Histiazio prius conditam, esse abeandam. Mileti igitur procuratore Pythagoræ, viro inter populares probato, demandata; ipse sumptis secum omnibus voluntariis in Thraciam navigavit, regionemque obtinuit ad quam concesserat. [*cap. 124. 125. 126.*]

Histiazus Mileti tyrannus, à Dario dimissus, Sardes venit: ubi ab Artapherne præfecto ex-citæ Ionice rebellionis insinuatulus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, & in Chium transiit. Ubi à Chiis, existimantibus illum à Dario ad res novandas fuisse missum, in vincula conjectus, & cognoscenribus deinde hostem fuisse Darii liberatus; literas Sardes per Hermip-pum Atarniteum de defectione procuranda ad Persas misit. Sed negotio per nuntium Artapher-ni patefacto, de Persis illis sumptum est supplicium. Histiazus itaque hac spe lapsus, exoratis Chiis, Miletum reductus est. Sed Milesii, libenter etiam Aristagora liberati, nullo pacto ani-mum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendum; libertate jam gustata. Atque adeo Histiazus sub noctem conatus introire Miletum, à quodam Milesio in femore vulneratus est. Unde, rejectus à patria, tursus se recepit in Chium. [*Id. lib. 6. initio.*]



3506

4216

490

Daurise Persa adversus Cares exercitum ducente, convenerunt illi ad columnas quæ *Alba* dicuntur, juxta anem Marlyam, Ubi Pixodarus Mausoli filius, vir Cindynensis, qui Syennesis Cilicum regis filiam in matrimonio habebat, illis consuluit, ut transmissis Mæandro flumen à tergo habentes, ita demum cum hoste congredierentur. Sed vicit altera sententia, quæ suavit, ut Persis potius à tergo Mæander esset; ut si Persæ fugerent, tamen in flumen incidentes, abire non possent. Ad anem igitur Marlyam Cares prælium confecerit cum Persis acie & diuturnum: in quo Persarum duo, Carum decem ceciderunt millia. Caribus verò ad Labranda in Jovis militaris templum fuga se recipientibus, & utrum sese Persis dederent an Asiam penitus relinquerent consultantibus, subsidio venerit Milesii cum sociis. Unde animati, cum invadentibus Persis concurrerunt: & quum diutius quam prius dimicatum esset, fugati sunt; multis cæsis, Milesiorum præcipue. Post acceptam calamitatem hanc Cares copiis reparatis denovo pugnaverunt. Audientes enim urbes suas invasum iri à Persis, insidias illis in via quæ in Mylalla fert collocaverunt; authore Heraclide Ibanolio, viro Mylallensi. In eas insidias Persæ noctu incidentes, obruncati sunt cum ducibus suis Daurise & Amorge & Sisamace, nec non Myrse Gygis filio. [*Herodot. lib. 5. à cap. 118. ad 121.*]

Hymeas Persa, in Hellepontum ducto exercitu, cepit Aëoles omnes qui oram Iliadem incolunt, & Gergithas qui ex præcis Teucris remanserant. Et quum has gentes cepisset, morbo decessit Troade. [*Ibid. cap. 122.*]

Histiæus Milesius, quum Chios ad tradendas sibi naves inducere non posset, trajecit Mitylenen: ubi Lesbii, ab eo persuasi, octo trirèmes armarunt; quibus cum illo Byzantium navigarunt. Ibi que subsidentes, Ionum onerarias naves, quæ è Ponto cursum tenebant, intercipientibus, præterquam eorum qui se Histiaeo paratos obsequi dicebant. [*Id. lib. 6. cap. 5. & 26.*]

Aristagora Milesio Myrcinum Edonum urbem obsidente, tam ipse quam ejus exercitus a Thracibus, tametsi illinc accepta fide excedere volentibus, interemptus est: ut in ipso fine libri 5. tradit Herodotus. Thucydides verò libro quarto hinc annos 61 numerat, ad Atheniensium coloniam cum Ageone Nicia filio Amphipolim deductam: quam anno quarto Olympiadis LXXXV. factam, in 12. Bibliothecæ suæ libro docet Diodorus Siculus. Ad quam temporis normam sexennii defectionis Ionice historia (in anno sequente terminata) à nobis hic digesta est.

3507

4217

497

Adversus Miletum ingens hostium exercitus terra marique inminebat. Duces enim Persarum coactis in unum copiis cuncti in eam contendebant; minoris cætera oppida facientes. Inter classarios promptissimi erant Phœnices cum quibus militabant & Cyprij recens subacti, & Cilices, & Egyptij. [*Herodot. lib. 6. cap. 6.*] Hujus impendentis discriminis mentio videtur facta in literis quæ tribuuntur Anaximeno Milesio (apud Diog. Laërtium in ejus Vita) ad Pythagoram, Crotonæ tunc agentem. ubi is, cum annos XX. egisset, Metapontum migravit, ibique decessit: ut ex Trogo, in lib. 20. cap. 4. refert Justinus. Olympiadis videlicet LXX. anno 4. (ut in Eusebij legitur Chronico) qui partem hujus, partem sequentis anni, occupat.

Ionum classis 363 navium fuit, Barbarorum 600. Aæces filius Sylofontis Sami tyrannus, alique similiter Ionice tyranni, qui ab Aristagora Milesio exuti principatu ad Medos perferant, suos quique populares à reliquis sociis abducere conati sunt. Navali pugna ad Ladam (quæ parva est insula urbi Milesiorum objacens) inter Phœnices & Iones inita, ex 68. Samiorum navibus, 50 ex acie excedentes domum redierunt: quod idem & 70. Lesbiorum naves, & Ionum pleraque alia fecerunt. Chii 100 navibus instructi, fortiter dimicaverunt; donec compluribus captis hostium navibus, pluribus suarum amissis, cum cæteris in terram suam perfererunt. Quidam verò eorum insequente hoste ad Mycalem fugientes, impactis terræ navibus, pedestri itinere noctu Ephesum pervenerunt, quum illic à mulieribus Thesmophoria agerentur. Unde accurrentes Ephesii Chios, fures fuisse suspicati, ex improviso occiderunt. Trium verò Phocensium navium dux Dionysius, captis tribus hostium navibus, abiit non in agrum Phocensem (probè sciens eum cum cætera Ionia direptum ire) sed ut erat, recta contendit in Phœnicem: ubi navibus onerariis spoliatis raptaque ingenti pecunia, in Siciliam navigavit. [*Herodot. lib. 6. à cap. 7. ad 17.*]

Persæ, victis pugna navali Ionibus, Miletum à terra atque mari obsederunt: suffossisque muris, & omni tormentorum genere admoto, funditus everterunt; sexto quam rebellaverat Aristagoras anno. [*Id. ibid. cap. 18.*] Milesiorum à cæde conservatorum quidam, una cum Samiis, in Siciliam coloniam duxerunt: [*cap. 22.*] reliqui Susa perducti sunt. quos rex Darius nulla alia pœna afficiens, collocavit in urbe Ampa ad mare quod circum vocatur sita, ubi fluvius Tigris eam præterfluens exit in mare. Agrum Milesium urbi circumjectum atque planitiem ipsi Persæ obtinere, montana Caribus Pedasensibus possidenda dederunt. [*cap. 20.*]

Statim expugnata Mileto Persæ Cariam cepere; civitatibus partim se ultro dederunt, partim vi adactis. [*Ibid. cap. 25.*]

Histiæus Milesius, audita urbis suæ clade, cum Lesbiis quos habebat, Chium navigavit; & Chios, superioris pugnae navalis damno jam confectos, facile subegit. Illinc cum multa Ionum & Aëolum copia adversus Thasum contendit. Cui Thasum obsidenti quum esset nunciatum Phœnices à Mileto Ioniam profectos esse, Thasum inexpugnatum relinquens, cum omnibus copiis in Lesbum transmisit. Inde verò, quod ejus copie sibi metuerent, in provinciam Atarnis trajecit, tanquam frumentandi gratia tam illinc quam ex agro Caico qui erat Myforum. Erat tum in illis locis Harpagus Persa, non parvi exercitus dux qui cum Histiaeo egresso in terram pu-

431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

Anno  
Mundi.

3508

3509

3510

4218

496

4219

495

4220

494

pede

- pedestres copias in Hellespontum ducentibus, ipse classe in Ioniam pervenit: & Ionum tyrannis abrogato imperio, statum popularem in civitatibus constituit. Classe deinde Thasios, peditatu Macedones subegit. Classis è Thaso Acanthum usque procedens, indeque solvens, dum montem Athon circumvertit, tempestate jactata, ad trecentas naves & hominum supra viginti millia amisit. Mardonium autem cum pedestribus copiis in Macedonia stativa habentem Thra-ces Brygi sub noctem invaserunt, & cum aliis multis ex eis occiderunt, tum ipsum Mardonium vulnerarunt. Qui hisce denum subactis, reduxit exercitum & in Asiam rediit, [ *Herodot. lib. 6. cap. 43, 44, 45.* ]
- 3511 Insequenti anno Darius Thasios, à vicinis insimulatos tanquam defectionem molientes, muros suos diruere & naves omnes in Abdera transportare coëgit. Deinde quid in animo Græci haberent, pugnare secum an sese dedere tentandum ratus, legatos per Græciam misit, Regiteram & aquam petere iussos: tributariis sibi maritimis civitatibus interim imperans, ut naves longas, & hippagogas quibus equi ferrentur, præpararent. Terram & aquam multi tum in continente tum in insulis Persæ dederunt: & inter primos Æginetæ. [ *Ibid. cap. 46, 48, 49.* ]
- 3512 Æginetæ, ut Græciæ proditores, à Cleomene Lacedæmoniorum rege bello petuntur. Orta inter eum & collegam Demaratum contentione Demaratus regno exutus, in Asiam ad Darium profugit: à quo magnificè exceptus, territorioque ac urbibus donatus est. [ *Ibid. cap. 49, 50, 61, 67, 70.* ]
- 3513 Anno Darii 31<sup>o</sup> Nabonafari 257<sup>o</sup>, mensis Tybi die 3<sup>o</sup> (nostri Aprilis 25<sup>o</sup>) dimidia ante mediam noctem hora, Lunare deliquium Babylone est observatum. [ *Ptolem. magn. Syriac. lib. 4. cap. 9.* ]
- Darius Mardonium, qui malè rem navalem gesserat, præfectura amovit, aliosque designatos duces adversus Eretriam & Athenas misit; Datin genere Medum, & Artaphernem ( Artabazum Equitum Aristophanis Scholiastes eum nominat ) Artaphernis fratris sui filium. His in maritima Ciliciæ planitie castra ponentibus, advenerunt nauticæ cœpiæ omnes, cum hippagogis navibus quas tributarii præparaverant: in quas introductis equis atque terrestri peditatu, sexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. [ *Herodot. lib. 6. cap. 94, 95.* ] Plato in Menexeno trecentas tantum naves, hominum quingenta millia memorat: quem milium numerum etiam Lysias retinet in Corinthiacorum auxiliatorum Epitaphio. Æmiliius probus in Miltiade, classem quingentarum navium, peditum ducenta millia, equitum decem fuisse scribit.
- 3514 e. Persæ, ex Samo solventes, ad Naxum appulerunt; utbenque & delubra incenderunt. Delo verò parcentes, ad alias insulas inde profecti, funebant illic tum copias tum liberos insulanorum obsides. Quod cum facere renuerent Carystii; tandiu obsessi sunt, donec in deditionem Persarum venerunt. [ *Herodot. lib. 6. cap. 95, 96, 99.* ]
- Persæ Eretria septimo obsidionis die potiti, & aliquot illie dies morati, in Atticam navigaverunt, ejusque magnam partem vastaverunt; ab Hippia Pisistrati filio demum deducti in campos Marathonios: ubi ab Atheniensibus & Plataensibus, Miltiadis ( qui in Thracia Chersoneso dominatum obtinuerat ) auspiciis profligati sunt; ex eorum parte 192 tantum, ex Persarum verò circiter 6400 occumbentibus. [ *Herodot. lib. 6. cap. 101, 102, 112, 117.* ] Victi Persæ in naves confugerunt: ex quibus multæ captæ sunt. Ducenta millia Persæ eo prælio, sive naufragio amiserunt. Cecidit & Hippas, tyrannus Atheniensis, auctor & concitor hujus belli. [ *Justinus ex Trogo lib. 2. cap. 9.* ] Universum verò Persarum exercitum trecentorum millium fuisse, Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. & sub initium Parallelorum suorum Plutarchus significat; sexcentorum millium Justinus & eum secutus Orosius; peditum centum, equitum decem millium, Æmiliius Probus in Miltiade. Atheniensium decem fuisse millia, & Plataensium auxiliarium mille, ait Justinus, cum Orofio: mille Plataensium adventu, decem totius exercitus millia completa fuisse Probus affirmat. Parta autem est celeberrima hæc victoria, Boëdromionis ( tertii à solstitio æstivo mensis Attici ) die sexto, ut in Camillo refert Plutarchus; Phanippo Athenis archonte, ut in Aristide habet idem: LXXII. videlicet Olympiadis anno tertio, quadriennio ante mortem Darii, ut in libro secundo sacre Historiæ Severus Sulpicius indicat. anno ante Xercis in Græciam transitum 10<sup>o</sup>, ut in 1<sup>o</sup> Historiæ suæ habet Thucydides, & in Corinthiacorum auxiliatorum Epitaphio Lysias; & ante pugnam Salaminiam, eodem mensè Boëdromione factam 10 annis completis, ut apud Platonem libro tertio de Legibus invenimus.
- Datis & Artaphernes in Asiam redeuntes captivos Eretrienfes Susa perduxerunt. [ *Herodot. lib. 6. cap. 119.* ] quanquam à Ctesia sit proditum, in prælio Marathonio Datin occubuisse, ejusque cadaver petentibus Persis denegatum fuisse.
- 3515 Darius Eretrienfes in conspectum suum adductos in Cissia regionis stathmo collocavit, cui nomen est Anderica; 210 stadiis procul à Susis. [ *Herodot. lib. 6. cap. 119.* ] De quibus videndus Philostratus, in vita Apollonii lib. 1. cap. 17.
- 3517 d. Cum per triennium majorem contra Græcos apparatus Darius in Asia instruxisset; quarto anno Ægyptii à Persis defecerunt. [ *Herodot. lib. cap. 1.* ]
- 3519 Darium expeditionem in Ægyptio & Atheniensis suscepturum, ex instituto Persarum, prius regni successorem declarare oportebat. Artozabanes ( Artemenes vel Ariamenes aliis dictus ) quem ex Gobria filia ante principatum Darius susceperat, primogenituræ jure sibi deferri regnum asserebat. Sed Xerces, à patre regnum jam obtinente, ex Atossa filia Cyri ( Persici imperii conditoris genitus ) Rex declaratus est. [ *Herodot. lib. 6. cap. 2. 3.* ] De quâ amica fratrum con-

Anno Mandi

certatione videndus Justinus, ex Trogo (lib. 2. cap. 10.) & Plutarchus in Artaxerxe, & Apochegmatib. & lib. *ἐπι οὐρανίου*.

Darius, declarato Xerxe rege, quum conaretur rebus apparatis exire in expeditionem, (jam jam scilicet in Græciam transiturus, ut sub initium libri in Bibliothecæ suæ refert Diodorus Siculus) proximo à defectione Ægyptiorum anno (ad finem tendente) supremum diem obiit, 36. annis regni expletis. [*Herodot. lib. 7. cap. 4.*]

Ei successit Xerxes, post Cyrum quartus rex Persidis: qui maximis suis divitiis confusus, subditos sociosque omnes concitavit adversus regnum Græciæ; secundum prophetiam, Danielis XI. 2. Quamquam non sua voluntate, sed Mardonii consobrini sui, (Gobriæ & Darii sororis filii) Aleuadarum Thessaliæ regum, Pisistratarum & Onomacriti Atheniensis sortilegi suasionibus, initio ad hoc bellum inductus est. [*Herodot. lib. 7. cap. 5, 6.*]

3520

Xerxes, secundo post mortem Darii anno (ineunte) adversus rebelles Ægyptios expeditionem fecit: quos subactos, & in arctiorem quam sub Dario fuerant servitutem redactos, Achæmeni fratri suo, Darii filio gubernandos tradidit. [*Herodot. lib. 7. cap. 7.*]

4230

484

Halicarnassi in Caria Herodotus historicus, Lyxi & Dryonis filius, in lucem est editus. Initio enim belli Peloponesiæ, annos 53 natum illum fuisse, ex Pamphila confirmat A. Gellius, lib. 15. cap. 25. Eo vero tempore, Artemisia Lygdamis Halicarnassæ filia, defuncto viro, pupilli filii (quem Pisindelum dictum fuisse, ex Suida colligitur in *Ἡρόδοτος* tyrannidem obrinens, Halicarnassæ, Cois, Nisyriis & Calydnis imperabat: quæ cum quinque navibus Xerxem paulo post in Græciam est sequuta. [*Herodot. lib. 7. cap. 99.*]

3523

Xerxes, cum triennii spatio per omnes ubique oras imperio suo subditas, Ægyptum, Phœniciam, Cyprum, Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Lyciam, Cariam, Myrtiam, Troadem, Hellepontum, Bithyniamque & Pontum, naves longas supra 1200 comparasset; dato mandato, ut ad Cumam & Phocæam ea cogentur, ipse, ex omnibus undique provinciis peditatu & equitatu contracto, è Susis tandem movit, sub initium videlicet anni quarti Olympiadis LXXIV licet Diodorus Siculus in libri XI initio, duorum annorum res gestas in unum compingens, sub sequentis Olympiadis anno primo ista referat. Herodotus, libri VII. cap. 21 apparatus hunc superiori triennio factum esse confirmat; sed in præcedente capite præmissa notatione alia, quæ cum exacta temporis ratione non potest consistere. *Αὐτὸ δὲ Ἀγρῆν ἀλάστωρ, ἐπὶ δὲ τῆς οὐρανίας ἐπέλας ποσειδῶνος ἐπὶ τῆς αἰθέρης ἡ γὰρ τῆς αἰθέρης τῆς οὐρανίας, ἡ μὲν δὲ ἐπὶ τῆς αἰθέρης, vel ut rectius (cum Valla interprete) legendum, ἀγρῆν ἐστὸν ἀπὸ τῆς οὐρανίας. Siquidem à debellata Ægypto per totum quadriennium Xerxes comparaverat exercitum, atque ejus apparatus, quinto autem anno ineunte, movit cum ingenti copiâ manu.* Revera enim, ineunte quinto non debellata Ægypti sed Imperii sui anno, Susis exercitum ille cepit ducere: ut minus accuratè Trogi epitomator Justinus (lib. 2. cap. 10.) eumque secutus Orosius (lib. 2. cap. 9.) quinquennium, imprudentissimè vero Julianus (oratione priori de laudibus Constantii) non minus quam decennium, in belli Græcæ apparatus insumpsisse Xerxem dixerit. Multo quidem verecundius sed non exquisitè tamen, junctis Darii & Xerxis operis decennale hoc spatium in *Βασίλειον* tribuit Libanius: cum à pugna Marathonica ad Salaminiam (quæ primo Olympiadis LXXV, anno ferè integro post Xerxis discessum è Susis pugnata est) 10 tantum decurrisset, ex Platone supra docuerimus.

4233

481

Criticali in Cappadocia coactæ sunt omnes terrestres Xerxis copię. Cum quibus ille inde profectus, transivisse Haly flumine, Celænas Phrygiæ urbem pervenit, ubi Pythius Lydus (qui Plinio, lib. 33. cap. 10. Bithynus est) Atysis filius cum totumque ejus exercitum magnificentissimo excepit hospitio. Hinc, Anava Phrygiam urbem prætergressus, & stagnum ex quo conficitur sal, Collossas Phrygiæ oppidum pervenit, ubi Lycus annis hiatum terræ subiens occulitur: indeque ad oppidum Cydra, quod est in Phrygiæ ac Lydorum confinio. Dein Mæandrum fluvium transiens, urbemque Callatebum præteriens, Sardes demum ingressus est; unde præcones in Græciam dimisit, qui terram & aquam (in signum deditiois) exposcerent. [*Herod. lib. 7. à cap. 26. ad 32.*]

Ad Eleutem Cherfoneis clasis habebat stationem: unde omnes copię sub verberibus ad perfodiendum isthmum montis Athos, qui 12 stadiorum erat, adigebantur, adjuvantibus etiam in effodiendo accolis; præpositis operi, Bubare Megabyzi, & Artachæo Artæi filio, viris Persis. Quorum opera intercisus est isthmus, ad mare recipiendum in fossam tantæ latitudinis ut duæ trirèmes pariter illac agitari possent. [*Id. ibid. cap. 22, 23, 24.*] Alia verò exercitus pars in iungendo pontibus Hellesponto occupata est. Est autem ex Abydo ad ulteriorem continentem septem stadiorum trajectus: quem pontibus junctum ingens adorta tempestas ea omnia dirupit atque dissolvit. Quod indignè ferens Xerxes, trecenta Hellesponto verbera infixi, & in ejus pelagus par compedum demitti, atque eis qui præpositi operi erant capita præcidi jussit. Deinde ab aliis architectis firmiores pontes perfici curavit. [*Ibid. à cap. 33. ad 36.*]

3524

Primo vere, Xerxes Sardibus, ubi hibernaverat, instructo cum exercitu profectus est Abydum versus. Cui moventi Sol in cælo apparere desit, quum nullæ nubes, verum serenissimus aër esset, & pro dienox exiit. Quo stupendo portento (naturale enim Solis deliquium hoc tempore Tabulæ Astronomicæ nullum nobis exhibent) Pythius Lydus perterritus, rogavit Regem, ut ex quinque suis liberis copiis ipsius adscriptis unum sibi natum maximum solatium senectutis relinquere. Is vero indignatus, illum ipsum medium discindi jussit, mediasque inter partes traduci exercitum. [*Ibid. cap. 105, 106.*]

4234

480

ci exercitum. [*Ibid.* cap. 37, 38, 39.]

Hermotimus, qui ex Pedasensibus super Halicarnassum genus ducebat, & apud Xerxem ex omnibus eunuchis plurimum poterat, in Atarneum Mysiæ agrum veniens, Panionium Chium mangonem, qui ipsum execuerat, cum uxore & liberis ad se accersit: patreque ut quatuor filiorum, & filiis ut patris sui genitahæ abscinderent adaçtis, mutilati corporis injuriam ultus est [*Id lib.* 8. cap. 105, 106.]

Xerxis exercitus è Lydia ad flumen Caicum & regionem Mysiam pergens; inde ad terram Iliensem pervenit: ubi sub Ida noctem agenti tonitrua & fulgura ingruerunt, & complures ex eo exercitu occiderunt. Deinde ad Scamandrum fluvium est ventum: quem aqua sua destituit, nec hominibus jumentisque potantibus suffecit. Eò Xerxes postquam pervenit, Priami Pergamum ascendit, loci visendi cupidus: ubi Minervæ Iliadi mille boves immolavit, & libamine Magi heroibus parentaverunt. His actis terror per noctem exercitum invasit: qui simulatque illuxit illinc movens, Abydon tandem pervenit. [*Id lib.* 7. cap. 42, 43.]

Hic Xerxem incessit cupido omnem exercitum oculis subjiciendi, itaque in prætorio quodam, quod ei Abydeni prius ab eo jussi è candido lapide in tumulo pro dignitate extruxerant, residens prospiciebat litus, & illic terrestres copias atque classem. Quam dum intuetur, subit eum cupiditas spectandi navale certamen. Id postquam est commissum, in quo Sidonii vicere, voluptatem Xerxes cepit, cum certaminis tum copiarum spectaculo. Et quem intueretur omnem Hellepontum navibus obductum, omnia litora atque Abydenorum plana hominibus referta; humanæ vitæ brevitate reputans, quod ex tanta multitudine ad centesimum annum nullus esset superfuturus, lacrymas profudit. [*Id. cap.* 44, 45 cum *Valer. Maxim.* lib. 9. cap. 13.]

Xerxes, Artabano patruo suo ad tutandam domum & regnum Susa prorege dimisso, ad transitum in Europam se paravit. Ubi exortus igitur sol est, ex aurea phiala libans in mare, apud Solem vota concepit, ne quid sibi adversi contingeret, quo prius desisteret Europam subigere quam ad illius terminos pervenisset. Hæc precatus phialam in Hellepontum abjecit, aureumque craterem, & Perficum acinacem. His actis, per alterum pontium, qui vergebat in Pontum, peditatus omnis equitatusque transivit; per alterum, qui vergebat in Ægeum, jumenta atque servitia: continuo septem dierum totidemque noctium spatio in transitu consumpto. Classis deinde extra Hellepontum occidentem versus ad promontorium Sarpedonis navigavit. Terrestres copie per Cheronesum Agoram profectæ, ad sinum Melana deflexerunt: ubi fluvijs illis cui idem est nomen non suffecit, sed alveum suum deseruit. Hoc fluvio transmissis, occidentem versus iter facientes, ad Doriscum Thraciæ litus pariter & campum ingentem, quem grande flumen Hebrus interfuit, castra posuerunt. [*Ibid.* à fin cap. 52. ad init. 59.]

c. In hoc litus appulsa classe ac subducta, terrestrem primum, deinde nauticum Xerxes iustravit exercitum. In priore, peditum Herodotus 170 myriades sive 1700000 [*cap.* 60.] equitum, præter camelos & currus, 8 myriades, sive 80000 [*cap.* 87.] fuisse refert: inter pedestrium copiarum duces, duos etiam Darii filios ex *Artystona* (quam nos *Estheram*, fuisse opinati sumus) susceptos commemorans; *Arsamem* Arabum & *Æthiopum* qui trans Ægyptum incolunt, [*cap.* 69.] & *Gobryam* Maryandorum & *Ligyum* & *Syrorum* ductorem. [*cap.* 72.] Diodorus Siculus pedestris exercitus supra 80 myriades, sive 800000 recenset: numeri ab Herodoto positi ne dimidiam quidem partem exprimens. Eum vero numerum quem pedestribus copiis Diodorus, universo Persico exercitui assignat Ctesias; 80 videlicet myriadam, præter currus. Iocrates in Panathenæico, in pedestri exercitu 70 militum myriadas, sive 700000 fuisse ait: quem totius similiter exercitus numerum fuisse, in Var. Histor. lib. 13. cap. 3. affirmat *Ælianus*. *Plinius* 788000 numerat, libro 33. cap. 10. ubi tamen pro Xerxis, *Darii* nominatus reperitur exercitus. *Trogi* abbreviator *Justinus*, & eum secutus *Orosius*, (*lib. 1. cap. 10.*) Xerxem septingentam illia de regno amavisse, & trecenta millia de auxiliis. *Æmilius Probus* (in *Themistocle.*) terrestres ejus exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuisse scribit.

3551

Triremes inito numero 1207 fuerunt: quarum 300 Phœnices præbuerunt, cum Syris qui Palestinam incolunt; ut ait Herodotus, [*lib. 7. cap. 89.* *Palestina* nomine, maritimum Syriæ tractum, & quicquid Ægypto tenus est, se intelligere subjiciens. quam & *Syriam Palestinam* vocatam esse alibi dicit: *lib. 3. cap. 91.*] & incolas habere circumcisos. [*lib. 2. cap. 104.*] Inter reliquas enim gentes Persico Imperio subditas, erant & Judæi: quos cum Xerxe contra Græcos militavisse, etiam ex illis *Chæri* poetæ confirmare conatur *Josephus*, lib. 1. contra Apion.

Τὸ δ' ὄπδιν δὲβαια ἦρος θανμαστὸν ἰδὼν,  
Γλαύκῳ δὲ Φοίνικος ἀπὸ στρατὸν ἀρίστη·  
ὄρωσ' ἢ ἐν Σολύμοις ὄρησιν πλατὴν \* πηρὸς λίμνην,  
Ἀρχμαλίῳ κερταῖς ἐπὶ ἄκρῳ εἶδεν· αὐτὰρ ἵππεδιν  
ἵππων δὲ πρὸς ἀρῶσιν ἐδόξεν εἰσακλιότα κρητῆ.  
Hujus miranda specie gens castra secuta,  
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.  
Sedes huic Solymi, montes, stagnum prope vastum,  
Tonsa caput circum squalenti vertice, equini  
Exuvias capitis duratas igne gerebat.

quæ de Judæis intelligenda, sentit etiam clarissimus *Salmastius*, (in *lingue Hellenisticæ Osiologio*: licet *Scaliger*, (in *Notis suis ad fragmenta*) *Cunæus* (libro 2. de *Republ. Hebræor.* cap. 18.)



Anno  
Mundi

& eruditissimus Bochartus, [in Geographia sua sacra parte 2. lib. 1. cap. 6.] de Pisidiæ Soly-  
mis accipienda esse contendant.

Præter triremes verò istas 1207. lembos 30. aut 30 remorum, & actuaria navigia, & alia  
minuta, atque hippagogas equis vehendis accommodatas, ad trium millium numerum per-  
uenisse, addit herodotus. [lib. 7. cap. 97.] Diodorus Siculus, triremes plures quàm 1200.  
fuisse ait, hippagogas 850, & onerarias triginta remis instructas 3000. Apud Æschylum in  
Persis, navium numerum Nuncius ita enarrat:

Ἐξήκοντα (καὶ τὰς οὐκ ἴσμεν) χιλιάς τε ἑκατόν  
\* Ἄν' ἵππων πλοῖα καὶ ἑκατόν τε τριήρων  
Ἐξήκοντα δὲ ἄλλων, ἑκατόν δ' αὖτ' ἵππων ἑξήκοντα.  
Xerxi, scio, naves erant certò quidem mille.  
Verum ducenta & septem erant celeres  
Supra modum: sic obtinet rumor volans.

\* Νεὴν πλ. apud  
Plutarch. in The-  
mistocl.

sive naves universas mille tantum fuisse voluerit; ex quibus 207, ut celeritate præstantes,  
præcipue celebrarentur; sive, utroque numero conjuncto, 1207. omnino fuisse; quod &  
cum singulari navium ab unaquaque gente suppeditatarum enumeratione ab herodoro facta,  
& cum generali summa ab eodem proposita, exacte convenit. Ad priorem sententiam ac-  
cedit Ctesias & in prima Verrina Cicero: ad posteriorem Isocrates in Panegyrico & Pana-  
thenaico, & Lylias in Epitaphio, numero rotundo, 1200. naves fuisse referentes. Orofius  
præter rostratas naves 1200, onerarias etiam 3000 fuisse narrat. Nam navium decies centum  
millium numerum, qui in libris Iustini legitur, vitiosum esse, non est quod quisquam dubitet.

In navibus 1207. ex Asia profectis, viros fuisse 241400. conjecturam facit herodotus,  
200. viros singulis navibus assignans: præter 30. in unaquaque Persarum Medorumque ac  
Sacarum epibatas; qui 36210. numerum efficiunt. Reliquis vero illis 3000. navigiis viros  
ascribit 240000: singulis 80. sic attribuens, ut in quibus plures erant compensarent ea in  
quibus erant pauciores. Ita classis universa hominibus constaret 517610. Quibus addito  
terrestrium copiarum numero, peditum 1700000, equitum 80000, Arabumque qui camelos  
& Libyum qui currus agitabant quasi 20000, universus nauticus simul & terrestris ex Asia  
contractus exercitus numerum esseret 2317610, præter servitia quæ sequebantur, & eos qui  
in frumentariis vehebantur. [Herodot. lib. 7. cap. 184.]

Xerxes è Dorisco in Græciam tendens, ut quosque populos adibat, secum militare coge-  
bat. [Id. ib. c. 108.] Unde ad classem illius navium 120. facta est accessio: in quibus virorum [sin-  
gulis 200, ut superius, tribuendo] 24000. numerus fuisse existimatur. Terrestris exercitus in-  
crementum triginta myriadum, sive 300000, fuisse opinatur herodotus [licet Diodorus Siculus  
paulo minus 20. myriadibus fuisse dicat:] indeque Europæarum simul & Asiaticarum Xerxis  
copiarum summam ad 2941610. militum numerum pervenisse. Quo etiam non minorem sed ma-  
jorem fuisse existimat famulitij numerum, eorumque qui frumentariis in navigiis erant, & qui in  
aliis navibus unâ cum militibus vehebantur: ut si vel duplicaretur prior illa summa, fieret nume-  
rus eorum, quos per mare ad Sepiadem & per terram ad Thermopylas Xerxes duxit, 5283220.  
Nam mulierum pinfentium & concubinarum & eunuchorum numerum nemo pro comperto  
queat dicere: ac ne impedimentorum quidem, aliorumque jumentorum sarcinatorum, neque  
canum Indicorum exercitum comitantium, præ multitudine quisquam inire numerum possit.  
Ut mirum non videatur, quorundam annuum fluentia tot hominum myriades defecisse, [Id.  
ibid. cap. 185, 186, 187.] juxta Juvenalis illud, Satyr. 10.

Defecisse amnes, epotaque flumina Medo  
Prædente

neque etiam mirum, Isocratem in Panathenaico & Plutarchum in Parallelis, 4000000, Xer-  
xem in Græciam secutos tradidisse.

Neque verò in tanto numero ullus erat, qui aut specie aut magnitudine corporis cum  
ipso Xerxe posset contendere, tanquam dignior qui illud imperium obtineret: si herodoto cre-  
dimus. [l. 7. c. 187.] ut quemadmodum Saul in populo Israëlítico, [I Sam. X. 23. 24.] ita & hic  
ἄλλος ἄλλοις περυσίδος habuisse vilis fuerit. Et tamen si regem spectes, (inquit ex Trogo Justinus)  
divitiar, [Daniel. XI. 2. prædictas] non ducem laudes: quarum tanta copia in regno ejus  
fuit, ut cum flumina multitudine consumerentur, opes tamen regia superessent. Ipse autem pri-  
mus in fuga, postremus in prælio visus est: in periculis timidus; sicubi metus abesset, inflatus.

Leonides Lacedæmoniorum rex, cum quatuor Græcorum millibus, in angustiis Thessaliæ  
faucibus quæ ab aquis calidis Thermopylæ sunt dictæ, 300. Xerxianorum myriadibus se oppo-  
suit: ut ex Epitaphio eorum liquet, quod ab Herodoto [l. 7. c. 228.] memoriæ habetur traditum,

Μυριάδων τὰς τρεῖς ἑκατοντάς τετρακκίοντα  
Ἐκ Πηλοποννησίου χιλιάδες ἑκατόν.  
Myriades quondam vulere hic Marte trecentas  
Mille quater Pelops de regione viri.

Myriades 300. efficiunt 3000000, quot universo Xerxis exercitui in 10. στρατοῦ τικῶν Theo-  
doretus attribuit. Apud Diodorum Siculum lib. 11. in hoc epigrammate, [pag. 26. edit.  
Græcolat.] pro τριπλοῦσι, leguntur δισκοῦσι, id est, 2000000. quum idem tamen [pag. 5.]



in toto exercitu paulo minus 100. myriadibus sive 1000000. fuisse prius dixerit; & de hac ipsa pugna Thermopolitana speciatim agens, [pag. 9.] quingentos viros in centum myriadas impetum fecisse significaverit. Eandem tamen historiam ex Trogo narrans Iulianus, [lib. 1. cap. 11.] *sexcentos viros castra quingentorum* [vel. ut apud Orosum legitur, *sexcentorum*] *millium irrupisse*; & Isocrates in Archidamo, illorum mille barbarorum *septingentis millibus* obviam ivisse scripsit. Quos vero 1000. Isocrates, 600. Justinus & Orofius, 500. Diodorus numerat, illi Graecorum sunt intelligendi quos, ceteris sociis dimissis, ad extremum conflictum secum retinuit: in quo & omnes simul cum eo fortiter occubuerunt; ex Spartanis quidem 309, ex Thespiensibus & Thebanis reliqui. [Herodot. lib. 7. cap. 222, 224.] Quorum vicem rependerunt viginti hostium millia hic occisa. [Id. lib. 8. cap. 24.]

Per eisdem dies quibus terrestria ad Thermopylas, etiam navalia praelia ad Artemisium Eubaeae promontorium sunt gesta. [Id. ibid. cap. 15.] Eurybiades Lacedaemonius communi Graecorum classi hic praefuit, ex navibus 271. [praeter 9. quinquegenum remorum navigia] constanti; quartum 127. ab Atheniensibus & Plataensibus suppeditatis refert Herodotus, [ibid. cap. 1.] quum ipsorum Atheniensium proprias 60. tantum fuisse, dicat Isocrates in Areopagitico Communem tamen classem 300. navium, & earum 200. Atheniensium fuisse, narrat Aemilius Probus in *Themistocle*. Ancipiti Marte utrinque decertatum fuisse, produnt Herodotus, Diodorus & Probus: licet Perfas clade hic affectos, & Isocrates in Panegyrico & Aelianus in *Variæ hist.* lib. 2. cap. 27. retulerit. Tempus tamen diei *sexti Thargelionis* [secundi vernalis mensis Atheniensium] rei gesta ab Aeliano hic assignatum, cum narratione Herodoti non satis convenit: qui *media aestate* [à vere videlicet inchoata] hæc acta fuisse docet, [lib. 8. cap. 12.] quo Olympiacus agon inter medios bellorum strepitus, à Graecis actus est. [Ibid. cap. 26.] Olympias nimirum LXXV. quæ bellum Graeciae Xerxem intulisse, praeter alios, etiam in libri 7. Romanarum Antiquitatum initio testis est Dionysius Halicarnassensis.

d. Quatuor post trajectum Hellepontis mensibus, Xerxis exercitus in Atticam perveniens, Athenas desertas cepit, Calliade tum archonte. [Herodot. lib. 8. cap. 51.] quo etiam magistratum illum gerente, Anaxagoram Clazomenium, Anaximenis Milefij auditorem, quum annos tantum viginti natus fuisset, Athenis philosophari coepisse, ex Demetrii Phalerei Archontum descriptione, refert in illius *Vita Laërtius*: ex Ionia, ut in libro 1. *Stromatum* notat Clemens Alexandrinus, philosophia Athenas translata, eo videlicet tempore, quo à Pisistrato & Atheniensibus congestam *librorum copiam Xerxes, Athenarum potius, urbe ipsa praeter arcem incensa, absculisse, asportavisseque in Persas*: in lib. 6. Noct. Attic. c. 17. refert A. Gellius. cui *arcem* tamen ab incendio hic excipienti non facile assentiendum, quum totam illam *acropolim* incensam Herodotus, [lib. 8. cap. 53.] & Ctesias; atque quod in eâ fuerat *templum Minervæ* dirutum fuisse Diodorus confirmet.

Quo magis penetrabat in Graeciam Xerxes, eo plures eum nationes sequebantur: *Melienfes, Dorienses, Locri, Boeoti, Carystij, Andrij, Tenij, &c.* Quibus supplementis priorum jactura ita resarcita fuisse existimantur: ut non minori numero vel pedestres copiae vel nauticae ad Salaminem & Athenas promotae fuerint, quam ad Sepiadem atque Thermopylas. [Herodot. lib. 8. cap. 66.] Quo spectant & superius citati versus illi Aeschylis, in pugna Salaminia, naves 1000: vel 1207. Xerxi tribuentes: & quod refert Ctesias, Perfas pluraquam mille naves in ea habuisse, ut Plutarchi, in libello de gloria Atheniensium, locum taceam; de Salaminia Themistoclis victoria, mille navigiorum naufragiis constante. A Graecis vero multo plures ad Salaminem contractae sunt naves, quam ad Artemisium: triremes videlicet 380. quarum 16. tantum Lacedaemonij, 180. Athenienses praebuerunt. [Idem ibid. cap. 42, 43, 34, 48, 82.] De Atticarum navium numero convenit Plutarchus, in *Themistocle*: ut locum ex herodoti lib. 8. [cap. 61.] Diodori Siculi lib. 15. huc non advocem, de Atheniensibus in bello Xerxico 200. naves *παρασκευασμένας* possidentibus: Aeschylus univervum Graecarum navium numerum in pugna Salaminia 300. fuisse ait, cum 10. eximia nota aliis: licet 700. Ctesias illis tribuat. Ex horum navibus, inter dimicandum XL; Xerxianorum vero supra CC. perisse, praeter naves una cum viris captas, scribit: quum Perfas naves 500. amissas affirmet Ctesias. [Diodor. Sic. lib. 11.] Artemisia autem regina Halicarnassi, quæ in auxilium Xerxi venerat, inter primos duces bellum acerrime ciebat: quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneret. [Justin. lib. 2. cap. 12.] adeo quidem, ut & ipse Xerxes hac occasione dixisse feratur: *Viros extitisse sibi feminas, feminas autem viros.* [Herod. lib. 8. cap. 88.]

Ita, ductu quidem Eurybiadis Lacedaemonij sed Themistoclis Atheniensis consilio & prudentia, parva est ipsa Marathonica non inferior victoria Salaminia. In cujus tempore designando, admodum inconstans Plutarchus deprehenditur: quippe quam in *Vita Lysandri* & in libello de gloria Atheniensium, ad *Munychionis* [primi mensis vernalis Attici] diem 16. in *vita vero Camilli*, ad *Boedromionis* [tertij mensis aestivi] diem 20. ille retulerit. Nempe in sinu Saronico, quem Salaminicum ab aliis dictum in libro 8. testatur Strabo, inter Aginam & Salaminem insulam, Artaxerxe Memore apud Perfas regnante, inter 10. Lacedaemoniorum triremes quibus Gorgopas, & 13. Atheniensium quibus Eunomus praefuit, ad Zosterem Atticae isthmi promontorium nocturnam pugnam factam fuisse legitur. *Mou-*

Anno  
Mundi.

μαρτυρῶν ὅτι οὐδὲν οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο, ἢ τὸ ἐπιπέσειν τῶν πλοίων ἐπὶ τὴν γῆν, ὡς ἀπαρτῶν ὄντων ἀπὸ  
 Ἀργίας ἐπὶ τὴν ἑσπέρην τῶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρης ἐπὶ τὴν ἑσπέρην ἐπὶ τὴν ἑσπέρην. *Commissio navali ad lunam pre-  
 lio, quatuor triremes Gorgopas capit, usque religatis ad suas, in Aginam revertitur. Ceteræ  
 naves Atheniensium fugi se in Piræum receperunt: ut in 5. Græcar. Historiar. lib. refert  
 Xenophon. Quum vero 16. mensis illius Lunaris Attici die, quo ex improvise classulam Atti-  
 cam adortus est Gorgopas, plenilunium factum fuerit: cujus beneficio ex imminente periculo,  
 cum quatuor tantum navium jactura, illa evaserit: eum diem deinceps Lunæ, quam Artemidis  
 sive Dianæ nomine colebant, Athenienses consecraverunt; indeque Putarchus, poste-  
 riorem hanc naumachiam Salaminiam cum Xerxiana confundens, in libro de gloria Athenien-  
 sium per errorem ita scripsisse. Τὴν δὲ ἑσπέρην τῶν Μενελάου ἑπτακλῆς ἡσπέρην, ἐπὶ τῆς  
 ἑσπέρης ἐπὶ τῆς ἑσπέρης ἡσπέρην ἐπὶ τῆς ἑσπέρης. *Decimam sextam Manticionis Dianæ  
 consecraverunt, quod ea die vincentibus ad Salamina Græcis Dea pleno orbe affulsit. Circa 20.  
 enim Boëdromionis diem Salaminiam victoriam à Xerxe fuisse reportatam, & ab ipso Plutar-  
 cho, ἐπὶ τῆς ἑσπέρης ἡσπέρης, in tractatu de Diebus, ab ipso Camillo citato] demonstratum est: & ex  
 Herodoti historia manifeste apparet. Eo enim tempore Eleusinia Mysteria ab Atheniensibus  
 celebrata fuisse, in libri 8. cap. 65. ille elare indicat quorum diem maxime solemnem 20. Boëdro-  
 mionis, quo mystica Jacobi pompa educebatur, [ex eodem Plutarchi Camillo] fuisse constat  
 Unde, quum ab insequendo fugientem hostem Athenienses suos avertere vellet Themistocles,  
 hac oratione ad eos usum idem narrat herodotus. [lib. 8. cap. 109.] *Nunc quidem in Græcia  
 manentes, & nostri ipsorum & domesticorum nostrorum curam geramus; & unusquisque domum  
 suam respiciat, & sementi scdulo det operam; Barbaro prorsus ejecto: quum autem Ver appetet  
 in Hellespontum & Joniam navigemus.* [Herodot. lib. 8. cap. 109.] Quod sane argumento est,  
 non in Veris principio, sed in Ætatis fine, Persas ad Salaminem fuisse debellatos.**

Post pugnam Xerxes Phœnicum, qui primi fugerant, maxime fontes vita mulctat; cæ-  
 terisque dignam meritis pœnam interminatur. Quarum minarum metu perterriti Phœnices,  
 tum quidem in Atticam contendunt, sed nocte postera in Asiam transmittunt. [Diodor.  
 Sicul. lib. 11. ad ann. 1. Olymp. 75.] pluresque naves, non minus sævitiam Regis quam hostem  
 timentes, domum dilabuntur. [Justin. lib. 2. cap. 12.]

Xerxes, clade Salaminia territus, filios suos cum custode eorum hermotimo Ephesum  
 ducendos Artemisiam halicarnassi reginæ committit. [Herodot. lib. 8. cap. 103, 107.]

Cleombrotus Lacedæmonius [Leonidæ, qui Thermopylis occubuit, frater] ut Persis  
 aditum in Peloponnesum intercluderet, Isthmum muro muniendum curavit. [Id. ibid. c. 71.]  
 Sacrificanti vero adversus Persam quum Sol in cælo obscuratus esset, copias quæ murum  
 extruebant rediit, non diu post vita functus. Cui successit filius ejus Paulanias, Plistar-  
 chi pueri Leonidæ geniti patruelis & tutor. [Idem lib. 9. cap. 10.] Solarem verò eclipsim  
 digitorum 8, & minutorum 32, Octobris Juliani die 2. horâ 1. minut. 32. post meridiem,  
 calculus Prutenicus exhibet.

Themistocles, ut Xerxem quamprimum ex Græcia amoliretur, ex Salamine fictum  
 illi nuntium misit, decrevisse Græcos hellespontum classe petere, & pontes ejus intercin-  
 dere. Quo accepto, percussus ille, quamprimum ex Europa in Asiam trajicere statuit  
 [Herodot. lib. 8. cap. 110. Diodor. Sic. lib. 11. ad ann. 1. Olymp. 75. Plutarch. in Themistocle.]

Xerxes è Græcia fugiturus, classem suam è Phalero hellespontum versus præmittit, ad  
 custodiendas rates quibus pertransiret; & Mardonio cum terrestribus copiis eum comitante  
 in Thessaliam ipse properat. [Herodot. lib. 8. cap. 107, 113, 115.]

Mardonius cum Xerxe in Thessaliam veniens, ex universis copiis peditum & equi-  
 tum 30. myriadas, sive 300000, delegit, quos ad subigendam Græciam secum retinuit:  
 cum quibus, quia intempestivum anni tempus erat belligerari, in Thessalia hyemavit.  
 [Ibid. cap. 113, 114.] Eundem numerum militum cum Mardonio relictorum ex Trogo etiam  
 habet Justinus, [lib. 2. cap. 14.] & Plutarchus in Aristide: licet eum Diodorus non mino-  
 rem 40. myriadibus fuisse scribat.

Hoc interim tempore Lacedæmonij, jubente Delphico oraculo, caduceatorem ad Xer-  
 xem mittunt, qui eorum nomine pœnas necis regis sui Leonidæ ab eo reposceret. Quibus  
 ille dedit responsum: Mardonium tales eis pœnas redditurum, quales illos decerent. Dein-  
 de, Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad hellespontum ire maturavit; nullam propemo-  
 dum copiatum partem secum ducens, sed hydarni ad hellespontum post se deducendam  
 committens. [Herodot. lib. 8. cap. 114, 115, 118.]

Pedestres vero illas copias famis primum, deinde & pestis excepit: tantaque sceditas  
 morientium fuit, ut viæ cadaveribus implerentur; alitesque & bestię, illecebris sollicitatæ,  
 exercitum sequerentur. [Ibid. cap. 115. Justin. lib. 2. cap. 15.]

In Asia. Bosphori Cimmericij regnum per annos 42. Achæanaactæ, qui vocantur, ob-  
 tinuerunt. [Diodor. Sic. lib. 12. ad ann. 3. Olymp. 85.] ab Archæanaactæ Mitylenæo originem  
 ducentes; quem ex veteris Ilij lapidibus Sigæum subtruxisse ferunt. [Strabo, lib. 13.]  
 4. Intra 45. dies ad Hellespontum trajectum Xerxes pervenit: ut refert herodotus. [lib. 8.  
 cap. 115.] Tertiam temporis illius partem demit Amilius Probus, in vita Themistoclis:  
 qua sex mensibus iter fecerat, [tantam enim moram in Europa Xerxes fecerat] eadem mi-  
 nus diebus triginta in Asiam reversum fuisse scribens.





Xerxes, solum pontem hybernis tempestatibus offendens, piscatoria scapha trepidus trajecit. Erat res spectaculo digna, & æstimatione fortis humane, retum varietate miranda, in exiguo latente videre navigio, quem paulo ante vix æquor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministerio, cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant. [*Fustini. ex Trogo. lib. 2. cap. 13.*]

Pedestres copiarum, Xerxem secuta, pontem similiter tempestate dissolutum invenientes, Hellespontum navibus trajecere ad Abydum. Ibi copiosiore quam in itinere comiteaturo adepti, nulla moderatione sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interierunt ex iis qui de exercitu superfuerant: cæteri cum Xerxe Sardes pervenerunt. [*Herodot. lib. 8. cap. 117.*]

Xerxes, quum Sardes proficisceretur, misit Megabyzum ut templum Delphicum diriperet: illoque id recusante, Matacas eunuchus mittitur; qui, re confecta, ad Xerxem reversus est. [*Ctesias.*]

Nuncius per angaros Susa perlatus Xerxem Athenis positum esse, tanta Persarum voluptate affecit; ut omnes vias myrto consternerent, & per eas odores incenderent, & ipsi in sacrificiis ac gaudiis versarentur. Secundus autem de clade Salamina ita eos consternavit; ut universi vestes dilaniarent, vociferationeque & ejulatu irrequieto uterentur. [*Herodot. lib. 8. cap. 99.*] Quem luctum graphice in Persis suis expressit Æschylus.

Classarius Xerxis exercitus qui superfuerat, ubi à Salamine fugiens attigit Asiam. Rege cum aliis copiis è Chersoneso Abydum traducto, apud Cunas Æoliarum hyemavit. [*Herodot. lib. 8. cap. 130.*]

Artabazus Pharnabazi filius, cum 60. militum millibus à Mardonio acceptis Xerxem ad Hellespontum trajectum comitatus, quum jam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat; ut pote Mardonio per Thessaliam Marcedoniamque hybernante, nec alias copias obire curante. Cumque Potidaetas, cum Pallenenis aliis, à Xerxe defecisse comperisset, & Olynthios mox defecturos suspicaretur: & Potidaeam & Olynthion obsedit. Capta verò Olyntho, Bottieisque habitatoribus trucidatis, urbem Critobulo Toronæo origine Chalcidensi regendam tradidit. [*Id. ibid. cap. 126, 127.*]

Persas tres jam menses Potidaeam obsidentes ingens æstus maris excepit; qui in Pallenen coëgit eos recedere: plurimis tamen eluvie illa absorptis, multis etiam nando servare se conantibus per Potidaetas adnavigantes interemptis. Eos autem qui superflites fuerant Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. [*Ibid. cap. 129.*]

b. Primo vere, Xerxianæ classis reliquæ, quæ Cumis in hybernis fuerant, ad Samum transferunt, ubi nullæ naves hyemaverant. Ejus classis plerique epibatæ erant ex Persis & Medis; ducesque supervenerant, Mardontes Bargæi, & Artayntes Artachæi filius: qui ibi subsistentes, Ioniam à defectione cohibebant, trecentas naves cum Ionis habentes. [*Ibid. cap. 130.*] Diodorus verò naves, quæ è Samo Ioniam observabant, plures quàm 400. fuisse affirmat. [*ad ann. 2. Olymp. 75.*]

Græcorum classis, navium 110, Leotychide rege Spartano & Xanthippo Atheniense ducibus, Æginam profecta est. Quo advenientes Ionum nuncij, oraturi Græcos ut ad ipsos liberandos in Ioniam navigarent, ægre exoratos Delon usque perduxerunt. [*Herodot. lib. 8. cap. 131, 132.*] Idem verò Diodorus eos, in Ægina dies aliquot commoratos, in Delum inde cum 250. triremibus navigavisse scribit.

c. Xerxes Celænis in Phrygia regiam & arcem extruxisse dicitur. [*Xenophon. Κύρου ἀνάκτορος. l. 1.*]

Mardonius Athenas adhuc desertas petiit, decimo mense postquam fuerant à Xerxe captæ: usque incensis, & ædificiis quæ supererant dirutis, ad regionem Megarensis exercitum duxit; occidentalissimum Europæ terminum, ad quem Persica hæc processit expeditio. [*Herodot. lib. 9. cap. 3, 13, 14.*]

d. Ad Græcorum classem in Delo permanentem venerunt è Samo legati, orantes, uti Græci & ipsos & Græcos Asiæ incolas à Persarum servitute liberarent. Leotychides Spartæ rex, habito super hoc Ducum consellu, cum illis decernit, urbes Græcorum liberandas esse: & inita cum Samiis societate, Samum applicantes, classem ad templum Junonis locavere, sese ad prælium navale apparantes. [*Id. lib. cap. 89, 91, 95. cum Diodor. Sic. lib. 11.*]

Persicæ classis duces in Samo hærentes, audita Græcorum in se expeditione, cum se ad pugnam navalem impares esse viderent, Phœnissas quidem naves abire permisissent, cum cæteris verò ad Mycalen Ioniarum promontorium navigarunt: ubi peditatus agebat, præcepto Xerxis ad tutandam Ioniam relictus, numero 60000, duce Tigrane, omnium Persarum & specie & statura eminentissimo. Ibi juxta Cereris Eleusiniæ templum subductas naves munimento circumdederunt: & saxis stipitibusque & circum munitiones depactis sudibus se instruxerunt. [*Herodot. lib. 9. cap. 95, 96.*] Nihiloque segnius interim ex Sardibus & locis finitimis copias terrestres accersiverunt: ita ut ad 100000. cogerentur. Res quoque aliæ, quas belli usus efflagitat, ut in promptu essent, providerunt; Iones etiam ad hostem defecturos suspicati. [*Diodor. lib. 11.*]

Equestri pugna ad Erythras Bœotiæ inter Græcos & Persas commissa, occubuit Persarum dux Masistius, à Græcis Macisius dictus, summo cum suorum luctu. [*Herodot. lib. 9. cap. 20, 22. & Plutarch. in Aristide.*]

Græci, duce Pausania Lacedæmonio Cleombroti filio, ad Plateas in Bœotia Persarum

copias dissiparunt. Eas 12. myriadam, sive 120000. fuisse scribit Ctesias; 22. myriadam, id est, ducentorum millium pedum & viginti millium equitum, *Emilius Probus in Pausania*; 30. myriadam circiter, sive 300000. *Plutarchus in Arifide*. Quibus 30. myriadibus, & Græcos Mardonij auxiliares addit *Herodotus*: quos ad quinque myriadas fuisse, ille coniectat. [*lib. 9. cap. 31.*] *Diodorus Siculus [ad ann. 2. Olymp. 75.]* Mardonium ait, præter eos quos a Xerxe acceperat, ex Thracia & Macedonia & sociis urbibus supra viginti myriadas contraxisse, & in universo exercitu quasi 50. myriadas, sive 500000. numeravisse. In Græcorum castris 7300. tantum Ctesias nominat: quum solorum Atheniensium octo in eo fuisse millia *Herodotus & Plutarchus* confirmant, & universus Græcorum exercitus vel 10. myriadam sive centum millium fuerit, ut *Diodorus Siculus, Trogus Pompeius & Orofius*, vel 11. myriadam sive 110000, ut *Herodotus [lib. 9. cap. 29.]* tradidit. Ex his vero 1360. tantum in pugna cæcos fuisse refert [*in Arifide*] *Plutarchus*: licet plures quàm 10000. *Diodorus* numeret.

Perficarum copiarum summus Præfectus Mardonius, regis [non Xerxis, ut in *Pausania* innuit *Emilius Probus*, sed patris ipsius *Darij*, ut ad annum M. 3510. supra est ostensum] gener, in prælio cecidit; ab *Aimnesto* vel *Arimnesto* nobili Spartano lapide percussus. [*Herodot. lib. 1. cap. 63. Plutarch. in Arifide. Pausan. lib.*] Neque enim audiendus Ctesias, qui eum vulneratum aufugisse, & cum a Xerxe ad diripiendam *Apollinis* ædem missus esset, reverente ingenti grandine oppressum interisse narrat, quamquam & ex *Trogo Justino*, & ex *Justino Orofius*, victum Mardonium veluti ex naufragio cum paucis profugisse referat.

Sublato duce, Persæ cæteraque multitudo ad ligneum castrorum suorum murum effugiunt: eoque demum expugnato, plusquam decem eorum myriades, sive centena millia, frustra hostium implorata misericordia, trucidantur. [*Diodor. Sic.*] Unde, ex 30. eorum myriadibus exceptis quatuor cum quibus *Artabazus* aufugit, ne tria quidem hominum millia cædem evaserunt. [*Herodot. lib. 9. cap. 69.*]

*Leotychides* Græcorum Dux ad *Mycalen* perveniens Ionibus qui in exercitu Persarum erant ad defectionem sollicitatis, & illorum & suorum opera memorabilem obtinuit victoriam; simul cum *Mardonte* classarij & *Tigrane* pedestris exercitus duce, plus 30. Persarum millibus interemptis. Duo verò alij classarij exercitus duces, *Artayntes* & *Ichramites*, effugerunt: qui evaserant aliis ad cacumina *Mycæles* se recipientibus. [*Id. ibid. à cap. 97. ad 104. cum Diodoro. lib. 11.*]

Et juxta *Cereri Eleufinæ* templa, & eodem ejusdem mensis die, pugna ad *Platæas* in Europa diluculo diei gesta est, & vespere apud *Mycælem* in Asia. Tantamque famæ velocitatem fuisse ferunt, ut per tantum spatij, tam brevi horarum momento, de *Platæensi* victoria rumor ad Græcos in *Mycæle* pugnaturos accesserit. [*Id. ibid. cap. 99. 130. cum Justino. lib. 2. cap. 14.*] quamquam *Diodorus* rectius *Leotychidem* nihil tum de *Platæensi* victoria audivisse, sed ex industria commentum hoc ad animandos suos milites, stratagematis loco, adhibuisse censuerit. Diem verò illum sextum fuisse *Thargelionis* (secundi mensis vernalis Attici) refert *Aelianus [Var. histor. lib. 2. cap. 25.]* quem melius *Plutarchus, Boëdromionis* (tertij æstivi mensis) diem vel tertium, [ut in *Camillo*, & *lib. de gloria Atheniensium*,] vel quartum, [ut in *Arifide*,] fuisse tradidit. Ita anno à Xerxis transitu, secundo, pugna ad *Mycælen* gesta est. [*Herodot. lib. 7. cap. 80.*]

*Ionia* à Persis defecit. [*Herodot. lib. 9. cap. 103.*] una cum *Molenibus* & *Insulanis*. [*Diodor. Sic. lib. 11.*]

Græci, Persarum navibus & castris ad *Mycælen* crematis, in *Samum* reversi, de gente Ionica (& *Molica* etiam, ut *Diodorus* addit (ex Asia (in qua Persarum violentiæ nimis videbantur futuri obnoxij) in Græciam transferenda consularunt. Athenienses autem veriti, ne *Iones* sui coloni ad universos Græcos jus coloniarum transferrent, ut in Asia manerent persuaserunt: promittentes se, ut jure cognationis devinctos, ipsorum auxilio nunquam defuturos. [*Herodot. ibid. cap. 105. Diodor. ibid. ad ann. 2. Olymp. 75.*]

Græci cum *Samiis*, *Chiiis*, *Lesbiis* ac cæteris *insulanis* qui secum militabant societatis fœdere inito, dataque & accepta fide cum jurejurando, se permansuros in societate nec ab ea descituros; è *Samo* *Hellepontum* versus navigantes, primum circa *Lectum* promontorium stationem habuerunt, à ventis intercepti. Inde solventes, *Abydum* tenuerunt: & quum pontes, quorum præcipue causa illuc ierant, credentes se adhuc eos intentos esse inventuros, reperissent solutos, *Leotychides* *Lacedæmonius* cum sociis suis *reloponnesiis* domum rediit; Athenienses verò & dux eorum *Xanthippus* (cum sociis, ut addit *Thucydides*, ex *Ionia* & *Helleponto* qui jam à Rege desciverant) in *Chersonesum* trajicientes, *Sestum* obsidebant. Præfuit autem illi provinciæ Xerxis præfectus *Artayctes* Persa, homo nefarius: & in urbem, validissimo muro munitam, contulerunt se cum alijs ex alijs circa oppidis, tum ex *Cardia* *Oebazus*, vir Persa, qui arma è pontibus illuc comportaverat. [*Herodot. ibid. cap. 105, 113, 114, 115.*]

*Artabazus* *Pharnacis* filius, qui cum militum quibus præfuit quatuor myriadibus (40000.) è pugna *Platæensi* se subduxerat, per *Rhodium*, *Thessaliam* & *Macedoniam*, properavit ad *Thraciam*: ac regionem mediterraneam præciciens, pervenit *Byzantium*; multis sociorum itinere relictis, qui vel à *Thracibus* obruncati, vel fame atque labore fuerant enecti. Ex *Byzantio* verò navigijs transmisit in *Asiam*. [*Id. ibid. cap. 65, 69, 76, 88.*]

Pauci verò illi qui ad *Mycæles* montis cacumina profugerant, *Sardes* se receperunt, ubi

Xerxes adhuc agebat. In eo itinere, cum Masistes Darii Hytasp. filius Artayntem, (classiarum exercitus ducem, superius commemoratum) inter alia probra, muliere ignaviozem in bello illo gerendo se exhibuisse dixisset; stricto acinace ob id ab illo petitus, interponente se Xenagora Halicarnassæo, à præsentè periculo liberatus est; Xenagora à Xerxe, ob fratrem servatum, totius Ciliciæ præfectura donato. [*Ibid. cap. 106.*]

Sardibus autem tunc agens Xerxes, uxorem fratris Masistis, quæ illic erat, deperibat: quam cum de adulterio frustra sollicitasset, hujus & fratris sui filiam Artayntam Dario filio suo descendit; sperans hac ratione commodius se illa potiturum. Contractoque matrimonio, aliisque ex consuetudine celebratis, domum reversus est: [*Ibid. cap. 107.*] parte exercitus ad bellum cum Græcis continuandum Sardibus relicta. [*Diodor. Sicul. ann. 2. Olymp. 75.*]

3 5 2 6 Xerxes in fuga sua Oraculum Didymei Apollinis in Branchidæ (ut & alia templa Asiæ omnia, præter Ephesum) incendit. Branchidæ, quod Dei sui thesauros tradidissent, una abiverunt; ne sacrilegii & proditionis penas dare cogentur. [*Strabo. lib. 14. cum Solino. cap. 40.*]

Xerxem Susa profectum esse Herodotus, Ecbatana concessisse Diodorus significat. Ex Babylone ad Persas abiisse scribit Ctesias. In urbe Babylone templum Beli & cætera Babyloniorum loca sacra eum è Græcia reversum subvertisse, in libro septimo expeditionis Alexandri Artianus auctor est. Beli quoque ibi sepulchrum ab eo fuisse eversum, apud Strabonem [*libro 16.*] & statuum ex auro solido 12 cubitorum ex illius templo ab eo fuisse sublata, Sacerdote qui eam loco dimovendam prohibuerat interempto, apud Herodotum [*libro 1. cap. 183.*] legimus.

Atheniensibus Sestum obsidentibus, quum advenisset autumnus, & murus expugnari non posset; de obsidione solvenda consultatum est.

Verum obsessis tanta fame laborantibus, ut funibus lectorum elixis vescerentur; sub noctem, cum alii Persæ, tum Artayctes & Oebazus à muris delapsi fugam cepissent. Postquam illuxit, Cherstonitani è turribus rem Atheniensibus indicaverunt, portasque patefecerunt. [*Herodot. lib. 9. cap. 116, 117.*]

Quum magnum numerum Barbarorum, qui capti Sesti & Byzantii fuerant, focii Cimonia Atheniensi dividendum commisissent: ille unam partem nuda corpora constituit, alteram quæ illi gerebant corporibus ornamenta posuit; quam focii reliquissent, ea Athenienses fore contentos dictitans. Socii, Herophyto Samio suadente, ornamenta ut longè majoris pretii delegerunt; Atheniensibus captivorum reliquerunt corpora, male ad laborem comparata. Verum brevi post amici & propinqui eorum qui capti erant, ex Phrygia & Lydia venientes, singulos grandi pretio redemerunt. Unde classem quatuor menses Cimon aluit: insuperque non parum Republicæ ex redemptione illorum auri superfluit. Ibi tum Cimonia solertia admirationi cepit esse: Athenienses autem longè pluribus acceptis pecuniis, focios quibus ipsi prius ridiculi visi fuerant deriserunt. [*Plutarch. in Cimone. Polyæn. Stratagem. lib. 1.*]

Oebazum in Thraciam fuga elapsum Thraces Absinthii Plestoro Deo suo immolaverunt; comitibus ejus aliter interfectis. Artayctem cum suis ad Ægos fluentia captum duxerunt Sestum: & in littore in quo Xerxes trajectum junxerat, (vel, ut alii aiunt, in tumulto urbi Madyto imminente) depactis humi asseribus suspenderunt; filio ejus ante patris oculos lapidibus obruto. His actis, Athenienses in Græciam remeaverunt portantes tum alias pecunias, tum vero arma pontium, tanquam apud templa reposituri. Nec aliud præterea quippiam gestum est per eum annum. [*Herodot. lib. 9. cap. 118, 119, 120.*] Zanthippus, præsidio urbi imposito, focios dimisit & cum civibus ipse Athenas rediit. Atque ita bellum Medicum, quod vocatur, cum per biennium durasset, hoc eventu terminatum est. [*Diodor. Sic. lib. 11. ad ann. 2. Olymp. 75.*]

Bagapates eunuchus, cum septem annos sepulchro Darii assedisset, mortuus est. [*Ctesias.*]

4 2 3 6 Megabyzus uxorem suam Amytim, Xerxis & Amestris filiam, adulterii insimulat quæ idcirco acriter à patre reprehenditur. [*Idem.*] quum ipse interim pater in incesto adulterio volubundus totus jaceret. Ab uxore enim fratris sui Masistis ad eorum filiam, eandemque nurum suam, Artayntam amore converso; nefaria illius consuetudine Susis quotidie fruebatur. [*Herodot. lib. 9. cap. 107, 108.*]

3 5 2 7 Paulanias, Cleombroti filius, dux Græcis à Lacedæmone missus ut Græcæ urbes Barbaricis adhuc præsidii occupatas liberaret, navibus 20 (50 habet Diodorus) è Peloponneso ductis, & sociorum Atheniensium 30 aliis (quæ Aristidis imperio regebantur) adjunctis, in Cyprum expeditionem fecit; multasque ibi civitates, quæ à Persicis adhuc præsidii tenebantur, servitute exemit. [*Thucidid. lib. 1. Diodor. Sicul. ad ann. 4. Olymp. 75.*]

Xerxes Natalis regni sui festum celebrans, fratris sui Masistis uxorem peteati Amestri conjugii suæ donavit: quæ eam mamillis, naribus, labris, lingua mutilatam remisit domum. Unde Masistes, confestim inuito cum liberis consilio, ad Bactrianam provinciam, cujus ipse erat præses, profecturus, eamque cum Sacis ad defectionem inducturus, in itinere à copiis Xerxis cum liberis & toto comitatu trucidatus fuit. [*Herodot. lib. 9. à cap. 108. ad 112.*] Bactrianam vero illam satrapiam Hytaspis filio suo Xerxes concessit. [*Diodor. Sicul. ad ann. 4. Olymp. 78.*]

3 5 2 8 Paulanias, capto post discessum ex Cypro Byzantio, Persas urbem tenentes, & inter eos Xerxis quosdam necessarios & propinquos ibi captos (profugisse eos sparso rumore) omnes Regi sine aliorum sociorum conscientia remisit. Hæc omnia per Gongylum quendam Eretriensem agebat: quem etiam cum literis ad Xerxem misit, in quibus ipsius filiam sibi conjugem dari

Anno  
Mundi.

3529

3530

3531

4239 473

4240 474

4242 473

petit, & vicissim se Spartam & reliquam Græciam ipsi subiecturum esse pollicitus est. Lætus ad eum confestim rescripsit Xerxes per Artabazum Pharnacis filium: quem in maritimam regionem idcirco misit, ut consilia sua cum eo commodius posset communicare Pausanias. Atque eum in finem Dacelytidis provincie præfecturam illi demandavit; Megabate, qui præfuerat, revocato. Cumque hinc insolentior factus Pausanias more Persico vitam institueret, & sociis acerbè ac tyrannicè imperaret: major eorum pars, maximè Iones & quicumque regia nuper servitute liberati erant, ad Atheniensium ductum se receperunt. [Thucyd. lib. 1.]

Pausanias à sociis accusatus, Byzantio à Lacedæmoniis Spartam revocatus est: ubi de privatis quibusdam criminibus condemnatus, à crimine proditoris absolutus est. Hellepontis vero præfectura exutus, ipse privatim accepta tirene Hermionica, in jussu Lacedæmoniorum, eo profectus est; ut sub specie Græci belli sua cum Xerxe consilia ageret. Ab Atheniensibus vero Byzantio vi ejectus Spartam non rediit. Colonis autem in Troade subsistens, iterum ad eos delatus est; quod & cum Barbaris consilia ageret, & non optima de causa moram faceret. Quare secundo Spartam ab ephoris revocatus, in carcerem conjicitur. Sed cum se juri sisteret, rursum dimissus est. [Id. ibid.]

Translato à Lacedæmoniis, ob odium Pausaniæ, ad Athenienses, voluntate sociorum, principatu Græciæ sub titulo ulciscendarum regionum statuerunt illi, quas civitates pecunias conferre adversus Persam, quas naves, oporteret: Græciæ & Asiæ civitatibus tributum cupidè ad præsidium salutis suæ conferentibus. Pecuniarum vero summa primum constituta fuit 460 (non, ut apud Diodorum legitur, 560) talentorum; in Delo insula, ut communi æratio, quottannis deponenda. [Thucyd. lib. 11. Justin. lib. 16. cap. 3. Plutarch. & Emil. Prob. in Vita Aristidis.]

Pausanias, proditus ab Argilio amasio suo, cui literas ad Xerxem ultimas Artabazo deferendas tradiderat, fame necatus est. [Thucyd. lib. 1. Emil. Prob. in Pausania.]

Artabanus, natione Hyrcanus, satellitum regiorum princeps, (qui apud Xerxem maximam obtinebat auctoritatem, quemadmodum ejus pater Artasyras apud Darium obtinuerat) communicato consilio cum regis cubiculario Mithridate eunucho (Spamitrem vel Aspamitrem appellat Ctesias) amicitia & cognationis necessitudine sibi obstricto, in Regis cubiculum cum septem robustissimis filiis ab eo introductus, Xerxem noctu jacentem in lecto jugulavit. Deinde profunda adhuc nocte ad Artaxerxem properans, à Dario (qui trium Xerxis filiorum natu erat maximus) quo maturius regno potiretur, patrem occisum fuisse finxit, (quod & Alianus, lib. 13. cap. 3. credidisse videtur:) impulitque illum ut fratrem regis satellitibus otruncandum traderet. [Ctesias. Diodor. Sic. Justin. lib. 3. cap. 1.]

Ita Artabani opera regno potitus est Artaxerxes. [Ctes.] qui lenitate atque animi celsitudine præcelluit; Μυρογόγης sive Longimanus nominatus, quod manum dexteram haberet altera longiorem. [Plutarch. in vita Artaxerxis sui.] Septem vero primi imperii illius menses in Eusebii Chronico, ipsi Artabano attribuantur: quod tanto tempore procuratoris, ut videtur, nomine sub Artaxerxe regnum ille administrasset. Etsi enim mox post Xerxis & Darii filii cædem Artabanum interfecit Diodorus innuat: aliquantum tamen temporis intercessisse, & Ctesias & Justinus pleniore hujus historię narratione satis indicant.

Themistocles Atheniensis, ut consiliorum Pausaniæ de prodenda Persiæ Græcia ad necem quæsitus, & ob id à Græcia fugere coactus, Pydnæ (in Therniaico Macedoniæ sinu navem onerariam in Ioniam iter facientem conscendit: quæ tempestate in Atheniensium exercitum Naxum obsidentem delata est. Nauclero igitur pecuniarum pollicitatione Themistocli conciliato, nocte ac die supra exercitum in salo ad anchoras navis constitit; indeque Ephesum salva appulit. [Thucyd. lib. 1. Emil. Prob. in Themistocle. Polyan. Stratagem. lib. 1.] Plutarchus refert, Themistoclem Cumam delatum, multos sensitse rei maritimæ præfectos insidias ad se capiendum tendere, ( præcipuè Ergotelem & Theodorum ) quod præmium Rex in caput ejus ducenta talenta pronunciaisset: ideoque Egas Eolicum oppidulum confugisse, ibique paucos dies apud Nicogenem delituisse; qui Eolum erat locupletissimus, & principibus qui circa Regem erant familiaris. Lytheiden hunc Diodorus nominat; tantarumque opum fuisse addit, ut omnem in transitu Xerxis exercitum convivio exceptum lautè tractaverit. Hospitiis verò hujus opera, Themistoclem, in curru undique oblecto, ( ut pellices Regis & magnatum vehendi apud Persas mos erat ) tutum in Persiam iter habuisse, uterque narrat: licet cum Persa quodam ex maritima regione eum ascendisse tantum dicat Thucydides. Ex Epheso vero Sardes trium dierum, ex Sardibus Susa trium mensium iter esse, ostendit Herodotus. [lib. 5. cap. 50, 53, 54.]

Artabanus vitæ Artaxerxis insidias struens, consilium suum cum Megabyzo ( qui jam ob suspectam adulterii uxorem suam Amytin, Artaxerxis sororem, mœrore affectus erat ) communicat: fidemque mutuo datam jurejurando firmant. Sed re tota Megabyzi indicio prodita, Artabanus ea morte qua Artaxerxes erat afficiendus afficitur: atque adeo quæcunque in Xerxem Dariumque perpetrata fuerant patefiunt. Aspamitres quoque ( vel Spamitres eunuchus ) qui cædis Xerxis ac Darii conficius fuerat, acerbissimo genere mortis, adhibitis videlicet per scapham tormentis ( quæ à Plutarcho in Artaxerxis vita describuntur ) plectitur. [Ctesias.] Pro Megabyzo Justinus Bacabasum, in societatem concilii assumptum hic nominat; & modum cædis Artabani ita enarrat. Artaxerxes, verens Artabani numerum filiorum in posterum diem paratum

I. Vffer. Annal. p. pr.



esse armatum exercitum jubet, recogniturus & numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaque cum inter ceteros ipse Artabanus armatus assisteret, Rex simulat se breviorum loriceam habere; jubet Artabanum secum commutare: exuenient se, ac nudatum, gladio traiecit. Ex quo loricea modulo obiter notandum, Artaxerxem, non modo adolescentem sed etiam puerum admodum à Justino dictum, ita adulta tum fuisse ætate, ut deinde septimo imperii anno filiorum pater esse potuerit: quod Scriptura sacra [Exr. VII. 23.] confirmat.

Post Artabani mortem, eorum qui cum illo conjurarunt, & Persarum aliorum pugna oritur; in qua cadunt tres Artabani filii, & graviter Megabyzus vulneratur. Quem casum Artaxerxes, ejusque sorores Amytis (Megabyzi uxor) & Rhodogune, ac mater Amestris ingenti luctu profecuti sunt: atque adeo vix tandem hæc Apollonidis medici Coi opera, summam adhibentis diligentiam, mortis periculo liberatur. Desciscunt ab Artaxerxe Bactra, aliusque item præfectus Artabanus: & æquo Marte pugnatur. Ita Ctesias: cujus illud, *ἢ ἢ οὐρανὸς ἀλλος Ἀρταξέρξης* vel *Ἀρταξέρξης*, ambigüe scriptum est. Vel enim quod ex Henr. Stephani interpretatione a nobis hic est positum significare potest; alium à Bactrianorum Satrapa interfectum Artabanum hunc: vel Bactrianum Satrapam fuisse ipsum Artabanum, sed alium ab Artabano illo, cujus mortis proximè facta fuerat mentio. Si posterior admittatur sensus, ad posteriora tempora referenda fuerit hæc de Bactrorum defectione historia: si prior, ad præsentia. Hac enim tempestate Hytaspem Xerxis filium Bactrianorum Satrapiam administrasse, ex Diodoro Siculo; eumque medium inter Darium & Artaxerxem fuisse genitum, ex Ctesia didicimus. Et quum juniorem fratrem in imperio sibi prælatum ille cerneret; ut Bactrianorum & aliorum fociorum auxiliares copias ad suum jus recuperandum ille cogeret, rationi nemini videbitur non esse consentaneum.

Olympiadis LXXVI, anno quarto (eodem de quo nunc agimus) Themistoclem in Persas fugisse, in Chronico suo notat Eusebius: traditioni Thucydidis satis convenienter, qui inter Naxiorum obsidionem & nobilem illam Cimonis de Persis ad Eurymedontem partam victoriam Themistoclis ad Artaxerxem adventum statuit; simulque ipsius Artaxerxis imperii initium intra eosdem terminos collocat. Ait enim Themistoclem literas tum dedisse ad Artaxerxem *ἢ ἢ βασιλεῦς, nuper regnare incipientem*; quibus & amicitiam illius expetierit, & operam suam adversus Græcos obtulerit. Unde verum initium imperii Artaxerxis eruitur; eo quod vulgo est receptum toto ferè novennio antè. Plutarchus refert, ex Phania Themistoclem ab Artabano Chiliarcho ad Regem introductum fuisse; & ex Eratosthene, Chiliarchi gratiam pellicis ipsius opera, quæ mulier erat Eretrica, obtinuisse. Sed quæ Artabanus ille fuerit, non explicat; utrum is qui imperium affectans ab Artaxerxe est occisus, an alter ille ejusdem nominis Satrapa ex Ctesia jam commemoratus, an verò Artabanus, cui regni tutelam à Xerxe in Europam transituro commissam fuisse ante septennium annotavimus. Si enim primus ille accipiendus, intra septem primos Artaxerxis menses Themistoclis adventus, juxta Eusebianas rationes, esset includendus: si vero alius, ad aliquam aliam anni primi imperii ipsius partem ille referri posset; quod etiam Thucydidis loco, de Artaxerxis regno nuper incepto, abundè satisfecerit. Chiliarchi verò qui secundum gradum imperii tenebat, munus fuisse, admittendos ad Regem introducere; ex Emilio Probo in Conone, & Alian. lib. 1. Var. histor. cap. 21. notum est.

Themistocli à Rege humaniter accepto novum à Mandane Darij Hytaspides filia creatum fuisse dicitur periculum. Hæc liberis suis in pugna Salaminia orbata, Rege primum frustra sollicitato, primos quoque Persarum multis precibus ambit, & multitudinem tandem ad irrogandum Themistocli supplicium concitat. Inde, concursu in regiam facto, Rex sententia Senatûs se rem totam permissurum permittit: & tempore sat longo ad præparationem judicii concessio, Themistoclem à præsentè discrimine liberat. [Diodor. Sic. lib. 11.]

3 5 3 2 Secunda inter Persas & Bactrianos commissa pugna, quum in Bactrianorum faciem ventus spiraret, vincit Artaxerxes, & in ejus ditionem universa Bactria concedit. [Ctesias.] 4 2 4 2 4 7 1

Themistocles, cum per anni spatium linguam Persicam, quantum fieri poterat, perdidicisset, & instituta moreque regionis percepisset; non solum objecta crimina diluit, sed etiam tantam apud Regem gratiam consecutus est, quantam non aliis unquam Græcorum. Adhibuit, enim eum etiam venationibus & domesticis oblectationibus: ita ut ad matrem quoque Regis Amestrin admitteretur, eaque uteretur familiariter. Uxorem quoque Persicam ei dedit, nobilitate, forma & morum honestate præditam: servorum præterea numerum ad ministeria, & poculorum omnis generis copiam, ceteraque ad usus quotidianos, imò ad voluptates etiam & delicias accommoda, largitus est. [Thucyd. lib. 1. Diodor. Sic. lib. 11. Plutarch. in Themistocle.]

Quum Demaratus Lacedæmonius (qui cum Xerxe à Græcia reversus est) magna in offensa apud Regem fuisset, quod ut more regum, directam capite Tiaram gestans, curru vectus Sardes intraret, stultè postulasset: Themistocle intercedente, reconciliatus illi est. [Plutarch. in Themist. cum Seneca, lib. 6. de Benef. cap. 31.]

Magnesia provincia præfectus Themistocles, in minorem Asiam redit. [Thucyd. lib. 1.] Insidias in itinere ab Epixye Persa superioris Phrygia satrapa & Pisidis ipsi positas, monente Dindymena Deorum matre (ut ipse circa meridiem dormiens somniavit) effugit: cui ideirco Magnesiæ templum condidit, ejusque filiam suam Mnesiptolemam creavit sacerdotem. [Plutarch. in Themist.] vel uxorem suam, ut alii volunt. [apud Strabonem, lib. 14.] Ut splendidus

Anno Mundi.

verò Themistocles in Asia viveret, donavit illi Rex Magnesium ad Maandrum, quinquaginta quotannis talenta pendentem; ad panes ipsi suggerendos; Lampfacum ad Hellepontum, unde vinum sumeret; & Myuntem juxta Mæandri ostia positam, ex qua obsonium haberet. Duas adjiciunt ex Troade alias Neanthes Cyzicenus, Phanas & Athenæus, (lib. 1. cap. 17.) Perco- ten & Palæscelin, ad strata & vestimenta suppeditanda. [Thucyd. lib. 1. Diodor. lib. 11. Plu- tarcb. & Amil. Prob. in Themistocle.]

3533 Cimon, Miltiadis (quo duce apud Marathonem pugnatum est) filius, Græcorum contra Persas Dux ab Atheniensibus constitutus, cum 200. triremium classe è Piræeo egreditur. Postea Ionum & quotquot erant sociorum navibus adscitis, trecentarum numerum explevit. Cum tota igitur classe Cariam petit; ubi quicquid maritimarum erat urbium, à Græcis illuc deductarum, à Persis subito defecit; cæteras ab indigenis possessas, & præsidii adhuc Persicis obnoxias, vi summa Cimon oppugnavit. Subactis urbibus Cariæ, quæcunque in Lycia erant eodem victoriæ cursu in fidem recepit. Cumque subinde illis, qui ad societatem Atheniensium se ad- junxerant, naves imperaret; factum est; ut magno classis numero augetur. [Diodor. lib. 11.]

4243 471

Persæ copias terrestres ex gentibus suis conscribebant: nauticarum verò è Phœnicia, Cypro Cilicia, delectus agebant. Summus Persici exercitus imperator erat Tithraustes, Xerxis filius nothus. [Id. ibid.] Eum classi regis præfuisse tradit Ephorus, terrestribus vero copiis Phe- rendatem. Sed Callisthenes Ariomandis Gobryæ filij summum in exercitu imperium fuisse scribit. [Plutarcb. in Cimone.]

3534 Post subactos ab Atheniensibus Naxios, [ut in libro 1. docet Thucydides] Athenienses sociique Cimone duce, eadem die Persas & navali prælio juxta litus Cypri & terrestri ad Eurymedontem fluvium in ora Pamphylia profugaverunt: Olympiadis LXXVII. anno 3. ut in libro XI. narrat Diodorus Siculus, qui tamen (ut in fine libri II. Justinus) Xerxem adhuc regnavisse sensit; contra mentem Thucydidis, qui rei gestæ tempore proximus fuit. Rectius Eusebius ad annum Artaxerxis quartum victoriam hanc retulit: hanc ad eum notationem apponens. Cimon juxta Eurymedontem Persas navali pedestrique certamine superat: & Medicum bellum conquestus. Ab Artaxerxis enim initio, juxta Thucydidis rationes à nobis constituto, quartus illius annus in tertium Olympiadis LXXVII. (à Diodoro hic positum) inci- dit: licet Eusebio, primum illius annum cum primo Olympiadis LXXIX. vitiose comparante, quartus illius in quartum ejusdem Olympiadis necessario conjiciendus fuerit. Sed totam rei gestæ seriem ex Diodoro & Plutarcho, præstat hic repetere.

4244 470

Quum audisset Cimon regios duces cum magno exercitu & ingenti classe circa Pamphylia stativa habere; quo iis mare, quod inter insulas Chelidonas est, redderet inaccessum, à Cnido & Triopio cum 200. triremibus provectus, Phaselitarum (qui Græci erant) urbem decurrit: & quia classem ipsius non recipiebant, neque desciscere volebant à Rege, agrum eorum ussit & muros oppugnavit. Sed Chiis qui simul cum eo navigabant intercedentibus, pax inter eos conciliata est; ea lege, ut talenta decem numerarent, Cimonem sequerentur, unaque arma fer- rent in barbaros. [Plutarcb. in Cimone.]

Inde Cimon, exploratum habens Persarum classem juxta Cyprum versari, directo illuc cur- su cum 250. navibus adversus 340. progreditur. [Diodor.] Persarum naves 350. fuisse scribit Ephorus, 600. Phanodemus. Verum nihil hi pro tanta classe ediderunt memorabile: sed qui terræ proximi erant, relictis navibus, ad exercitum pedestrem, qui erat in propinquo instructus, refugere; cæteri oppressi una cum navibus perire. Athenienses verò ducentas naves captivas abduxere. [Plutarcb.] Thucydides triremes Phœnicum cepisse eos ait, & demersisse omnes nu- mero ad ducentas. Amilius Probus in Cimone, eum Cypriorum & Phœnicum ducentarum na- vium classem devictam cepisse scribit. Diodorus Athenienses, multis hostium navibus extinctis, plures quam centum cum ipsis classariis in potestatem suam redegit; reliquas verò, à militi- bus fuga ad Cyprum dilapsis defertas, vacuas in eorum manus venisse narrat. Quas militibus refertas naves ex Phœnicum classe fuisse, versus illi Donario quod à populo Atheniensi Deo est oblatum inscripti, (apud eundem Diodorum & Aristidem in Oratione Platonica secunda) indicant:

Οὐδὲ γὰρ \* γαίᾳ Μείδοι πολλοὺς ὄλωσαντες,

Φοινίκων ἑξατόν τινεσ ἔλεον ἐν πηλάγοις

\*Αὐτῶν πηλοῦσιν.

Namque hi per terram Medorum examine fuso,

Centum Phœnicum rostra tulere mari

Plera viris.

Diodor. Κέρας.

Plutarchus quoque in commentariolo de gloria Atheniensium, Cimonem ad Eurymedonte centum triemes Phœnissas tulisse, memorat. Diodorus verò, non modò triemes plures quam cen- tum, sed etiam ipsas CCCXL. (id est, integram Persarum classem) & supra 20. virorum millia, eum cepisse affirmat.

Navali victoria non contentus Cimon, continuo totam classem ad exercitum pedestrem Per- sarum appulit, ad Eurymedontem fluvium in Pamphylia tum stativa habentem. In naves au- tem barbaricas quas ceperat suos milites imposuit, tiaris & cætero ornatu Persico amictos. Unde illi, suas triemes esse existimantes, eas ut amicas receperunt. Cimon igitur nocte jam

oborta, quæ illis erat densissimisque tenebris involuta, milites suos exposuit: qui in hostium castra irrumpentes, omnes qui occurrerant occiderunt, & alterum barbarorum ducem Pheredatem, Regis fratris filium, in tabernaculo oppressum trucidarunt; omnesque tandem, non opinata irruptione consternatos, terga dare coegerunt. [ *Diodor.* ] Hujus etiam stratagematis meminit Polyanius, lib. 1. ( qui, pro Pamphilia, ad Cyprum milites suos Cimonom eduxisse malè tradidit ) & Julium Frontinum, libro quarto extremo; apud quem *Cononis*, pro *Cimonis*, nomen perperam legitur.

Cimon naves Phœniissas 80, quæ prælio non interfuerant nec adhuc rem gestam certo intellexerant, ad Hydrium stantes cepit. [ *Plutarch.* ]

3535 Cimon cum quatuor tritemibus Athenis solvens, 13. Persarum naves in Cherfoneso Thraciæ cepit; ejectioneque Persis & Thracibus domitis, totam Cherfonesum in ditionem Atheniensium redegit: effectusque ut in Asia, ab Ionia usque ad Pamphyliam, nusquam Persica arma apparent. [ *Plutarch. in Cimone.* ] Indeque factum, ut Pericles ( qui hoc anno principatum apud Athenienses obtinere cepit ) cum 50. navibus & Ephialtes cum 30, Chelidonia insulas ( in Pamphylia mari ) supervectus, nihil classis barbaricæ viderit; ( ut ex Callisthene Plutarchus ibidem retulit: ) & Persas nec longis navibus intra Phaselidem navigare ausos fuisse, nec intra Halym fluvium pedestres copias ducere, in Ateopagitico & Panathenæico dixerit Isocrates. Eos tamen, augescens Atheniensium potentiam veritos, tritemibus ampliori numero construedis operam dedisse, Diodorus scribit.

3537 b. Ezra Sacerdos, Scriba ( sive legis-peritus ) promptus in lege Mosis, ab Artaxerxe rege & septem consiliariis ejus ad Republicam Judaicam constituendam & Ecclesiam reformandam Hierosolymam misit; amplissimum diploma obtinuit: quo, Judæis in patriam redeundi iterum sit potestas, eoque aurum & argentum deferendi, tam quod Rex cum suis, quam quod ipsi Judæi Deo offerre vellent; instrumenta in ministerium domus Dei donantur, & quicquid præterea esset necessarium è hîco regio suppeditandum quaestoribus trans flumen præscribitur; Templi quoque ministris omnibus immunitas à tributis, totique populo *ἀνομοσία* & suarum legum exercendarum jus conceditur. [ *Ezr.* VII. 11.--26. ]

c. Anno Artaxerxis septimo, mensis 1 die 1, Ezra cum magna Judæorum multitudine è Babylonia profectus est. [ *Ezr.* VII. 6, 7, 9. VIII. 1.--14. ]

Ezra & itineris socii ad flumen Abavæ triduo in tentoriis manserunt; dum Levitæ, qui deerant, congregarentur. Omnibus congregatis indixit Ezra jejunium & preces, ad propitiandum numen pro itinere prospero: omnisque auri & argenti Deo dicati curam 12 delectis Sacerdotibus totidemque Levitis commisit. [ *Ezr.* VIII. 15.--30. ]

Mensis 1 die 12, à flumine Abavæ profecti, mensis 5 die 1, Artaxerxis anno 7, Hierosolymam pervenerunt; ibique triduo quieti confederunt. [ *Ezr.* VIII. 8, 9. & VIII. 31, 32. ]

d. Mensis 5 die 4, appensum est aurum & argentum, & cum instrumentis sacris in domo Dei repositum. Sacrificia quoque à reducibus Deo sunt oblata: iisque peractis, edicta Regis tradita sunt Satrapis & principibus trans flumen; qui & populum & domum Dei favore profecti sunt. [ *Ezr.* VIII. 33.--36. ]

3538 a. Ezra de affinitate Israclitarum cum exteris certior factus, luget, jejunat, & Dei iram sedulo pro omnibus publicè deprecatur. [ *Ezr.* IX. ] Magna quoque quæ ad eum confluerat populi multitudine in fletu soluta, Shecanias author fuit Ezræ, ut populus voto se obligaret Deo, ad alienigenas uxores una cum ipsarum liberis dimittendas. Quod & factum est. [ *c. X. 1.* ]

Omnibus reducibus deportationis denunciatum est, ut intra triduum sisterent se Hierosolymis; gravi pœna absentibus propofita. Unde convenientibus in Templi atrio hominibus omnibus Judæ & Benjaminis mensis 9 die 20, & trementibus tum propter hanc rem tum ob pluvias, edixit Ezra, ut separarent se ab uxoribus alienigenis. Quibus consentientibus, & ut Judices expediendo negotio constituerentur rogantibus: ex Sacerdotum ordine duo cognitioni huic præfecti fuerunt; Levitis, qui eos adjuvarent, duobus etiam adjunctis. [ *c. X. 7.--15.* ]

b. Questio hujus rei, à mensis 10 die 1 usque ad diem 1 mensis 1, est habita; atque ita trimestri spatio totum negotium uxorum alienigenarum est absolutum. [ *c. X. 16, 17.* ]

d. Themistocles Magnesiæ morbo extinctus est; aut, ut alii volunt, venenum sua sponte ipse sumpfit, cum se quæ Regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. [ *Thucyd. lib. 1.* ] Viginti post excessum Coriolani annis eum mortem sibi conscivisse, in Lælio suo Cicero significat: qui, juxta Dionysii Halycarnassæ rationes, cum initio anni 3. Olympiadis LXXVIII. terminatur; ad quem in Eusebiano Chronico annotatum legitur. *Themistocles hausto tauri sanguine moritur* quod plenius & elegantius à Valerio Maximo [ *lib. 5. cap. 6.* ] ita habetur expressum. *Themistocles, quem virtus sua victorem, injuria patriæ imperatorem Persarum fecerat; ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio, exceptum patera tauri sanguinem hausit: & ante ipsam aram quasi quedam Pietatis clara víctima concidit. Quo quidem tam memorabili ejus excessu, ne Græcia altero Themistocle opus esset, effectum est.* de quo tamen mortis genere sic contra dissentem Cicero in Bruto inducit Atticum. *Vt enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus sic Stratocles de Themistocle scripsit. Nam quem Thucydides, qui & Atheniensis erat, & summo loco natus, summusque vir, & paulo ætate posterior, tantum mortuum scripsit, & in Attica clam humatum, addidit fuisse suspicionem veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti aiunt,*

Anno Mundi	<p>cum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, &amp; eo epoto mortuum concidisse. quanquam ante scriptam à Thucydide historiam, ipsi Athenienses ab Aristophane in <i>Equitibus</i> (quum ille Comœdiam anno 7. belli Peloponnesiaci Athenis Stratocle archonte docuit) potò sanguine taurino mortuum fuisse Themistoclem audiverint.</p>	4249 4254	465 460
3540 3544	<p>Jubilæus XX. Inaros Psammetichi filius, rex Libyæ, (non Lydius, ut apud Ctesiam legitur) à Marea urbe super Phatum sua egressus, majorem Ægypti partem à rege Artaxerxe abalienavit: &amp; princeps ab eis creatus, Athenienses, qui tum fortè in Cypro 200 partim suis, partim sociorum navibus bellum gerebant, accersit. [Thucid. lib. 1.]</p>	4249 4254	465 460
469	<p>Artaxerxes audita Ægyptiorum defectione, confestim ex omnibus regni præfecturis militum delectus egit, classemque adornavit; nullius apparatus curam prætermittens. [Diodor. Sic. ad ann. 2. Olymp. 79. biennii præteritæ] accutatiorem Thucydideæ narrationis seriem anteverrens.</p>		
3545	<p>Ipsimet Artaxerxes exercitum in Ægyptum educere cogitat: sed non ita consulentibus amicis: Achaemenidem fratrem cum 400 milibus peditum &amp; 80 navibus misit, [Ctesias.] Diodorus Ægyptiaci belli ducem Achaemenem constituisse eum narrat; Darii filium magnumque suum patrum; traditis ei plusquam 300 equitum peditumque milibus: Achaemenem intelligens Darii Histaspidæ &amp; Atossæ filium; cui antea Xerxes Ægyptum à se subactam gubernandam tradiderat. [Herodot. lib. 7. cap. 7. &amp; 67.]</p>	4255	459
467	<p>Achaemenes sive Achaemenides in Ægyptum profectus, prope Nilum castra posuit; &amp; refectis ab itineris labore militibus, ad pugnam sese comparavit. Ægyptii verò copiis ex Libyæ &amp; Ægypto accitis, subsidia Atheniensium expectabant. [Diodor. Sic.]</p>	4255	459
3546	<p>Athenienses è mari adverso Nilo subvecti, flumine potiuntur. [Thucid.] Inaros cum Charitimide, qui 40 navium Athenis missarum navarchus erat, mari victor evadit. Ex 50 Persarum navibus, 20 cum ipsis hominibus captæ, 30 submersæ sunt. [Ctesias.] Diodorus vero totam Cyprium Atheniensium classem, quæ 200 navium fuit, in Ægyptum adductam fuisse narrat; non 40 tantum naves, ut Ctesias.</p>		
3546	<p>Inaros cum Ægyptiis &amp; Atheniensibus, terrestrem pugnam adversus Persas init. Et ad tempus quidem Persæ multitudine sua præpollebant. At cum strenuè in illos Athenienses inferrentur, &amp; adversum sibi cornu peilerent; plurimis in acie trucidatis, reliqua etiam Barbarorum multitudo fugam arripit. Magna tum strages inter fugiendum editur. [Diodor.] Ex 400 quæ duxerat Achaemenides milibus, 100 hominum millia una cum ipso cæsa sunt. Ille enim, vulnere ab Inaro accepto, interiit; ejusque cadaver ad Artaxerxem missum. [Ctesias.] Achaemenis filii Darii &amp; Persarum cum eo in Papremi ab Inaro Libyæ Psammetichi filio interemptorum, meminit Herodotus. [lib. 3. cap. 12. &amp; lib. 7. cap. 7.]</p>		
3546	<p>Athenienses Persas fugientes insecuti, duabus Memphidis partibus potiti sunt; &amp; tertiam, <i>Album murum</i> dictam, in quam Persæ &amp; Medi confugerant, oppugnarunt. [Thucid. Diodor.]</p>	4256	458
3547	<p>Artaxerxes rex, suorum clade intellecta, Megabazum Persam cum multis pecuniis Lacedæmonem mittit; ut Peloponnesios ad bellum Atheniensibus inferendum sollicitaret: reversuros hoc pacto ex Ægypto, ad succurtendum patriæ, Athenienses victores ratus. At Lacedæmonii nequæ pecunias accipiunt, neque alias postulatis Persarum aures præbent. Nihil igitur succedente, pecuniis etiam frustra effusis, Megabazum cum reliqua pecunia Rex evocat; &amp; Megabyzum Zopyri novam in Ægyptios expeditionem parare jubet. [Id.] Megabyzum videlicet, quem in Xerxis exercitu Imperatoris munere functum fuisse Herodotus [lib. 7. cap. 82.] &amp; Xerxis filiam Amytín uxorem duxisse refert Ctesias: Zopyri illius filium, qui Babylonem Dario Histaspidæ recuperavit; ut in ipso libri tertii fine confirmat Herodotus.</p>	4257	457
66	<p>Artabazus &amp; Megabyzus, ad bellum Ægyptiacum Imperatores designati, ex patriæ equestres &amp; pedestres copias, ultra 300 hominum millia educunt. [Diodor.] Sed 200 tantum millia habet Ctesias.</p>	4257	457
3548	<p>Ubi in Ciliciam &amp; Phœniciam ventum est, ab itineris molestia exercitum duces recreant: atque Cyprios, Phœnices, &amp; Cilices classem instruere jubent. Trecentis ergo triremibus adificatis classarios imponunt fortissimos, armis telisque &amp; cunctis rebus ad certamen navale idoneis instructos. [Diodor.] quibus Oriscus præfuit. [Ctesias.]</p>		
3548	<p>In hoc belli apparatu, dum assiduè milites exercent, &amp; ad rei militaris industriam &amp; artes unumquemque adsuæfaciunt; totum propè annum consumunt. Athenienses interea obsidionem illorum, qui in <i>Album murum</i> refugerant, urgent. Sed cum Persæ fortiter se tutarentur, nec capi locus ille posset; obsidio per totum hunc annum continuatur. [Diodor.]</p>		
3548	<p>Persarum in Asia duces, eum terrestri exercitu per Syriam &amp; Phœniciam iter fecerunt; præter navigante ad latus 300 navium classe in Cilicia comparata: &amp; Memphim tandem pervenerunt. [Diodor.] ubi 200000 illis quos secum adduxerant, adjunxerunt se 300000 quos in Ægypto reliquerat Achaemenides. Ab his cum Ægyptiis eorumque sociis acriter pugnatum est: utrinque multis, sed pluribus ex Ægyptiis, cadentibus. Tandem Megabyzus Inarum in femore vulnerat, fugatque: &amp; Persæ victores evadunt. Inarus verò fugiens, ad munitissimam Bybli urbem (in Profopitide Nili insula positam) se recepit; &amp; cum eo Græci, &amp; quicumque in prælio &amp; cum Charitimide cæsi non fuerant. Ægyptus, præter Byblum, partes Megabyzi sequitur. [Ctesias.]</p>	4258	456
66	<p>Megabyzus Ægyptios &amp; Græcos, acie devictos, Memphidæ ejectos, &amp; in Profopitidem insulam</p>		



compullos, annum & lex mentes sibi obtedit. [*Thucid. lib. 1.*]  
 3550 1. Anno Artaxerxis 20, mense (nono) Cislevo, Nehemias Susæ (ubi reges Persarum hymare solitos, libro 12 Dipnosophist. Athenæus confirmat (accepto nuncio de adversis rebus in Judæa (quod murus Hierosolyma dissipatus esset, & porra combusta igne) liget, & adhibito jejunio Deum orat, ut populo ignoscat & Regem sibi propitium reddat. [*Nehem. I. 1,--11.*]  
 204 2. Anno eodem 20, mense Nilane, quum tempus advenisset ut suo ordine in aula Nehemias Regi (cui erat à poculis) ministraret, ille tristitia suæ causa Artaxerxi & conjugi assidenti (quam Ctesia Damasciam fuisse putamus) exposita, una cum præfectura Judææ, ædificandæ Hierosolymæ potestatem obtinet. [*Nehem. II. 1,--6.*] Indeque Septimanarum Danielis accessit initium. [*Dan. IX. 24, 25.*]

Persarum duces in Ægypto, fluvii qui Profopitidem insulam cingebat alveo exsiccato, & aqua per fossas alio versa, naves Atheniensium quæ ibi stationem habebant in arido stauerunt, & insulæ majorem partem continentem reddiderunt. Quamprimum ergo classis in sicca terra subleat, Ægyptii timore perculsi, posthabitis Atheniensibus, cum Persis in gratiam redierunt. Athenienses verò à focis destituti, ubi naves deinceps ad usum incommodas viderunt, subiecto igne omnes concremaverunt; ne in hostium potestatem venirent. Persæ inde transgressi, Insulam terrestri prælio ceperunt: sed Græcorum egregia audacia conspecta, & præteritis suorum cladibus æstimatis, cum illis, quorum sex millia & amplius, data fide sunt pacti, ut absque periculo incolumes Ægypto excederent, & domum quum liberet redirent. [*Thucid. Diodor. Ctesias.*]

Hoc modo res Græcorum in Ægypto, cum in sextum annum extraxissent bellum, eversa sunt; & in potestatem Artaxerxis tota Ægyptus rediit, præter Amyrtæum, regem eorum qui in paludibus degunt. Hunc enim, & propter magnitudinem paludis, & quia gens illa bellicosissima est Ægyptiorum, expugnare non potuerunt. [*Thucid. lib. 1.*]

d. Eliashibus (filius Joiakimi, filius Jesu sive Jehoshuæ) summus sacerdos, & reliqui Judæi suo ordine, mœnibus Hierosolymitanis construendis strenuè incumbunt. [*Nehem. III.*] à mensis quinti Ab die quarto incipientes; ut ex cap. VI colligitur.

Sanballatus & Tobias una cum Samaritis & aliis hostibus vicinis, ceptam urbis instauracionem primùm ludificantur: deinde, quum dimidiam muri partem extructam esse intelligunt, conspirant & in ædificatores insidias moluntur. Quibus auditis, Nehemias Deum precatus disciplinam militarem instituit, & inimicorum conatus eludit. [*cap. IV.*]

Nehemias expostulantem populum, servitutis, æris alieni, & bonorum oppignerationis onere liberari curat: & ipse exemplo suo præiens de suo remittit, populum publicis oneribus subleat, & sua cum ipsis communicat. [*cap. V.*]

Nehemias non solum à Sanballato & aliis vicinis hostibus insidiis appetitur, sed etiam à pseudopropheta & falsis fratribus objecta impedimenta sustinet. Quibus omnibus superatis, 52 dierum spatio murus tandem perfectus est, mensis (sexti) Elulis die 25. adversariis tum exteris tum domesticis frustra sese opponentibus. [*cap. VI.*]

Muri dedicatio, maxima cum celebritate & lætitia, peragitur. [*cap. XII. 27, -- 43.*]  
 Nehemias officia domus Dei recognoscit, Urbi præsides instituit custodiaeque ordinat; & conventu habito, Israelitas reduces recenset, ad Urbem incolis muniendam: qui omnes pro suis facultatibus Deo offerunt. [*cap. VII.*]

Quum Græcorum 50 triremes, in priorum sociorum vicem successuræ, in Ægyptum navigassent; ignaræ omnium quæ acta essent, ad Mendesium Nili ostium stationem habuerunt. Hos adorti ab terra Persarum pedites, & in mari classis Phœnicum, majorem navium partem submerferunt: paucæ fuga elapsæ sunt. Ex priorum etiam illorum magno numero pauci per Libyam Cyrenem profugientes, incolumes, majore parte amissa, evaserunt. Hunc exitum habuit magna Atheniensium sociorumque in Ægyptum expeditio. [*Thucyd. lib. 1.*]

3551 In festo Tubarum, mensis septimi die primo, universo Judæorum populo Hierosolymis congregato Lex Dei ab Ezra Sacerdote legitur & exponitur. Qua audita, universi perculsi & in lacrymas soluti à Nehemia, Ezra, & Levitis qui eos docebant, eriguntur & ad festivam hilaritatem invitantur. [*Nehem. VIII. 1, 2, -- 12.*]

Die secundo, de dubiorum quorundam in lectione Legis occurrentium intellectu, à primoribus patrum familiarum, Sacerdotibus ac Levitis, Ezra consulitur. Festum tabernaculorum in tuguribus & scemis frondeis sub dio, juxta Legem (*Levitic. XIII. 40*) observandum indicitur. [*Ibid. 13, 14, 15.*]

Die 15. & sex sequentibus, Festum Tabernaculorum summo studio & religione celebratur; & quotidiana libri Legis septem dies habetur; octavo quoque interditi die, pro ritu (*Levitic. XXIII. 26*) observato. Neque fecerant à diebus Josue filii Nun tam celebriter filii Israel usque ad diem illum: & fuit lætitia magna valde [*Ibid. 17, 18.*] de quo Hebræi, in majoris sui Chronici cap. 30. Dicit potest, quod comparat ingressum Israelitarum in terram diebus Ezre, cum eorundem in eandem ingressu diebus Josue, quemadmodum diebus Josue obligati sunt ad decimas, annos Schemitæ sive remissionis & Jubilæos, & sanctificaverunt muratas urbes: sic in suo ingressu Ezra tempore, astricti fuerunt legibus decimis, de annis Schemitæ, de Jubilæis; sanctificaverunt urbes manibus cinctas, & vehementer lætati sunt coram Domino.

Die 24. Israelitæ reduces, separantes se ab omnibus alienigenis, respicientiam suam publicè profitentur: (*Nehem. IX.*) fœdereque cum Deo renovato, ad legis & cultus ipsius observatio-

Anno  
Mundi.

41

44

3554

3555

49

3556

3557

nem se obstringunt; (cap. X.) atque illius præcepti speciatim, (*Levit. XXV. 4. Deut. XV. 1, 2.*) (de agrorum cultura & debitorum exactione anno quoque septimo intermittenda. [*Nehem. X. 31.*])

Principes populi confederunt Hierosolymis: plebs verò reliqua fortis coniecit, ut decima pars urbem sanctam incoletet; præter eos, qui sponte se obtulerunt ad habitandum in ea. [*Nehem. XI. cum I. Chron. IX.*]

c. Megabyzus; Sartama Ægypti præfecto constituto, una cum Inaro & Græcorum nonnullis ad Artaxerxem proficiscitur: post datam fidem, nihil eos ab illo detrimenti passuros. Quod etiam à Rege, licet Inaro ob Achæmenidem interemptum vehementer irato, ita obtinuit: ut mater illius *Amestris* (pro qua *Amytis* nomen in Ctesiam hic irrepsit) Inarum & Græcos, ipsamque Megabyzum generum suum, ad pœnas exposcens, repulsam pateretur. [*Ctesias.*]

Athenienses Cimonem imperatorem cum ducentis suis sociorumque navibus in Cyprum miserunt. Ex his sexaginta naves in Ægyptum, accersitæ ab Amyrtæo rege in paludibus degentium, navigarunt: reliquæ Citium in Cypro oppugnarunt. [*Thucyd. lib. 1.*] Persicis tum copiis præerant Artabazus & Megabyzus: quorum prior, classis prætor cum 300 triremibus ad Cyprum stationem habebat; posterior terrestribus copiis (quæ ad 300 hominum millia erant) præfectus, in Cilicia stativa habebat. [*Diodor. Sic. lib. 12. ad ann. 3. Olymp. 81.*]

Cimon legatos ad Templum Ammonis misit, de re quadam occultæ oraculum consuluros, [*Plutarch. in Cimone.*]

In Citii obsidione (ut author est Thucydides) decessit Cimon; vel ex morbo (ut *Æmilius Probus*) vel (ut alii volunt) ex vulnere quod conficiens cum barbaris accepit. Moriens monuit suos ut extemplo discederent; & mortem suam tegerent, Contigitque ut, nemine sentiente neque hostium neque sociorum, illi revertentur incolumes ductu auspiciisque Cimonis (ut Phædemus ait) dies jam triginta defuncti. Qui vero ad consulendum oraculum missi fuerant, accepto ab Ammone responso, quod jam ipse Cimon apud se esset; ad socios in Ægypto reversi, ab eis didicerunt, eodem tempore Cimonem mortem obiisse. [*Plutarch. in Cimone.*]

Ex Ægypto redeunte Græcorum exercitu, qui Citium oppugnabant fame pressi, obsidione soluta, ad Salaminem Cypriam cursum tenuerunt: ubi cum Phœnicibus, Cypriisque & Cilicibus, terra & mari congressi sunt. In navali pugna, plurimas triremium demerserunt, centum cum ipsis militibus ceperunt, cæteras ad Phœniciam usque insecuti sunt. Persæ vero cum parte navium adhuc reliqua in Ciliciam, ubi Megabyzus in castris exercitum continebat, refugerunt. Sed Athenienses citato illuc itinere profecti, exposito in littus milite, prælio hostes adorti sunt: in quo Anaxicrates classis præfectus egregiè decertans, heroico mortis genere occubuit. Cæteri prælio victores, magna strage edita, in naves se receperunt: & simul cum iis quæ in Ægyptum ierant navibus, domum sunt reversi. [*Diodor. Sic. ad ann. 3. & 4. Olymp. 82. ex Thucydide correctus.*] Athenienses vero in Ægypto triremes 200 una cum supplementis, in Cypro 150 amississe, scribit *Ælianus*. [*Var. histor. lib. 5. cap. 10.*]

Rex Artaxerxes suorum in Cypro clade audita, de bello consilium cum amicis iit. Ibi pax ut ineatur cum Græcis ex usu Republicæ esse decernitur. Per litteras ergo Ducibus & Satrapis bello Cypriico præfectis edicit, ut quibuscunque possint conditionibus bellum cum Græcis componant. Artabazus itaque & Megabyzus legatos Athenas de pace verba facturos mittunt: in quorum conditiones cum consentirent Athenienses; legatos & ipsi plena cum potestate mittunt, quorum princeps erat Callias Hipponici filius. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 82.*] Quo etiam tempore Argivi legatos Susæ miserunt, qui Artaxerxem interrogarent, an amicitiam quam cum patre ejus Xerxe contraxissent putaret adhuc durare, an ab illo pro hostibus haberentur. Quibus Artaxerxes, imo vero maximè perdurare respondit; nullamque sibi civitatem amiciosem putare quam Argos. [*Herodot. lib. 7. à cap. 15.*]

Pacis fœdus inter Athenienses horumque socios & Persas his legibus est sancitum. Ut Græcis per Asiæ civitatibus universis libertate ac suo jure uti permittatur. Ne Satrapæ Persarum trium dierum itinere inferius ad mare descendant. Ne longa navi intra Phaselidem & Cyaneas excurratur; vel (ut apud Plutarchum habetur expressum) ne intra insulas Cyaneas & Chelidonias longam navem vel costratam Rex haberet. Hæc ubi Rex & militia præfecti rata habuerunt; Athenienses contra jurarunt se in provincias Artaxerxis arma non expedituros. [*Diodor. ut supr.*] Aram quoque pacis hæc de causâ perhibentur erexisse, ac Calliam qui eam legationem obierat summis honoribus decorasse [*Plutarch. in Cimone.*]

Artaxerxes, importunæ matris precibus per quinquentium fatigatus, Inarum & Græcos tandem illi tradidit. Et Inari quidem corpus transversum tribus crucibus suffixit Amestris: Græcis vero quinquaginta (nam plures capere non poterat) capita amputavit. [*Ctesias.*] Inarum Libyæ regem, proditione captum, in crucem actum fuisse, refert Thucydides. Filium tamen illius Thannytam, Persarum beneficio, recepisse quem pater obtinuerat principatum, docet Herodotus. [*lib. 3. cap. 15.*]

Megabyzus, magno dolore ob Inari & Græcorum eadem affectus, ut sibi in Syriam provinciam suam proficisci liceret petiit. Huc etiam clam præmisit Græcos alios; ipseque eo profectus à Rege descivit: maximasque copias coëgit, ex centum & quinquaginta millibus constantes. [*Ctesias.*]

Adversus Megabyzum Osiris cum ducentis millibus mittitur. Pugna conferta Osiris jaculo

Megabyzum

4261 453

4264 450

4265 449

4266 448

4267 447

Megabyzum in femore percussit, & vulnus duos digitos altum infligit: ille vero similiter jaculo Osirin in femore, deinde & humero vulnerat. Unde Osirin ex equo cadere contigit: sed cum complexus Megabyzus, sublatus servari iussit. Multi autem Persæ ceciderunt, Zopyro Artiphioque Megabyzi filii fortiter pugnantibus. Itaque tandem viribus longè superior evadit Megabyzus: & victoria potius, magnam Osiris curam gerit; eumque ad Artaxerxem mittit, ipsum repertem. [*Idem.*]

3558 Adversus Megabyzum alter mittitur exercitus: duce Menostane (vel Menostate) filio Artarii satrapæ Babylonis & regis Artaxerxis fratris. Quibus inter se confligentibus, Menostanes in humero à Megabyzo percussus, & præterea in capite, sed non lethali vulnere, feritur. Fugam deinde una cum omnibus suis capit: & Megabyzus splendida potitur victoria. [*Idem.*]

Artarius primum per legatos, deinde Artoxares Paphlagon eunuchus & Amestris Megabyzo studiosè consilium dant, ut cum Rege paciscatur. Missique ad eum, & ipse Artarius, & Amytis uxor, & Artoxares jam 20 annos natus, & Osiris filius Petisæ, vix ut ad Regem proficiscatur persuadent, Cui tandem reverso Rex per nuncios veniam se illi eorum quæ admisisset dare significavit. Sed quum egresso ad venationem Rege, & eum adortore leone, Megabyzus belluam in pedes se erigentem jaculo percussit interfecisset; succensens ei Rex quod eam percussisset antequam ipse eam ullo ictu attigisset, caput abscindi imperavit. Verùm Amestris & Amytis aliorumque precibus remissa eimortis pœna, ad urbem Cyrtæ mare Rubrum relegatur. Artoxares quoque eunuchus in Armeniam relegatur, quod sæpe pro Megabyzo liberius apud Regem loquutus esset. [*Idem.*]

3559 Herodotus, quum Athenis libros suos in Concilio legisset, honoratus est: ut in Eusebii Chronico legitur. Ubi annotat Scaliger, scripsisse libros suos Herodotum ante profectionem in magnam Græciam, non in magna Græcia, ut quidam putant. (Plinium hic secuti; ut in anno sequente videbimus.) Verùm nos belli Peloponnesiaci in hisce libris mentionem factam animadvertimus; tum in lib. 7. cap. 137. tum in lib. 9. cap. 72. in quorum priorè res gesta anno belli illius secundo, in posteriore quod anno 19. Deceleæ est factum (post tempus in Eusebiano Chronico consignatum 33.) habetur commemorata. *Vid. infra, ad ann. Mundi 3596. & 3597.*

3560 Olympiadis LXXXIV anno primo Praxitele Athenis archonte, annis 12 ante bellum Peloponnesiacum, Atheniensibus colonos in magnam Græciam ad urbem Thurium instaurandam mittentibus, cum eis profectus est *Lysias*, annum 15 ætatis tum agens: [*Plutarch. & Dionys. Halicarnass. in vita Lysia oratoris*] & Herodotus, 41. qui licet Halicarnassi in Caria natus fuerit, *Thurii* tamen obtinuit postea cognomentum; *ita in novissimis tunc è Thuriis ànaxias, quod socium se deducenda in Thurios colonia præbuisse*: ut in libro 14. habet Strabo. Acta vero est jam dicta Olympias LXXXIV anno Romæ conditæ, juxta Varronis rationes, CCCX. quo, Herodotum *Thurii in Italia condidisse historiam* scripsit Plinius, lib. 12. cap. 4. (ut superiore anno notatum est.)

3563 Per Asiam, Græciam, Siciliam, Italiam, Galliam, Hispaniam, & totum ferè terrarum orbem, alta pax erat. [*Diodor. Sic. ann. 3. Olymp. 84.*]

Nehemias, quum 12 annis Judææ præfuisset, ab anno 20 usque ad 32 Artaxerxis, rediit ad Regem. [*Nehem. V. 14. & XIII. 6.*]

Eo absente, Eliashib Sacerdos præpositus cubiculo domus Dei, affinitate cum Tobia contracta, paravit ei in atriis Templi cubiculum magnum, in quo recondi solebant sacra munera atque decimæ. Filius quoque Joiadæ, filii Eliashibi Sacerdotis summi (qui à jam dicto Eliashibo fuit diversus) Sanballati Horonitæ gener est factus. Quæ cum aliis corruptelis, quæ occasione absentia illius irreperant, Nehemias cum nova potestate Hierosolymam reversus postea severè correxit. [*Nehem. XIII.*]

3563 Megabyzus, quum in exilio quinque annos esset commotatus, aufugit, se pisagan esse simulando (pisagas autem à Persis dicitur leprosus, ad quem nemini accedere licet) & ad uxorem Amytin domumque proficiscitur; & vix agnitus, per Amistrin & Amytin cum Rege reconciliatur: qui eum, quemadmodum antea, suæ mensæ participem facit. Et quum 76 vixisset annos, mortuus est: propter quod magno Rex est mœrore affectus. [*Ctesias.*]

3564 Bellum inter Samios & Milesios, ob Prienen, ortum est: anno post tricennalia Atheniensium & Lacedæmoniorum fœdera, ut ait Thucydides sexto, (ineunte sc.) Olympiadis vero LXXXIV ut notat Diodorus, anno quarto (quasi medio.) Priene urbs Caria est: quam & Samii & Milesii sibi vindicabant. Milesii, bello inferiores, assumptis ex ipsis Samiis privatis quibusdam qui novari statum Reipublicæ cupiebant, Athenas profecti, de Samiorum injuriis conqueruntur. Quibus mandarunt illi, ut à bello quiescerent, & apud se de controversia disceptarent. Quod cum Samii facere recusarent: bellum adversus eos pro Milesiis decernendum procuravit Pericles, in gratiam amasiæ suæ Aspasiæ (nobilis illius meretricis, quam non tam ob summam formæ præstantiam quam ob singulares animi dotes mirè ille diligebat) quæ patre Axiocho quodam Mileti nata fuerat. Athenienses igitur in Samum 40 missis navibus, duce Pericle, non magno negotio urbem in potestatem suam redegerunt, & optimatum gubernationem in popularem ibi converterunt.

Statim vero post Periclis discessum, gravis in Samo seditio orta est: aliis popularem statum tuentibus, aliis optimatum administrationem magis probantibus, Qui ergo Democratia (noviter inductæ) adversabantur, consilio cum primoribus civitatis inito, in Asiam ad Pisithnum

Anno  
Mundi

Hystaspis filium regis Persarum Satrapam, qui Sardibus tum imperitabat, profecti; societate cum eo contracta, & 700 circiter militum manu ab eo accepta, cum eis furtim noctu in Samum trajiciunt. Ubi a complicum suorum factione adjuvi, urbe potiti sunt: & apertos sese hostes Atheniensium professi, praesidium eorum & praefectos Pislychni donarunt. Quibus peractis, ex templo adversus Miletum, Byzantiis quoque ad defectionem pertractis, expeditionem adornarunt.

Athenienses cognita Samiorum defectione, naves in Samum 60 trajiciunt: quarum 16 partim in Cariam Phoenicium navibus obviam sunt missae; partim in Chium ac Lesbium, ut auxilia inde evocarent; reliquae 44 cum Pericle militiae duce & novem collegis manserunt. Samii, revocatis 20 navibus militem portabantibus, quas ad Miletum oppugnandam miserant, & 50 aliis ad junctis, cum 44 Atheniensium navibus ad Tragam insulam congressi, superati sunt. Inde, quum Athenis 40 naves & Chiorum Lesbiorumque 25 auxilio venissent, Athenienses egressi in terram, & ibi quoque superiores facti, portum occuparunt; triplicique urbem muro cingentes; a mari navibus clausurunt.

Paucis interjectis diebus, Pericles acceptis ab Caeno Cariaque nunciis, quod Phoenicum contra se naves venissent, quas Persae auxilio Samiis mittebant, parte copiarum ad obsidionem relicta, 60 ex statione naves assumptis, maturatoque illuc itinere contendit. Stefagoras quoque ex Samo cum quinque navibus, & alii in Phoenicum occursum tendebant.

Samii, discessum Periclis idoneum sibi tempus attulisse considerantes, quo reliquas ejus naves invaderent, hortatu & ductu Melisso Ithogenis filii, summi Philosophi, eruptione subito facta, castra Atheniensium intuta neglectaque invadunt; praesidiarumque navibus demersis, cum reliquis acie congressi, eas superant. Hinc mari vicino 14 dies potiti, exportabant & importabant quaecumque volebant.

Pericles, suorum clade audita, sine mora regressus, classem numerosam ac validam contrahit. Cumque subito 40 naves Thucydides Agnonque & Phormio, 20 Tlepolemus & Anticles ab Athenis adduxissent, 30 quoque Chii & Mitylenaei misissent; jam magnis instructus copiis, Melisso acie fuso, obsidionem terra marique intentat, assiduique urbem oppugnationibus fatigat. Obsidionales machinae, arietes videlicet & testudines, ab Artemone Clazomenio primum ibi inventae, fuisse dicuntur: quem Artemonem Mechanicum cum Artemone Periphoreto, cujus in versibus suis (apud Athenaeum, libro 12) meminit Anacreon, perperam confudit Ephorus historicus. [Thucyd. lib. 1. Diodor. ann. 4. Olymp. 84. & Plutarch. in Pericle.]

3565 Nono mense Samii sese dederunt; dejectis muris, datis obsidibus, traditis navibus, impensas belli praefinito temporis spatio soluturi. Convenerunt & Byzantini, ut, sicut prius, Atheniensibus subiecti essent. [Thucyd. lib. 1.]

4275 439

3566 Archæanactidis in regno Bosphori Cimmerii successit Spartacus. [Diod. ann. 3. Olymp. 82.]

4276 438

3571 Spartacus mortem obiit: quem regnasse annos XVII, apud Diodorum Siculum ad annum 4 Olympiadis 86. VII vero, apud eundem, ad annum 3 Olymp. 85. legitur, quum interitum inter utrumque annum Olympiacum, initio & fini ejus assignatum, quinque vel (utroque incluso termino) ad summum sex regni annos nobis exhibeat. Spartaco vero in regno Bosphori successit Seleucus.

4281 433

3572 Athenis, anno praeturae Apeleudis & 4 Olympiadis LXXXVI propè completo, Meton Solfitium aestivum observavit die 21 Aegyptii mensis Phamenoth, (sive Junii Juliani 27) tempore matutino. [Prolem. mag. Syntax. lib. 3 cap. 2.] Deinde Enneadecaeteridem suam, sive Cyclum lunarem 19 annorum instituit. [Diodor. Sic. ann. 4. Olymp. 86.] à Novilunio solstitium illud proximè secuto sive Julii Juliani die 15<sup>o</sup>. initium illius deducens.

4282 432

3573 A Cyrenæis occisus, est Arcefilaus, octavus eorum rex: ille qui 31 Pythiadem (anno 3 Olympiadis LXXIX) curru vicit; à Pindaro in Oda IV & V celebratus. Cui succedere conatus filius, à Cyrenæis repulsus est: & in Hesperidas insulas se conferens, ibi defunctus est. Atque ita Cyrenæicum regnum, quod 200 annis duraverat, quatuor Battis ac toridem Arcefilais (juxta Delphicum oraculum, ab Herodoto commemoratum, lib. 4. cap. 163) alternatim sibi succedentibus, finitum est. [Soboliasf. Pindari, in Od. 4. Pythion.]

4283 431

Ad finem decurrente anno primo Olympiadis LXXXVII, cum duo tantum menses magistratus Pythodori Atheniensis archontis superessent; ineunte vere, ceptum est geri inter Lacedaemonios & Athenienses bellum Peloponnesiacum: in quo, Atheniensium partibus se adjunxerunt Asiatici maris incolae, Cares, Dorientes, Iones, Hellepontii & omnes Insulari, exceptis qui Melum & Theram inhabitabant. Legationes verò utrique ad Artaxerxem Regem Persiae destinabant; subsidium ab eo expetentes. [Thucyd. lib. 2.]

Initio hujus belli, tres nobiles historici vixerunt; Hellanicus 65, Herodotus 53, & Thucydides 40 annos natus: ut ex Pamphila libro XI refert A. Gellius. [lib. 15. cap. 23.] quorum postremus belli hujus historiam, usque ad annum 21, per aestates & hyemes diligenter pertexuit; ab initio veris aetatem ab initio autumnii hyemem inchoans.

Prima hujus belli aestate, tanta post meridiem Solis eclipsis contigit, ut stellae conspectae fuerint. [Thucyd. lib. 2.] Unde terror, ut prodigio oblato magno, incessit omnes. Pericles vero navis suae gubernatorem trepidum & stupentem cernens, chlamydem objecit oculis ejus; tectumque interrogat nunquid horrendi id esset, aut portenderet gravior? Abnuente eo: Quid autem, inquit, inter hoc & illud interest, nisi quatenus illud quod caliginem invexit, chlamyde est

grandius? [*Plutarch. in Pericle*] & quæ à præceptore suo Anaxagora pertinentia ad Solis & Lunæ cursum acceperat, dissevit: nec ulterius trepidare cives suos vano metu passus est. [*Valer. Maxim. lib. 8. cap. 11.*] Hoc autem anno, tertio die Augusti, hora post meridiem quinta, ad 10 circiter digitos Solem Athenis fuisse obscuratum, Astronomicus etiam calculus demonstrat.

3574 Pests horrenda, in Æthiopia primum orta, inde Ægyptum Libyamque & maximè regis Persarum regiones pervagata, Athenas secunda belli æstate gravissimè afflixit. [*Thucyd. lib. 2.*] Genus morbi historicè descripsit (qui & ipse eo morbo laboravit & alios laborantes vidit) Thucydides; medicè (qui ei curando tum præsens operam præstitit) explicavit Hippocrates. (*libro 3. Epidem. sect. 3.*) poëticè vero (qui longo post tempore vixit) depinxit Lucretius.

In Colophoniorum oppido Notio domestica seditione orta, Itamanes & Medi ab altera factione acceriti superiorem partem urbis occuparunt. [*Thucyd. lib. 3.*]

Extrema æstate, Aristæas Adimanti filius Corinthius, & Lacedæmoniorum legati, Aneristus, & Nicolaus, & Prtodemus, ac Tegeates Timagoras, suoque nomine Polis Argivus, in Asiam ad Artaxerxem euntes ut ab eo pecuniam ad bellum auxiliaque compararent; in Thraciam prius ad Sitalcem regem Terei filium pervenerunt. Sed cum inde trajicere Hellepontum cogitarent ad Pharnacem Pharnataci filium, per quem ad Artaxerxem deducerentur; a Sadoco Sitalcis regis & Nymphodoro Abderita Pytei filio prodi, Athenas deportati sunt. Quò postquam venerunt, indemnatos & dicere etiam quædam conantes, Athenienses eadem die omnes necaverunt, & necatos in fossas conjecerunt. [*Thucyd. lib. 2. cum Herodoto, lib. 7. cap. 137.*]

3575 Sequenti hyeme, Athenienses naves in Cariam, duce Melesandro, ablegarunt: ut & pecunias in illis regionibus exigere, & prædones tollerent, qui ex Peloponneso exeuntes infestare solebant naves onerarias, ex Phaselide Phœniceque & illa continente navigantes. Melesander vero cum Atheniensium navalibus copiis & sociis egressus in Lyciam, acie victus, ipse cum parte exercitus interfectus est. [*Thucyd. lib. 2.*]

3576 Seleucus in Bosphoro Cimmerico regnare desit; quum annis quatuor principatum illum obtinisset. [*Diodor. ad ann. 3. Olymp. 86.*] Post quem regnasse videtur Spartacus II. annis 22. Pericles mortuus est, anno 4. Olympiadis LXXXVII. [*Diodor. lib. 12.*] post inchoatum bellum Peloponnesiacum (cujus ipse præcipuus author fuerat) annis 2 & mensibus 6. [*Thucyd. lib. 2.*] quum 40 annis Republicæ Atheniensium præfuisset. [*Cicero, lib. 3. de Oratore; & Plutarch. in Pericle.*]

Anaxagoras Clazomenius, Periclis præceptor, mortem obiit, cum annos 72 vixisset: Olympiade LXX natus, & anno primo Olympiadis LXXVIII (lege, LXXXVIII) mortuus; ut ex Appollodori Chronicis refert, in illius Vita, Laërtius. ubi etiam addit; Lampfacenos eum honorificè sepelivisse, hoc etiam (quod apud Ælianum quoque legitur. *lib. 8. Var. histor. cap. ult.*) appposito Epitaphio.

Ἐπίθαι δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς

Ὀυραίου κίονος κίονος κίονος

Hic jacet ille, cui rerum pati vere recessus

Aque arcana poli, magnus Anaxagoras.

3577 Hyeme quarti anni belli Peloponnesiaci, Athenienses naves duodecim, quæ ab sociis tributum exigere, ablegarunt, duce Lyfiele cum quatuor collegis. Is cum hinc inde obeundo pecunias exigere, dum Cariam ex Myunte per Mæandrium campum usque ad Sandium collem transgreditur; Cares Anzitaque ex insidiis coorti, eum cum magna parte exercitus deleverunt. [*Thucyd. lib. 3.*]

Alcidas classis Lacedæmoniorum præfectus, ad Myonesum Teiotum promontorium appellens; Græcorum Asiaticorum captivos plerosque quos in navigando interceperat, peremit. Quum vero Ephesum attigisset, Samiorum qui ex Anæis erant legati supervenientes, non ritè eum Græciam liberare dixerunt, si eos interficiat, qui neque arma contra ipsum tulissent, neque hostes essent, sed tantum Atheniensium necessario socii fuissent. Quibus ille persuasus, reliquos dimisit. [*Id. ibid.*]

Seditione iterum inter veteres cives, qui in inferiore parte urbis Notii habitabant, & eos qui illuc fugerant; orta: alteri à Pissuthne (Lydiæ Satrapa) auxiliis Archadum & barbarorum acciti, muro se intersepserunt; atque iis qui Colophoniorum superiorem urbem tenentes Medorum partis erant sese adjunctes, unam Rempublicam fecerunt. Alteri vero, cum se clam istis subduxissent, & exularent, Pachetem Atheniensium ducem accerserunt. Is vocato ad colloquium Hippia, Arcadam qui in munitione erant Duce à Pissuthne constituto, dataque fide ut, si inter eos non conveniret, salvum & incolumem intra muros restitueret: postquam exivit, extemplo in custodiam eum, sine vinculis tamen, tradidit. Inde munitionem repentiè capit & ex inopinato Arcadas barbarosque qui intus erant interimit: ipsumque postremo Hippiam, ut sponderat, introducit, introductum vero comprehendit, sagittisque configit. Notium Colophonis, præterquam qui Medorum partis fuerant, restituit. Postea colonos illuc Athenienses miserunt, & suis legibus urbem administrarunt; undique per omnes civitates Colophonis civibus conquisitis. [*Thucyd. lib. 3. Polyan. Stratagem. lib. 3.*]

3579 Artaxerxes Artaphernem Persam ad Lacedæmonios legatum misit, cum Epistola literis Assyriis scripta: in qua, inter alia multa, quænam ipsorum voluntas, quive animus esset, non potuisse se assequi significavit. Nam & legatos venire multos, & nullius tamen cum cæteris verba

consentire

Anno  
Mundi.

3580

43

41

47

3581

3582

3583

4290

424

4291

423

4292

422

4293

421

consentire: quod si suam aperire mentem velint, cum hoc Persa mitterent aliquos. [Thucyd. lib. 4.]

d. Artaxerxes vita excessit: etique filius Xerxes in imperio ad unum duntaxat annum successit. [Diodor. Sicul. ann. 4. Olymp. 88.] Cujus mater Damaspia, eodem ipso die quo Xerxes, (vel Artaxerxes maritus potius; ut sequentia indicant) è vita discessit. Bagorazus verò eunuchus cadaver patris & matris in Persiam tulit. [Ctesias.]

a. Hymne anni septimi belli Peloponnesiaci, Aristides, Archippi filius, unus ex præfectis navium quæ tributi ab sociis colligendi causa Athenis missæ fuerant, Artaphernem Persam legatum ab Artaxerxe ad Lacedæmonios euntem, Eione ad Strymonem fluvium comprehensum, Athenas advexit. Athenienses verò Artaphernem triremi miserunt Ephesum, & suos una legatos. Qui cum illic audissent Artaxerxem mortem nuper obiisse, domum redierunt. [Thucyd. lib. 4.]

b. Principio insequentis ætatis, Solem ex parte defecisse, libro 4. narrat Thucydides; à Veris principio, ut solet, Æstatem inchoans. Martii enim Juliani die 21, ad finem tendente anno 43 Olympiadis LXXXVIII. ante meridiem Solem ultra dimidiam diametri partem obscuratum fuisse, calculus Prutenicus ostendit.

Exules Mitylenæorum (post captam ab Atheniensibus Mitylenen) aliorumque Lesbiorum magno numero coacti, & auxiliis ex Peloponneso mercede conductis, Rhætium ceperunt: acceptisque duobus millibus staterum Phocæicorum, urbem inviolatam suis restituerunt. Inde Antandrum motis copiis, urbem proditione occuparunt. Constituerant enim cum reliquis, quæ Actææ appellantur, urbes (quas Mitylenæi prius coluerant, tunc verò Athenienses tenebant) tum maximè Antandrum, liberare. qua firmata, cum naves ibi ædificare, ob lignorum copiam & Idam propinquam, possent: his alioque apparatu, se Lesbum inde propinquam infestare, inde Æolica quæ in continente essent oppida, in potestatem redigere posse sperabant. [Thucyd. lib. 4.]

c. Erant tunc in Helleponto Aristides & Demodocus (Symmachum appellat Diodorus) præfecti navium Atheniensium stipendium ab sociis exigentium; Lamachus, qui tertius erat, in Pontum cum navibus 10 provecto. Illi, ubi Mitylenæos Antandrum communitate velle accepissent; ex sociis exercitu coacto, illo navigant, hostes ab Antandro egressos acie fundunt, & oppido iterum potiuntur. Lamachus verò qui in Pontum ierat, quum in Heracleotide fluvium Calecem (Cathetem Diodoro dictum) subiisset; relictis in ea statione navibus, agros Heraclienisium (qui, ob amicitiam regis Persici, collationem tributi abnuent) populatus est. Sed cum magna vis imbrum effusa esset, & amnis violento aquarum impetu se præcipitaret; navibus ad confragosa litorum loca illis classis cum majore parte exercitus amisit. Itaque cum neque mari possent amissis navibus, neque terra auderet cum parva manu inter tot ferocissimas gentes reverti; Heraclienis honestiorem beneficii quam ultionis occasionem rati, instructos comæatibus auxiliisque dimiserunt: bene agrorum suorum populationem impensam existimantes, si quos hostes habuerant, amicos reddidissent. Lamachus autem, cum reliquis quos habebat militibus, terra per vicinos Thracæ qui trans mare in Asia sunt, Chalcedonem pervenit. [Thucyd. lib. 4. Diodor. lib. 12. Justin. lib. 16. cap. 3.]

d. Quum Xerxes in quodam festo ebrius esset, atque in regia sua dormiret; frater ejus Secundianus (ex Aloguna Babylonica susceptus) & Pharnacyas eunuchus ingressi, eum interfecerunt. [Ctesias.]

Secundianus, Sogdianus alius dictus, imperio potitus est mensibus 7, ut habet Diodorus (ad annum 1 Olymp. 89.) vel mensibus 6 & diebus 15, ut Ctesias.

Secundianus jampridem cum Bagorazo eunuchus similitatem exercens, ex eo quod circa patris cadaver absque consilio suo egerat criminis pretextu arcepto, lapidibus obrui imperavit. Quod factum ægerimè exercitus tulit: qui quamvis ab eo muneribus donaretur, eum nihilominus ob Bagorazi & fratris Xerxis eadem odio prosequeretur. [Ctesias.]

a. Ochus (quem pater Artaxerxes Hyrcanorum præfectum constituerat) à fratre suo Secundiano accessit, venturum se promittit; sed minime venit: & hoc ab eo sapius fit. Tandem Ochus multo se munit exercitu, & regnum occupaturus speratur. Arbitarius equitum Secundiani præfectus ab eo ad Ochum defecit, deinde Arxanes Ægypti satrapa, Artaxares quoque ex Armenia ad eum venit; ipsique invito cidarim imposuerunt. [Idem.]

b. Regnat Ochus, & nomine mutato Darius appellatur: qui dolis juramentisque, monitu Parysatidis (sororis suæ simul & uxoris) Secundianum tentat. Secundianum verò Menostanes (qui præcipuum inter eunuchos apud eum locum tenebat) diligenter hortabatur ne crederet ejus juramenti, neque cum fallacibus hominibus pacisceretur: sed nihilominus Secundianus persuadetur & capitur, & in cinerem conjectus moritur. [Idem.] De quo supplicii genere, vid. supra ann. Mund. 3485. b. & [11. Maccab. XIII. 5, 6.]

Interfecto Secundiano sive Sogdiano, solus regnat Ochus, Darius Nothus appellatus: ad finem decurrente anno 1. Olympiadis LXXXIX; ut ex Thucydidis libro 8, & Diodori Siculi 12, intelligitur.

Delis ab Atheniensibus patrio solo expulsis, Pharnaces Adramyttium in Asia incolendam dedit. [Thucyd. init. lib. 5. Diodor. ann. 3. Olym. 89.]

Athenienses Delphico oraculo moniti, Delis insulam suam restituerunt. [Thucyd. lib. 5.]

Byzantini & Chalchedonii, adjunctis etiam Thracibus, magno cum exercitu in Bithyniam trajiciunt: agrisque pervastatis, multisque oppidulis per vim expugnatis, facinora supra modum crudelia perpetrarunt. Magno enim captivorum agmine ex viris, mulieribus & pueris collecto, ad unum omnes promiscuè jugularunt. [*Diodor. ann. 1. Olymp. 91.*]

4. Jubilæus XXI. quem postremum Veteris Testamenti Propheta viderunt. Neque enim locus [*Nehem. XII. 22.*] de Dario ultimo accipiendus est, sed de Dario Notho: cujus tempore summum Pontificatum post patrem *Joiadam* (*Judam* Josepho dictum) obtinuisse *Johannem*, (qui & *Johannes* & *Jonathan* appellatus est) & *Jadauam* ejusdem filium Pontificatus heredem fuisse natum, *Nehemias* innuit. [*e. XII. 22, 23.*] Verùm istorum obiter tantum ille meminit: cùm justam historiam intra imperii Artaxerxis Longimani (patris hujus Darii) terminos contineat. de quo Josephus libro primo contra Apion. *A morte Moysi usque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, Propheta suorum temporum res gestas in tredecim libris conscripserunt. Ab Artaxerxe verò usque ad nostrum tempus, singula quidem conscripta, non tamen prioribus simili fide sunt habita, eo quòd non fuerit certa successio Prophetarum.* Et *Eusebius*, in *Chronico*: ad annum Artaxerxis hujus 32; in quo *Nehemiæ* continua historia definit. *Hucusque Hebræorum divinæ scripturæ annales temporum continent. Ea verò, quæ post hæc apud eos gesta sunt, exhibemus de libro Maccabæorum, & Josephi & Africani scriptis; qui deinceps universam historiam usque ad Romana tempora profectus sunt.*

Ultimum verò Prophetarum *Malachiam* *Nehemiæ* fuisse *607/2590*, ex eo colligunt: quod non hortetur populum ad ædificationem Templi, ut *Haggæus* & *Zacharias* fecerunt; sed extracto jam Templo, eas reprehendat corruptelas, quas tempore secundæ suæ præfecturæ apud Judæos se deprehendisse, in postremo libri sui capitulo *Nehemias* indicat. conjugia nimirum cum alienigenis inita, [*cap. II. 11.*] decimarum detentionem, [*e. III. 8.*] & divini cultus depravationem. [*e. I. 13. II. 8.*] Et quia deinceps solita Prophetarum successio non erat expectanda, extremis prophetiæ suæ verbis populum *Malachias* hortatur, ut Legi *Mosis* constanter adhæreat, usque dum exhiberetur summus Ecclesiæ *Propheta Christus*; cujus præcurfor *Johannes Baptista* venturus esset in spiritu & virtute *Elie*, ut converteret corda patrum in filios, & rebelles ad prudentiam justorum. [*Malach. IV. 4. collat. cum Luc. I. 17. Matth. XI. 14. & XVII. 12.*] Quo spectat & illa Ecclesiæ vox, apud *Hieronimum*. [*lib. 13. Commentar. in Esai. cap. XLIX.*] *Post Aggæum & Zachariam & Malachiam, nullos alios Prophetas usque ad Johannem Baptistam videram.* Vid. *I. Maccab. IV. 46. & IX. 27. & August. de Civ. Dei, lib. 17. cap. 24.*

Prophetis successisse Viros Synagogæ magnæ, initio libri *Pirke Aboth* legimus: licet Judæi posteriores in horum numerum ipsos etiam Prophetas *Haggæum*, *Zachariam* & *Malachiam* referant; & *Exram* caput Synedrî hujus constituent.

3590 Pilsuthnes Lydiæ Satrapa à Dario rege defecit; & adversus eum *Tissaphernes*, *Spiradates* & *Parmises* missi sunt. *Pilsuthnes* verò adversus eos tendit; secum habens *Lyconem* Atheniensem, cum Græcis quorum ille dux erat. Sed Regis duces pecuniis *Lyconem* Græcolique captarunt, & ut à *Pilsuthne* desciscerent, persuaserunt. Deinde *Pilsuthni* fide data, & ab eo accepta, cum ad Regem duxerunt: qui eum in cinerem conjecit, ejusque Satrapiam *Tissapherni* tradidit. *Lycon* autem & urbes & regiones mercedem proditiõis accepit. [*Ctesias.*]

3591 Egyptum à Persis recessisse, & regnavisse ibi *Amyrteum* Saitem annis 6. notat *Eusebius* in *Chronico*. qui *Amyrteus* ille fuisse videtur, cujus meminit *Herodotus* lib. 2. cap. 140. & lib. 3. cap. 15. ubi plurimis malis Persas eum affecisse significat.

Æstate 19. belli Peloponnesiaci; cum *Nicias* noctu Atheniensium exercitum Syracusis clam esset abducturus; Lunæ defectio in medio mensis *Metagitnionis* (*Augusti* Juliani die 27. hora post meridiem circiter 10) oborta est, cujus conspectu ille territus, dilato abnavigationis tempore, & se & exercitum perdidit. [*Thucyd. lib. 7. Polyb. lib. 9. Diodor. Sic. ann. 4. Olymp. 91. Plin. lib. 2. cap. 12. Plutarch. in Nicias, & in lib. de Superstitione.*]

In sequente hyeme, duò *Darii* in ora maritima minoris Asiæ præfecti, *Tissaphernes* Lydiæ & *Pharnabazus* *Pharnabaci* filius *Hellesponti* Satrapa, quo ex Græcis provinciarum suarum urbibus tributum Regi pendi solitum, quod Athenienses solvi prohibuerant, recuperarent; ut ab Atheniensibus desicerent, eas sollicitarunt: simulque Peloponnesios ab bellum contra eos gerendum instigantes, ut societatem cum Rege quamprimum *Lacedæmonii* inirent laborarent. Debilitatis etiam hoc modo in Asia viribus Atheniensium, quorum auxilio fretus *Pilsuthnes* à Rege defecerat, *Amorgen* filium illius spurium, qui circa *Cariam* arma ceperat, spectabat *Tissaphernes*, ut ei ab Rege præceptum erat, aut vivum adducturum aut interfectorum. Cùm *Chios* igitur & *Erythræos* paratos ad rebellandum cerneret, una cum illorum legatis suum etiam, ad negotium communi consilio promovendum *Lacedæmonem* misit. [*Thucyd. lib. 8.*]

Sub idem tempus *Calligetus* *Laophontis* & *Timagoras* Athenagoræ filius (*Megarensis* ille, hic *Cyzicenus* sua uterque patria extorris) *Cyzicenorum* nomine à *Pharnabazo*, cujus hospites erant *Lacedæmonem* venerunt; ut naves ab eis, quas in *Hellespontum* deducerent, impetrarent. Hæc seorsim utrisque, *Pharnabazi* & *Tissapherni* legatis, agentibus; magnum inter *Lacedæmonios* studiorum certamen exarsit: his ut *Toniam* & *Chium*, illis ut in *Hellespontum* classis prius mitteretur, persuadere nitentibus. Sed tandem *Chiorum* & *Tissapherni* apud *Lacedæmonios* maxime valuit petitio. *Aleibiade* quoque *Cliniæ* filio causam eorum adjuvante; qui, capitis ab

Anno  
Mundi.

Atheniensibus suis damnatus, apud Endium ephorum paternum hospitem tum degebat. Erythraei igitur & Chii in societatem receptis; quadraginta, quae eis mitterentur, naves decretae sunt. Calligeus autem & Timagoras, Pharnabazi & Cyzicentorum nomine, ad classem quae in Chium mitteretur instruendam nihil contulerunt; 25 talenta, quae secum ad naves conducendas attulerant, dare nolentes: quia propria postea classe navigare ipsis in animo erat.

3593

[*Id. ibid.*] 5. Aestate 20 belli Peloponnesiaci, ab Endio ceterisque Ephoris Alcibiades Atheniensis & Chalceus Lacedaemonius cum quinque navibus in Ioniam missi, ut urbes ibi Graecas ab Atheniensium societate auerterent, Corycum approperato itinere attigerunt. Eorumque suavis, Chii primum, deinde & Erythraei, ab Atheniensibus aperte defecerunt. Exin tribus navibus Clazomenas protracti, eas quoque ad defectionem pertraxerunt. Clazomenii protinus in continentem transgressi, castellum condiderunt; quo perfugium sibi esset, si qua ex parva insula, quam tenebant, cedere cogentur. Sic omnes quicumque defectionis participes erant, summo studio se communire bellumque apparare coeperunt. [*Thucyd. lib. 8.*]

4302

412

Strombichides Atheniensium dux Samum cum octo navibus adueniens, illinc sumpta una Samia, Teum trajecit; ejusque incolis ne quid moliri vellent persuasit. Eodem & Chalceus cum 23 navibus advenit: aderatque ei Clazomeniorum atque Erythraeorum peditatus. Teii peditatum illum quum à principio excipere nolissent, post Atheniensium fugam introduxerunt: qui expectato aliquandiu Chalceio ab infestatione Atheniensium necdum revertente, murum quem mediterranea versus ad urbem Athenienses extruxerant demolitus est, adjuvantibus cum aliquot qui supervenere barbaris, duce Tage Tisaphernis propraetore. Chalceus Alcibiadesque ad Samum usque Strombichidem persecuti, assumptis navibus Chiis 20, Miletum navigarunt: eamque Alcibiadis praecipue opera, quod ei familiaritas cum primoribus Milesiorum intercederet, ad defectionem induxerunt. Eos infecuti cum 18 navibus Athenienses, quum à Milesiis non reciperentur, in Ladam insulam è regione sitam appulerunt. [*Ibid.*]

Statim post Milesiorum defectionem, prima Lacedaemoniorum cum rege Persarum societas per Tisaphernem & Chalceum facta est: ea conditione, ut quascunque regiones aut urbes Rex jam possideret, ejusque majores possederunt, in Regis ditione manerent. [*Ibid.*]

Confestim inde Chii cum decem navibus, ut quid Mileti ageretur cognoscerent & simul ad defectionem civitates sollicitarent, Anziam (in Caria) vela dederunt. A Chalceio autem nuntio ut redirent accepto, quoniam Amorges (Pisisthni filius) terra militem adduceret, ad Dioshieron (Ionie oppidulum) navigarunt. Ibi conspectis sexdecim navibus quibus post Thraacyem Diomedon ab Athenis exierat; Chii cum una navi Ephesum, cum reliquis Teum diffugerunt. Sed earum quatuor ab Atheniensibus interceptae sunt, vacuae tamen, hominibus prius in terram elapsis: reliquae urbem Teiam tenuerunt. Posthaec cum in Samum Athenienses abiissent; Chii cum reliquis navibus & pedestribus simul copiis digressi, Lebedum & Eras (in Ioniam) ad defectionem pertraxerunt. [*Ibid.*]

Posteaquam ab Teo pedestres Chiorum copiae abscesserunt, Tisaphernes cum exercitu adueniens, diruto Tei, si quid reliquum erat, muro, abiit. Digresso eo, paulo post Diomedon cum decem navibus Atheniensium advenit; cumque Teiis, ut se quoque reciperent, paciscitur. Et illinc profectus Eras, quum urbem adortus expugnare non posset abscessit. [*Ibid.*]

Athenienses, capto Clazomeniorum in continente castello, ipsos in urbem suam, quae in insula erat, remigrare coegerunt; praeter defectionis auctores, qui Daphnuntem concesserant. Sic in fidem Atheniensium Clazomenae reverterunt. [*Ibid.*]

6. Eadem aetate naves 20 Atheniensium, quae in Lada insula adversus Miletum in statione fuerant, ad Panormum Milesii agri excensione facta, Chalceum Lacedaemonium praefectum cum paucis occurrentem obruncantur. Hinc tertia discedentes die trophaum crexerunt: quod Milesii, tanquam ab iis positum qui regione haudquaquam potiti fuissent, deiecerunt. [*Ibid.*]

Extrema aetate, 1500 Athenienses gravis armaturae, & 1000 Argivi, totidemque ex sociis, navibus 48, Phrynicho & Onomacle & Scironida ducibus, Athenis transfuderunt in Samum; indeque ad Miletum transgressi castra posuerunt. Adversus eos egressi, Milesiorum 800 gravis armaturae milites, Alcibiades cum iis quos Chalceus adduxerat Peloponnesii, auxilia item Tisaphernis peregrina quaedam, ipseque Tisaphernes cum suo equitatu; praelium cum Atheniensibus & eorum sociis committunt. Argivi qui primam aciem in suo cornu tenebant, nimium viribus suis sibi, à Milesiis (quos ut Ionas, contempserant) fugati, paulo minus trecentos ex suis desiderarunt. Sed victoria praecipua penes Athenienses fuit: qui trophaeo posito, Miletum in peninsula sitam obsidere parabant. Sed adventantis classis Siculae & Peloponnesiae nuncio turbati, suatore Phrynicho, in Samum se receperunt. [*Ibid.*]

Classis adueniens, aucta navibus Chiis quae prius cum Chalceio ab hostibus pulsa fuerant, petente Tisapherne, Jafum invasit: ubi Amorges Pisisthni filius spurius, qui à Dario defecerat, se tenebat. Peloponnesii, sub Astyocho, rei maritimae praefecto, (ad quem Theramenes Lacedaemonius classem illam adduxerat) & Syracusani (quorum in hoc negotio, sub duce Hermocrate, praeter ceteris maxime virtus enituit) Jafios, non hostiles sed Atticas illas naves fuisse opinantes, improviso adorti oppresserunt. Amorgen vivum captum Peloponnesii Tisapherni tradiderunt; ut eum ad Regem (sicut ille imperaverat) si ei liberet, perduceret. Jafum ipsam, antiqua fortuna divitiisque opulentum oppidum, milites diruperunt, ingentem inde



prædam consecuti, Auxiliarios quos Amorges habuerat, inviolatos ad se Peloponnesi receperunt; interque milites suos, quod plerique eorum essent ex Peloponneso, conscripserunt, Oppidum Tisapherni tradiderunt, cum omnibus captivis tam liberis quam servis: pro singulis statuerem Dariem pacti. Inde Miletum reversi, Pædaritum Leontis filium præfectum à Lacedæmonii in Chium missum, terrestri itinere cum Amorgæ auxiliariis Erythras usque deduxerunt; & Mileto Philippum præfecerunt. [*Ibid.*]

d. Hyeme insequente, Tisaphernes, cum præsidium Jaso imposuisset, Miletum veniens, pecuniam (ut erat Lacedæmone promissum), Spartanis & sociis solvit; drachnam Atticam mensuram in singula capita; & in futurum tempus de certo stipendii modo convenit. [*Ibid.*]

Astyochus Lacedæmonius navarchus, cum decem Peloponnesis navibus, & totidem Chiis, Preleum nequiquam expugnare adortus transmisit Clazomenas, ibique eos qui Atheniensium partis essent deditionem facere, & in Daphnuntem migrare iussit: quod idem jubebat & Tamos Joniæ proprator. Illis facere imperata recusantibus, adortus urbem muris carentem, tamen expugnare quum non posset, abiit. Acri autem coorto vento, ipse quidem Phocæam & Cumam tenuit: ceteræ naves in insulas Clazomenis objaçentes (Marathusam, Pelam & Dri-myssam) ejectæ sunt. Ibi per octo dies tempestatibus retenti, omnibus rebus, quæ à Clazomenis eò metu belli occultè exportatæ fuerant, partim direptis & sumptis, partim in naves congestis, Phocæam Cumamque ad Astyochum navigarunt. [*Ibid.*]

Eadem hyeme Hippocrates Lacedæmonius à Peloponneso profectus cum Thurinis decem navibus (quarum præfectus Dorieus Diagoræ filius cum aliis duobus erat) & una Laconica unaque Syracusana, in Cnidum trajecit quæ jam à Tisapherne desciverat. Horum adventu cognito, qui Mileti erant eis negotium dant, ut parte dimidia navium in præsidio Cnidi relicta, cæteris juxta Triopium (Cnidia promontorium) onerarias ab Ægypto transmittentes comprehendant. Ea re audita, Athenienses à Samo profecti, sex naves ad Triopium præfidarias intercepterunt; classiaris in terram elapsis. Inde Cnidum provecti, urbem mœnibus nudatam adorti, parum absuit quin caperent. Sequenti die iterum aggressi, cum ipsi per noctem se communiissent, & qui à Triopio ex navibus profugerant urbem intrassent, difficilior jam expugnatio erat. Itaque agris vastatis, in Samum redierunt. [*Ibid.*]

e. Quum à Peloponnesis fœdus inter Chalcideum & Tisaphernem ictum, non omnino integrum, & sibi parum æquum, visum esset: aliud inter Lacedæmonios sociosque, & Regem Darium ejusque filios & Tisaphernem, percussum est scriptumque clarius, Theramene Spartanum præfente. Post quod, Theramenes, classe Astyocho tradita, in celoce abnavigans è conspectu abiit. [*Ibid.*]

3595

Cum Pharnabazo altero Persico præfecto, qui circa Hellepontum regis sui res curabat, & legatos Calligetum Megarensis atque Timagoram Cyzicenum Spartam miserat, negotium ob quod illi venerant confectum est: navesque 27, quas illi à Lacedæmonii Pharnabazo procuraverant, duce Antisthene Spartanum circa brumale solstitium ex Peloponneso in Ioniam moverunt. Miserunt una Lacedæmonii undecim legatos Spartanos (quorum unus fuit Lichas Arcesilai filius) ut eorum consilio Astyochus uteretur. Eis imperatum, ut ubi Miletum pervenissent, tum cetera quam rectissime administrarent, tum naves istas, aut omnes aut plures paucioresve, in Hellepontum, si ipsis videretur, ad Pharnabazum mitterent; Clearcho Ramphii, qui simul navigabat, præfecto constituto: utque Astyocho (quem Pædariti litteræ suspectum fecerant) à classis præfectura, si ipsis sic videretur, amoto Antisthenem surrogarent. Hi vero à Malca (in sinu Laconico) solventes, Melum insulam primo tenuerunt: deinde longiore circuitu, quo ab hostibus tutiores essent, ad Caunum in Asia appulerunt. [*Ibid.*]

Astyochus Cnidum appellens, inde festinavit ad occurrendum navibus, quæ Peloponnesias Caunum appulas observabant. Ad quas cum pervenisset: Athenienses illata primum, non magna, deinde accepta majore clade, Halicarnassum se receperunt; victores Peloponnesii Cnidum redierunt. Athenienses deinde in Symam insulam (ad quam victi fuerant) ab Samo cum universis navibus contenderunt; nec tamen adversus classem ad Cnidum stantem quidquam tentarunt: sed receptis ex Syma navium armamentis, & Lorynis in continente oppugnatis, Samum redierunt. [*Ibid.*]

Coacta ad Cnidum universa Peloponnesiorum classe (quæ 94 navium erat) undecim legati Lacedæmoniorum cum Tisapherne, qui huic advenerat, de rebus jam transactis agitabant, si qua illarum eis displiceret; deque bello futuro, quemadmodum id quam rectissime è re utriusque partis gereretur. Et ante omnes Lichas, quæ transacta essent considerans, utrumque fœdus, etiam quod cum Theramene ictum erat, rectè factum fuisse negavit. Nullo enim modo tolerandum, ut Rex omnes eas teneret regiones, quibus aliquando ipse majoresve ipsius imperitassent. Ita enim oportere rursus & Insulas omnes & Thessaliam, & Locros & deinceps Bœotia tenuis, in servitutem redigere; ac Lacedæmonios, pro libertate, imperio Medorum Græcos subigere: quare aliud de integro fœdus faciendum: aut hocce non utendum, nec ex eo stipendium petendum. Hac de re stomachatus Tisaphernes, infecto negotio, inde abscessit. [*Ibid.*]

Cum à Peloponnesis literæ Astyocho venissent, ut Alcibiadem (qui & illis suspectus, & regi Lacedæmoniorum Agidi erat inimicus) interficeret; ille clam ad Tisaphernem se subduxit: eique persuasit, ne stipendia tanta classi Peloponnesiorum præberet; sed hocce potius ageret,

ut neque hi Athenienses evertere omnino possent, & bello eo utrique attriti & confecti, tandem Regi obtemperare cogerentur. [*Ibidem.*]

Pisander & decem alii Atheniensium legati, decreto populi, missi sunt, ut cum Tissapherne & Alcibiade agerent, prout è Republica esse putarent. A quibus Alcibiades, Tissaphernis nomine, adeo ingentia postulavit, ut quamvis multa concedentes, tamen ad ultimum pacitionem aspiciantur. Postulabat enim, ut Athenienses Ioniam traderent universam cum Insulis circumjacentibus. Quod cum illi non negarent; tandem in tertio congressu petiit, ut Regi liceret naves facere, & ipsorum præternavigare terram, quacunque & quanta cum classe vellet. Tum verò amplius toleranda ista-rati Athenienses, & se deceptos ab Alcibiade credentes; ira succenti abierunt inde, & in Samum se receperunt. [*Ibid.*]

b. Secundum hæc, nondum confecta hyme, Tissaphernes protinus Caunum se contulit, animo Peloponnesios iterum revocandi Miletum, in insulisque aliis quibuscunque posset pacitionibus, stipendium solvendi; ne profus sibi hostes redderet. Convocatis igitur Peloponnesiis, stipendium eis numeravit, scedisque cum eis tertium iniiit; cujus hoc erat principium. *Tertio decimo anno regni Darii, ephoro Lacedæmone Alexippida, pactioes inira sunt in campo Maandri inter Lacedæmonios sociosque, ac Tissaphernem & Hieramnem & Pharnaci liberos, de Regis deque Lacedæmoniorum & sociorum rebus. Quacunque regio in Asia Regis est, Rex teneto; & de regionibus suis, ut volet, statuito, &c.* De stipendii vero solutione pactum est; ut presentis classis Tissaphernes illud præbeat, donec naves regie venerint; post quarum adventum, Lacedæmonii & socii suam classem ipsi alant, si velint; sin à Tissapherne stipendium accipere malint, ipsum præbiturum esse, sed ea lege, ut finito bello pecuniam ei reddant quam acceperint. [*Ibid.*] Unde petenda explicatio illius, quod apud Justinum [*lib. 5. cap. 1.*] brevis habetur propositum. *Darius rex Persarum, facta cum Lacedæmonii per Tissaphernem præfectum Lydiæ societate, omnem sumptum belli pollicetur.*

Ineunte statim proximæ ætatis vere (quod anno belli Peloponnesiaci 21 initium dedit) Dercyllidas Spartanus Mileto cum parva manu in Hellespontum terrestri itinere, ut Abydum Milesiorum coloniam ad rebellionem sollicitaret, mittitur: quæ ad eum & Pharnabazum, ut & biduo post Lampfacus, ab Atheniensibus deficit. Quo audito, Strombichides cum 24 Atheniensium navibus ex Chio properè accurrens, Lampfacenos obviam egressos acie vincit, urbemque mœnibus carentem primo impetu capit: rebulque ibi constitutis, Abydum aggressus, sed ab Abydenis fortiter se tuentibus repulsus, Sestum è regione sitam in Europa trajecit, ibique præsidium ad tutelam totius Hellesponti collocavit. [*Thucyd. lib. 8.*]

Univerfa Atheniensium classis ad Samum coacta, pacto cum Samiis inito, ad restituendum popularem Athenis & tollendum Quadringentorum noviter ibi erectum dominatum, communi juramento se obstringunt: Thrafsybulo & Thrafsylo ducibus constitutis. De Alcibiade ab exilio reduciendo deliberant: ejus opera ad se Tissaphernem à Peloponnesiis averrendum, & Regis amicitiam sibi conciliandam, sperantes. [*Id. ibid.*]

Inter classicos Peloponnesiorum milites qui Mileti erant, contra Astyochum & Tissaphernem murmur ortum. Illum namque prius, quando ipsorum vires validæ & Atheniensium classis exigua fuisset, dimicare noluisse: nec adhuc velle, cum & seditiones inter ipsos esse audiret & naves nunquam in uno loco congregatas haberet. Ab hoc vero, Phœnicum naves (uti promiserat) non accersente, & stipendium militibus neque continenter neque integrum præbente, magno classem incommodo affici. Quum igitur quamprimum prælio rem committendam flagitent: Astyochus sociique Milesios cum terrestribus copiis Mycalen procedere jubent; ipsi cum universa classe, quæ 112 navium erat, eodem circumvehuntur. Atheniensium naves 82, quæ in Glauca Mycales stationem habebant, horum classe conspecta, se in Samum recipiunt: Strombichide vero cum navibus ab Hellesponto ad eorum auxilium adventante, Peloponnesii Miletum revertuntur. Quos secuti Athenienses, armatas naves 108 jam habentes, acie ad Miletum explicata, quum hostem prodire non cernerent, in Samum sine pugna redeunt. Post quæ Peloponnesii animadvertentes, ne cum universa quidem classe sustinere se robur classis Atticæ posse, nec habere se unde tot classiaris stipendia solverent, præsertim Tissapherne maligne promissa præstante; Clearchum Ramphii filium cum navibus 40 ad Pharnabazum in Hellesponto, ultro invitantem & stipendia prompta pollicentem aliaque studia offerentem, mittunt. [*Ibid.*]

c. Thrafsybulus, ad Tissaphernem profectus, Alcibiadem in Samum secum perduxit: ubi ab exercitu in Imperatorum numerum allectus est, omniumque rerum summa ei permissa. Ille, Atheniensis exercitus Imperator creatus, ad Tissaphernem protinus navigavit; ut omnia consilia cum ipso communia habere videretur: ita in rem suam callidè tractato negotio, ut & Athenienses per Tissaphernem, & Tissaphernem per Athenienses posset terrefacere. [*Ibid.*]

Hoc præterea astu illud quoque apud Peloponnesios qui Mileti erant obtinuit; ut ad prius erga Tissaphernem odium magnus hinc cumulus accesserit: ita ut non contra illum solum tumultuarentur, sed etiam contra Astyochum; quem privati emolumenti gratia cum Tissapherne colludere criminabantur. Inter hæc vero accidit, ut Syracusanorum Thurinorumque nautica turba stipendium ab Astyochus procacius flagitarent. Cumque ille tanto protervius responderet minareturque, & Dorico (Thurinarum navium præfecto: quanquam τὸ γὰρ Δωρικόν, de Syracusanarum navium duce Hermocrate, Græcis accipiat Thucydidis Scholiastes) nautis suis astipu-

lanti fuslem intentaret; nautæ cum clamore in eum irruerunt; periissetque omnino, nisi ad aram quandam repente confugisset. Milesii quoque facto clam impetu, castellum à Tissapherne in sua urbe edificatum, eiectionis qui custodia causa inerant militibus, occuparunt. Quæ res à reliquis etiam sociis probata est, maximè à Syracusanis: solo improbante Licha Lacedæmonio, qui Milesios, aliosque qui in Regis ditione essent, Tissapherni moderate imperanti obtemperare debere aiebat, donec bello felix finis imponeretur. [*Ibid.*]

Hac contentione illis occupatis, Pindarus successor Astycho in præfectura maritima ab Lacedæmonie venit, & imperium ab ipso traditum accepit. Cum Astycho inde Lacedæmonem discedente, Tissaphernes legatum è suis Gauletem quendam Carem misit, linguæ utriusque (Persicæ & Græcæ) gnarum: qui & Milesios de castello accusaret, & simul pro ipso Milesiorum & Hermocratis Syracusani delationibus responderet; quos eo simul profecturos noverat, ipsumque, quod cum Alcibiade rebus Peloponnesiis noceret fideique ambigere esset, criminaturos. [*Ibid.*]

Tissaphernes, insensis ei tum ob alia tum ob Alcibiadis reditum Peloponnesiis, ut qui jam apertè Atheniensium rebus faveret; sui, ut vitus est, purgandi causa Aspendum, quò Phœnicum naves 147 pervenerant, profectus est, Licha Lacedæmonio una ire iussu: Thamo legato suo relicto, qui absente se stipendium Peloponnesiis militibus exsolveret; quod ab illo tamen factis indiligenter fuit præstitum. Philippum quoque Lacedæmonium cum duabus trirēnibus ad Phœnicum naves visendas, Tissapherne iubente, Peloponnesi miserunt. Sed & Alcibiades, quum Aspenti Tissaphernem fuisse cognovisset, cum 13 navibus Caunum Phaselidemque navigavit, ingentia omnia certissimaque auxilia suis pollicitus; quibus & in Samum demum reversus nunciavit, se ne Phœnicum naves Peloponnesiis mitterentur conficere, & Tissaphernem amiciosem quam antea Atheniensibus reddidisse. Nam ille quidem Aspenti cum Phœnicibus congressus est, sed nullas eorum naves Peloponnesiis tradidit; illud nugatorie prætexens, quod pauciores quam iussisset Rex essent contractæ: quum illi constitutum fuisset, suspensos tenere Græcorum animos; & neutris accedendo, utrosque paribus viribus inter se commissos atterere. [*Ibid.*]

Quadringentorum dominatus Athenis abrogatus est, Quinque millibus eorum loco substitutis: qui de Alcibiadis, & aliorum qui cum ipso erant in patriam reditu legem tulerunt. [*Ibid.*] patrique ille absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo & Theramene: quorum virtute magna statim in melius Atheniensium rerum facta est commutatio. [*Æmil. Prob. in Alcibiade.*]

Dum Peloponnesii cum classe Mileti hærent, nemo eorum quibus id à Tissapherne Aspendum cuncte mandatum fuerat stipendium classiaris solvebat; nec promissa classis, nec ipse Tissaphernes illuc veniebat: scripsitque Mindaro maritimæ rei præfecto Philippus qui cum Tissapherne missus fuerat, & Hipocrates Spartanus Phaselide tunc agens, neque venturam classem Phœniciam, neque iusti quicquam à Tissapherne esse expectandum. Contra vero Pharnabazus, qui ad Hellepontum res Persicas curabat, omnem benevolentiam iisdem ostentabat. Nam ultro eas sollicitabat, & accepta ab iis classe cupidum se declarabat reliquis præfecturæ suæ civitates ab Atheniensibus avertere (quod ipsum quoque Tissaphernes præ se ferebat) sperans hoc modo res suas sese aucturum. Hisce commotus Mindarus, summa cura instructis navibus LXXIII, proposito subitaneo edicto, ut magis hostem in Samo lateret, cum iis Mileto solvens in Hellepontum cursum direxit: quem Thrasyllus dux Atheniensium è Samo cum navibus LV. est infecutus. [*Thucyd. lib. 8.*]

Mindari & Syracusanorum classes cum Thrasylli & Thrasybuli classe ad Cynos-fema (promontorium Hecubæ tumulo notum) confligit: ubi post ancipitem pugnam Athenienses victoriam obtinuerunt; amissis navibus 15, hostium vero captis 21. Quod prælium navale à Thucydide plenius descriptum habetur in libro octavo, & Diodoro Sic. anno 2. Olymp. 92.

Quarta post pugnam die, relictis magno studio Sexti navibus, Athenienses Cyzicum quæ ab ipsis defecerat navigarunt; conspiciatque ad Harpagium & Priapum octo naves profectas e Byzantio, aggressi sunt; ac superatis prælio qui in terra erant, eas in potestatem redegerunt. Mox Cyzicum progressi, eam quoque mœnibus tum carentem receperunt, illincque pecunias exegerunt. [*Thucyd. ibid.*]

d. Alcibiades cum navibus XXII. è Samo profectus, ab Halicarnassensibus vim magnam pecuniarum exegit; deinde Meropidem populatus, Con muro munivit; & jam autumno propinquo, magna cum præda in Samum rediit. [*Id. ibid. Diodor. ann. 2. Olymp. 92.*]

Astacus Persa Tissaphernis legatus, concepto contra Delios, qui patria sua ab Atheniensibus pulsi Atramytrium incolebant, occulto odio; sub amicitia ac societatis specie optimos eorum quosque in expeditionem evocatos, cum prædantes observasset, militibus suis circumdedit & jaculis confixit. [*Thucyd. ibid.*]

• Antandrii, in Æolide, ne in se simili scelere sæviret Astacus veriti, & onerum impatientes ab eodem sibi impositorum, Peloponnesiorum milites (qui in Helleponto tum versabantur) ex Abydo per montem Idam in urbem suam deductos acceperunt, & Astaci præsidium ex arce eiecerunt. [*Id. ibid.*]

Tissaphernes ab Aspento in Ioniam reversus, & hac re, & aliis quæ Mileti Cnidique (nam & illinc præsidia ejus pulsa fuerant) acciderunt commotus, magna se à Peloponnesiis contumelia affectum fuisse existimavit, Plura igitur ab iisdem mala sibi metuens, simulque anxius, ne

Anno Mundi.		Anno Periodi Juliane.	Annon- te zram Carilla.
	Pharnabazus qui minore tempore sumptuque eos aluisset, feliciter res contra Athenienses gereret: ipse ad eos in Hellepontum ire constituit: ut & de Antandrio facto eos argueret, & de Phœnicum navibus aliisque objectis criminibus sese quam posset commodissime purgaret. Cumque Ephesum primum venisset, sacrificium Dianæ fecit. [ <i>Id. lib. 8. fin.</i> ]		
	Hic Thucydides terminatur historia: quam deinceps per annos 17. Theopompus, per annos verò 48. continuavit Xenophon. [ <i>Diodor. ann. 2. Olymp. 92.</i> ] Prioris opus historicum interit: posterioris extat; sed <i>amissior</i> . Præter Proœmium enim, duorum in eo annorum historia desideratur: à fine ætatis anni XXI. belli Peloponnesiaci (in quo Thucydides de sit,) usque ad exitum ætatis anni XXIII.		
4594	De 300. navibus in Phœniciam remissis; Pharnabazus ea ratione Lacedæmonis se purgavit; id fuisse factum, quod & ab Arabum & ab Ægyptiorum rege (Amyrtæo) Phœnicia infidias parari cognovisset: ut ad annum 3. Olympiadis 93. habet Diodorus Siculus, quum 147. tantum Phœnicum naves Aspendum pervenisse & à Tissapherne, contra promissi fidem, dimissas fuisse, Thucydides docuerit.	4304	410
4595	c. Alterum ad Cynos-tema inter Lacedæmonios & Athenienses navale prælium est factum, quod à Theopompo est descriptum; ut refert Vitæ Thucydides Græcus scriptor anonymus. d. Thymochare Athenis cum paucis navibus veniente, statim Lacedæmonij & Athenienses prælio navali rursus congressi sunt; in quo Lacedæmonij ductu Hegesandridæ victores evaserunt. [ <i>Xenophon, in iro lib. 1. Hellenicon.</i> ]	4305	409
	Paulo post Dorieus Rhodius Diagoræ filius, triremium Thurinarum ex Italia præfectus, hyemis initio cum 14. navibus Rhodo profectus, ad Hellepontum transmisit: ut cum Mindaro se conjungeret, qui ad Abydum subsistens, naves Peloponnesiaci nominis socias undique cogebat. Jamque ad bigemum Troadis profectus erat Dorieus, quum Athenienses juxta Sestum commorantes, explorato ejus cursu, cum 20. navibus in eum feruntur. Dorieus, arrepta fuga, in litus Rhœteum triremes suas subduxit: expositisque militibus, & urbis Dardaniæ prælidio adsumpto, è terra pariter ac navibus pugnam contra Athenienses sustinuit; donec illi tandem nihil se proficere cernentes, Madytum rediere ad reliquum exercitum. Hac pugna conspecta Mindarus, qui apud Ilium Minervæ sacrificabat, ut subsidium suis ferret navelque Dorieci reciperet, ad Dardanium promontorium cum navibus 84. contendit: quibus & terrestres Pharnabazi copie aderant, ad classem Lacedæmoniorum sublevandam. Quibus obviam procedens Atheniensis navium 74. classis, ad litus juxta Abydum cum eis prælium iniiit. Mindarus 97. suas & Dorieci naves sub imperio habens, in lævo cornu Syracusanos statuit; dextrum ipse rexit. Dextrum atheniensium cornu Thrasybulus, sinistrum Thrasyllus duxit. A matutino tempore ad vespèram anceps trahebatur pugna: quum repente Alcibiades, cum 18. navibus ex Samo in Hellepontum navigans, se conspiciendum præbuit. Ex eo Peloponnesij versus Abydum fugerunt: quos ocyus Athenienses infecuti, decem eorum navibus confestim sunt potiti. Exorta dehinc magna ventorum procella, indeque multis circa persecutionem objectis impedimentis; Peloponnesij ad litus incolumes elapsi ad terrestres Pharnabazi copias se receperunt. Qui quidem ipse ingressus equo mare quousque poterat, dimicabat: idemque ut facerent, equites peditesque suos hortabatur. Peloponnesij quoque navibus constipatis, & opposita hostibus acie, non procul à litore pugnant. Nocte igitur jam appetente, Athenienses cum 30. vacuis hostium navibus quas ceperant, ac suis in prælio corruptis, Sestum discesserunt: & quam primum illuxit, collectis naufragiorum reliquiis, trophæum excitaverunt. Deinde 40. navibus ibi relictis, cum cæteris alij aliò extra Hellepontum ad exigenda tributa sunt profecti. Unus è ducibus Thrasyllus Athenas navigavit, ea quæ acciderant nunciaturus, militumque & naves in supplementum classis petiturus [ <i>Xenoph. Hellen. lib. 1. Diodor. lib. 13. Plutarch. in Alcibiade.</i> ]		
4596	Mindarus circa primam noctis vigiliam Abydum revectus, naves prælio concussas resarcit, & ad Lacedæmonios tam pedestres copias quam supplementa nautica postulatam mittit. Dumque ad instruendam classem necessaria pararentur, terrestribus suis copiis cum Pharnabazo socias Atheniensium in Asia urbes oppugnare constituit. [ <i>Diodor. ibid.</i> ] a. Interea venit in Hellepontum Tissaphernes: cui quum Alcibiades, tam nobili potitus victoria, ostentare se affectaret, cum muneribus donisque hospitalibus, & comitatu imperatorio, triremi ad eum profectus est. Verum Tissaphernes, apud Lacedæmonios jampridem malè audiens & ne apud Darium crimen sibi pararetur metuens, comprehensum eum Sardibus conjecit in vincula: præ se ferens, mandatum sibi fuisse à Rege, ut Athenienses hostium loco haberentur. Post dies verò 3. Alcibiades, cum Mantitheo quodam in Caria capto, equos nocturna fuga Clazomenas se contulit; Tissaphernem insuper calumniatus, dimissum se ab illo fuisse. [ <i>Xenoph. Hellen. lib. 1. Plutarch. in Alcib.</i> ] b. Mindarus, hyeme jam exente, cum 60. navibus Cyzicum petiit, castrisque suis cum Pharnabazi exercitiis conjunctis, oppugnatam urbem vi cepit. Contra eum, cum 86. navium classe profecti Alcibiades, Thrasybulus & Theramenes navali eum primum, deinde terrestri prælio (in quo heroice pugnans ipse cecidit) superaverunt. Syraculani, cum effugere non possent, suas ipsi naves cremarunt: reliqua classe univèrsa potiti Athenienses, ad Præconnesium captivas naves abduerunt. Rem gestam plenius descriperunt, Xenophon libro 1. Hellenic. Diodorus lib. 13. Plutarchus in Alcibiade, & in 1. Stragematum libro Polyænus.	4306	408
	I. Vffer, Annal. p. pr.	Q	Postridie

Postridie Athenienses è Præconneso Cyzicum navigant: ubi in urbem, à Peloponnesiis & Pharnabazo desertam, à Cyzicenis recepti sunt [*Xenoph*] Duoque ex utraque victoria trophæa excitarunt: unum pugnae navalis, in Polydori insula; alterum pedestris confictus, ubi primum hostes in fugam coniecerunt. [*Diodor.*]

Cyzici per 20. dies commoratus Alcibiades, grandi à Cyzicenis accepta pecunia, nullo præterea damno eis illato, in Præconnesum revertitur. [*Xenoph.*]

Ductores Atheniensium qui ad Cyzicum harebant, Chalcedonem devecti, Chrysolim muris cingunt; locumque in eo ad colligendas decimas, de venientibus è Ponto navibus, constituunt. [*Xenoph. Hellen. lib. 2. Polyb. lib. 4. pag. 312. & Diodor. ann. 4. Olymp. 92.*] Relictum hic 30. navium præsidium cum duobus ducibus, Theramene ac Eubulo; qui & oppidum & naves è Ponto venientes observarent, aliisque damnis hostes quibuscunque possent afficerent, [*Xenoph.*]

Interceptæ sunt ab Atheniensibus & istæ Laconice scriptæ literæ, ab Hippocrate Mindari legato Lacedæmonem ad ephoros de clade Cyzicena missæ. Εἴρη τὸ κατὰ Μινδαγὸς δ' ἀπίστωται. πρὸς ὧν τὸ ἄνω μέρος ἀποφόρος τὴν γῆν δὲ γὰρ. Effluxerunt res præclaræ; Mindarus interit: cæsurius milites; quid factu opus sit, nescimus, [*Xenoph. & Plutarch.*]

His malis fracti Lacedæmonij, pacem petierunt: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res questum præstabat. [*Justin. lib. 5. cap. 4.*] Etsi enim Atheniensium modestissimi ad pacem animis inclinabant: qui tamen bellis ferendis & ducendis adfuerant, & ex publicis tumultibus compendium faciebant, bellum prætulere. Quam sententiam promovit Cleophon, Demagogorum illius temporis maximus: qui cum multa ad rem propositam accommodata dixisset; ἐμπειροῦσι τὸν δῆμον, τὸ μέγιστος τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως ἀσπίδος τὸν πόλεον καὶ ἐναντὶ ἀποφόρου βραβεύειν τὰ κατὰ πῆλσον περὶ τῆς πόλεως, ut eleganter rem expressit Diodorus Siculus. Cleophon autem iste, qui turbulentis suis concionibus populum ad suam perniciem (ut rerum mox secuti vicissitudo declaravit) à pace averit, Ilyrarum faber fuit, quem multi compedibus vincitum meminerant; per fraudem tamen ac turpiter in civium album inscriptus, populo largitionibus corrupto, se gladio collum ei præciturum minitabatur, qui pacis mentionem fecisset: ut in Oratione de falsa legatione habet Æschines.

Peloponnesij & socij eorum Syraculani, quotquot ad urbis Cyzicena præsidium relictæ & è prælio fuga servati fuerant, ad Pharnabazi castra se receperunt. [*Diodor. lib. 13.*] Eos consolatus Pharnabazus, non esse ob naves ligneas amissas animos abjiciendos dixit, cum lignorum abundans copia sit in ditone Regis, dummodo salvi sint homines: simul vestem singulis & bimestre stipendium dedit. Ad hæc armatis nautis, præsidia constituit per universam oram maritimam curæ suæ commissam: & civitatum triremumque præfectis convocatis naves novas apud Antandrum extruere jussit totidem quot erant amissæ; largitusque est in hunc usum pecunias, materiamque ex Ida monte, quanta esset opus, sumere permisit. Iisque ita constitutis, Chalcedoni suppetias tulit. [*Xenoph. Hellen. lib. 1.*]

c. Dum classis ædificatur, Syraculani cum ipsis Antandriis muro Antandrum circumdederunt, locumque illum munitissimum reddiderunt: cujus beneficij gratia Syraculani ab Antandriis civitate sunt donati. [*Xenoph. ibid.*]

Ducibus Syraculanis domi à populo exilio damnatis, eorum primarius Hermocrates quum Tissaphernem Lacedæmone accusasset, ac non solum Astyochi testimonio sublevaretur, sed etiam ipse verum dicere visus esset; ad Pharnabazum se conferens, priusquam quicquam peteret, magnam pecuniæ summam ab eo accepit peregrinisque militibus & triremibus comparatis, in patriam reversus est. [*Id. ibid. cum Diodoro, ann. 4. Olymp. 92.*]

Parisippida Sparta exilio multato quod, conjuncta cum Tissapherne opera, ut omnes qui à Lacedæmoniorum partibus stabant ex Thaso insula per seditionem eicerentur, procurasse crederetur; ejus loco missus Cratesippidas, navales illius copias in Chio accepit. [*Xenoph. ibid.*] Hic cum 25. navibus, nihil memorabile gerens, tempus aliquod circa Ioniam contrivit. Postea verò, ejectionum è Chio pecunia instructus, illos domum reduxit, & exilij auctores num. 600. urbe expulit: qui Aterneum, locum in opposita continente natura munitissimum, occupantes, assiduis eos excursionibus inde infestabant. [*Diodor. ibid.*]

d. Olympiade XCIII, qua stadio Eubotas Cyrenæus vicit, Euarchippo apud Spartanos ephoro, Euctemone Athenis archonte, bigarum mularium cursus, ἑμμεῖς sive οὐνοῖς dictus, ludis Olympiacis adjectus est: ut in 1. Hellenicorum Xenophon indicat. Cujus instituti, præter Diodorum Siculum libro 13. & Pausaniam libro Eliacorum priore, meminit etiam in Stadionicarum Catalogo Julius Africanus: addens etiam, eadem Olympiade pancratio vicisse Polydamantem Scotusæum, illum videlicet, quem Darius Nothus per legatos donis & promissis invitatum Susa ad se evocavit; ubi tres de cohorte regia quæ Immortalium est dicta (de qua Herodotus videndus, lib. 7. cap. 83.) simul in se irruentes occidit: ut in posteriore Eliacorum libro refert Pausanias, qui etiam, in eodem libro, de Eubota stadionica narrat; cum ei Ammonis in Lybya oraculum victoriam è cursu prædixisset, statuam ante faciendam sibi curavisse, eodemque die & victorem renuntiatum fuisse & victoriæ testem statuam dedicavisse.

Hoc anno Medos, qui à Dario Persarum rege defecerant, rursus ei se dedisse, in primo Hellenicorum suorum testatur Xenophon. Medos quoque à Dario defecisse, & prælio victos iterum subactos fuisse, in libro 1. Historiæ suæ cap. 130. refert Herodotus: Qui cum & Deceleani

belli,

belli libri 9. cap. 72. ante quinquennium gesti meminerit, & libri 3. cap. 15. filii Amyrtæi post patrem in Ægypto regnantis ( de quo, ad annum sequentem erit dicendum: ) extremis belli Peloponnesiaci temporibus Historiam illum suam vel scripsisse vel saltem recognovisse colligimus.

Anni hujus æstate ineunte, Athenis Thrasyllus acceptis navibus sibi decretis, & nautis 5000 cetratorum instar armatis, quos cæteris cetratis adjungeret, ad Samum trajicit. Ubi triduum moratus, ad Pygelensem ( in Jonia ) oram navigat; devastatoque illo agro, ad oppidi murum copias admovet. Cumque è Mileto quidam subsidio Pygelensibus venissent, & palantes Atheniensium leviter armatos premerent; reliqui Athenienses suis succurrentes, Milesios omnes ( paucis exceptis ) occidunt, ducentisque seutis cætorum & potiti trophæum statuunt. Postridie Notium navigant; indeque paratis ad iter rebus omnibus, Colophonem pergunt; quæ statim eis cessit. Nocte proxima Lydiam ingrediuntur, adulto jam frumento, multosque vicos exiunt: pecuniam, mancipia, prædam aliam ingentem capiunt. Cumque hinc inde sparsi, ac prædæ separatim intenti essent; Stages Perfa ( Tages ille, ut videtur; cujus ad annum Mund. 3592. ex Thucydide facta est mentio ) equitum suorum opera vivum unum capit, & septem interficit. [ *Xenoph. Hellen. lib. 1.* ]

Tissaphernes Thrasyllum ad Ephesum oppugnandam navigaturum animadvertens, magnas cogit copias; equitibusque dimissis, imperat omnibus ut Dianæ latum opem Ephesum accurrerent. Thrasyllus, XVII. postquam Lydiam invasisset die, Ephesum navigat: gravem armaturam ad Coressum exponit, equites, cetratos, epibatas, cæteros omnes propter paludem ex oppidi parte altera: quumque jam illuxisset, bipertitum exercitum admovet. Contra oppidani & auxiliares à Tissapherne adducti, gravis primùm armaturæ pedites, qui erant Coressi, aggre-diuntur. Quos posteaquam in fugam vertissent, & interfectis plus minus 100, reliquos usque ad mare persecuti fuissent; ad eos, qui propter paludem erant, se convertunt. Ubi & Atheniensibus in fugam conversis, & 300 eorum interfectis; statuerunt hoc loco trophæum, & alterum apud Coressum. Ex auxiliariis verò Syracusani præcipuè & Selintuntii ob strenuam hic navatam operam, præmiis ab Ephesiis sunt affecti: concessa & immunitate perpetua, si quis esse civis cuperet. [ *Id. ibid.* ] Ærei trophæi ab Ephesiis in opprobrium Atheniensium erecti, meminit etiam Plutarchus in *Alcibiade*.

Athenienses, receptis per inducias cætorum suorum corporibus, & Notii sepultis, Lesbum versus & Hellepontum navigant: Cumque in portu Methymnæ urbis Lesbiæ hærentes, 25 naves Syracusanorum, qui ad Ephesum cum ipsis conflixerant, prætervehi conspexissent: impetu in eas facto, quatuor earum cum vectoribus in potestatem redeperunt; cæteras in fugam datas Ephesum usque sunt persecuti. Captivos omnes Thrasyllus Athenas misit; præter Alcibiadem Atheniensem, Alcibiadis consobrinum & exilii socium, quem interemit. Inde Sestum ad exercitum navigat, & è Sesto copiarum universarum Lampsacum trajiciunt: simulque hyemis ( ab autumno cæpta ) aderat. Lampsaci verò quum vellet Alcibiades universas copias in eosdem ordines redigere, milites illius cum Thrasyllianis commiseri recusabant; invicti scilicet hætenus, cum iis qui victi fugatique venirent. [ *Xenoph. Hellen. 1.* ]

3597. Quum Lampsacum ( *Labdacum* vitiose hic habent Diodori codices ) Alcibiadis & Thrasylli ibidem hyemantes copiarum militari communivissent opere, adversus Abydenos expeditionem susceperunt quibus cum magna manu suppetias veniens Pharnabazus, prælio superatus & fugatus est. Eum Alcibiades cum equitatu suo & 120 gravis armaturæ peditibus, quibus Menander præerat, in multam noctem usque persequi non destitit. Hac victoria parta milites inter se conciliati & sponte permixti, simul ovantes in castra rediere. [ *Id. ibid. & Plutarch. in Alcibiade.* ]

Postero die trophæum excitavit Alcibiades, & Pharnabazi provinciam, nemine ire contra auso, ferro & igni vastavit. Sacerdotes verò ibi captos sine pretio dimisit. [ *Plutarch. ibid.* ]

Lacedæmonij, Tissaphernis tergiversatione offensi, Bæotium, & alios legatos ad Darium miserunt: qui à Rege omnia, quæ petebant, impetrarunt. [ *Xenoph. Hellen. 1. 7.* ]

Eadem hyeme, Alcibiadis & Thrasylli milites, diversis expeditionibus in Asiæ continentem factis, ditionem Regis populationibus vexabant. [ *Id. ibid.* ]

Darius filium suum Cyrum juniorem ( annum 16. ætatis non excedentem; ut pote à patre jam regnante susceptum, ut narrat Ctesias, & Plutarchus in *Artaxerxe* ) oræ martimæ, cum Satrapæ titulo, præfecit; eorumque omnium qui ad Castoli planitiem congregari solebant summum Ducem constituit: dato mandato, ut in bello contra Athenienses gerendo Lacedæmonij se adjungeret. [ *Id. ibid. & Expedit. Cyri lib. 1. initio.* ] Justinus, lib. 5. cap. 5. ex Trogo, in locum Tissaphernis Darium regem Persarum filium suum Cyrum Ioniae Lydiæque præposuisse; eumque Lacedæmonij auxiliis opibusque ad spem fortuna prioris erexisse, narrat, Eum enim in finem, Cyrum à patre fuisse missum, ut in bello contra Athenienses persequendo Lacedæmonios adjuvaret, refert Diodorus. [ *ann. 1. Olymp. 93.* ] à quo etiam Cyrus *αρχὸν ἐπὶ θαλάσσιον σατραπείῃ*, ( ad ann. 2. Olymp. 94. ) & *πρὶν ἐπὶ θαλάσσιον σατραπείῃν ἠρξάμενος*, ( ad ann. 4. ejusd. Olymp. ) *Satrapiarum* sive *Satrapiarum oræ maritimæ* Princeps constitutus fuisse, rectè dicitur. Sub ejus enim ducatu & Pharnabazum & Tissaphernem etiam Satrapis suis illic præfuisse certum est.

*Amyrtæo Saite* in regno Ægyptiaco successisse *Nepheritem*, novæ Dynastiæ regem, in

Chronico Eusebiano legimus: quum ante Nephefeum sive Nopheritem illum proximè regnavisse Plammitichum, à veteris Plammitichi (qui in 26 Manethonis Dynastia, quæ *Saitarum* etiam fuit) posteris oriundum, ex Diodoro Siculo (ad Olympiadis 95 annum 1.) didicerimus. Ut quæri etiam merito hic possit, an non *Pausiris* ille fuerit *Amyrtæi* filius; quem, Persarum beneficio, paternum recuperavisse imperium, Herodotus auctor est. [*lib. 3. cap. 15.*] De hujus autem & subsequenti Regum annis, in *Ægyptiaca* nostra egimus Chronologia.

c. Anno quo Sparta ephorus erat Pantaacles, archon Athenis Antigenes, incunte vere (quod illorum magistratum proximè antecessit) Athenienses cum universis copiis Præconnesum navigarunt, indeque profecti, castra Chalcedoni admovent. [*Xenoph. Hellenic.*] Ad Theramenem, qui tunc Chalcedonem oppugnabat, 70 naves & 5000 milites sub imperio habens, eos navigasse scribit Diodorus. [*ad ann. 4. Olymp. 92.*]

Chalcedonenses, cognito Atheniensis exercitus adventu, bona sua omnia apud Thraces Bithynos, oppido ipsorum finitimos, deposuere. Alcibiades autem assumpta militum parte cum equitatu istuc profectus, & navibus eodem quoque sequi iussis, res omnes eorum deposcens, & arma minitans nisi pareretur, à Bithynis recepit: atque ita constituta cum illis pace, jam spoliis auctus, ad castra reversus est; & Chalcedonem, universi exercitus opera, à mari ad mare muro ligneo cinxit. Tum præfectus Lacedæmonius Hippocrates, eductis ex oppido copiis suis, cum parte Atheniensium quos ducebat Thrasyllus conflixit, fortuna diu ambigua, donec tandem Alcibiade eum peditum equitumque subsidiis accurrente cæsus est Hippocrates, copiarumque victæ in oppidum refugere sunt coactæ. Pugna verò hac durante Pharnabazus parte alia extra munitionem Atticam eum pedestribus & equestribus copiis validis se inferens, pertumperare ad opem ferendam Hippocrati cum frustra conatus fuisset; in Heraclæum (sive Fanum Herculis) quod erat in agro Chalcedonensium, ubi castra munita habebat, se recepit. [*Xenoph. Hellenic. 1. Plutarch. in Alcibiade.*]

d. Post hæc Alcibiades in Hellespontum & Cherronesum ad conficiendam pecuniam contendit: reliqui verò copiarum duces (Theramenem solum Diodorus memorat) de Chalcedone convenere cum Pharnabazo, ut daret Atheniensibus talenta 20, & legatos Atticos ad Regem deduceret. Mutuoque juramento se obstrinxere duces & Pharnabazus in hanc sententiam; ut Chalcedonenses tributum non minus quam solebant Atheniensibus penderent, quæque jam debebant, ea quoque solverent: interea Athenienses arma non inferret Chalcedonibus, donec legati à Rege rediissent. Reversus quoque Alcibiades duobus à Pharnabazo missis Chrysoptoli, Pharnabazus totidem ab Alcibiade deputatis Chalcedone, non solum jusjurandum publicum præstiterunt, sed privatim etiam ipsi fœderibus se devinxerunt. [*Xenoph.*]

His ita factis, statim Pharnabazes discessit, ac legatos ad Regem proficiscentes occurrere sibi ad Cyzicum iussit. Missi verò ad hanc legationem ab Atheniensibus fite, Dorotheus, Philodices, Theogenes, Euryptolemus, Mantitheus, & his adjuncti ab Argivis Cleostratus & Pyrrholochus. Etiam Lacedæmoniorum legati, Paspipidas & alii, ad Regem perrexerunt: quibus se conjunxit Hermocrates, qui jam Syraculis exulabat, ejusque frater Proxenus. [*Id.*]

Dum horum deducendorum cura Pharnabazum teneret, ex opposito littore trajecit ad eum Clearchus Lacedæmonius præfectus, partim ut ab eo stipendium pro milite sumeret, partim ut naves, quæ in Hellesponto & apud Antandrum & alibi erant, in unum cogerent. Ea enim classe sperabat se Atheniensium socios clade aliqua affecturum; eaque ratione à Byzantii obsidione copias ipsorum abstracturum. Verùm dum abesset ille, Byzantium Atheniensibus proditum est. [*Idem.*]

Pergentibus ad Regem legatis Atheniensium occurrerunt Bæotius & cæteri Lacedæmoniorum legati à Rege redeuntes, ipseque Cyrus maritimis omnibus cum imperio præfuturus: quo viso maxime quidem illi cupiebant ad Regem proficisci; sed id non liceret, domum reverti, Cyrus verò Pharnabazo præcepit, ut aut sibi legatos traderet, aut domum eos remitteret: nolens scilicet scire Athenienses, quæ agebantur. Verùm Pharnabazus detinens interea legatos, jam ad Regem se eos deducturum, jam domum dimissurum profitebatur: atque ita suspensos per tres annos (an *mensis* potius?) secum detinuit; tandemque venia à Cyro impetrata, ad suos remisit. [*Id.*]

Alcibiades, sumptis è Sano 20 navibus, in Ceramicum sinum Caria navigat: & collectis illic talentis centum, captivarum & oppressarum à se navium non minus ducentarum spolia secum ducens, Athenas venit: ubi generalis Dux belli cum summa potestate creatus, plusquam ducentis talentis (ut in oratione contra filium ejus Alcibiadem Lysias indicat) à civitate acceptis, exercitum 1500 gravis armaturæ peditum & 150 equitum, cum 100 navium classe, ibi conscripsit. [*Xenoph. Hellen. 1. Diodor. lib. 13. Justin. lib. 5. cap. 45. Plutarch. & Emil. Prob. in Alcibiade.*]

Satyros Spartaci filius Bosphori Cimmerii regnum per annos 14 obtinet. [*Diodor. ad ann. 4. Olymp. 96.*]

Lacedæmonii, quum Cratesippidæ navarcho magistratus sui tempus exiisset, Lylandrum ejus loco mittunt. Is cum ad Rhodum appulisset, coactis navibus, in Con insulam Miletumque navigat: inde Ephesum; ubi cum 70 navibus substitit, dum Sardes Cyrus accederet. [*Xenoph. Hellenic. 1.*] Et quum Ephesum offendisset sui cupidam & enixe facientem cum Lacedæmonis, afflictam autem & moribus Persicis & Persarum commerciis ob Lydiæ viciniam & crebram

præfectorum regionum hic præsentiam) propè barbaram factam: communivit ibidem castra, naves onerarias imperavit illic omnes decurrere, ac navalia ædificandarum triremium extruxit. Ita portus eorum frequentavit mercatoribus, negotiationibus forum, quæstu ædes atque officinas coramplavit. [*Plutarch. in Lysandro.*]

Certior factus Lysander Cyrum applicuisse Sardes, cum legatis Laconicis illic ad eum profectus est: inculato multum Tissapherne; cui quum imperatum esset Lacedæmonis opem ferre & mari exigere Athenienses, videbatur factus per Alcibiadem remissior pigrescere, ac præbendo malignè stipendia navalem manum perdere. Cupiebat autem deferri & male audire Cyrus quoque Tissaphernem: improbum hominem & privatim sibi infensum, Lysandro verò adolefcentem ad bellum acrius capescendum incitanti, ille amplissima quæque promptissimè promissit; affirmans sic sibi à patre fuisse mandatum: nec studium, nec pecuniam defore ostendit. Stipendium diurnum classarii exercitus ex tribus obolis quatuor obolorum reddidit, quod jam ante debebatur id totum militi exsolvit, & stipendium menstruum ante tempus dependit (decem Daricorum millibus Lysandro numeratis: ) atque ita exercitum univèrsum multo quam ante erat alacriorem reddidit; hostium vero classem brevi exinavit. Complures enim ad eos, ubi stipendium esset uberius, transibant: qui vero remanebant, segnes redditi sunt & seditiosi, ac negotia ducibus quotidie exhibuerunt. [*Xenoph. Hellen. lib. 1. Diodor. lib. 13. & Plutarch. in Lysandro.*]

Hæc quum Athenienses magno cum animi mœore audiissent, Tissaphernis opera legatos ad Cyrum mittunt. Eos ille non admittebat; quanquam rogaret Cyrum Tissaphernes, ac se diceret Alcibiadis consilio facere, quæ faceret: quod is esset auctor, ut hoc unum spectaret, ne ulli Græcorum potentes essent; sed imbecilli potius omnes, suis ipsi dissidiis attriti. [*Id. ibid.*] Tres tamen adhuc annos restiterunt Athenienses; cum à Cyro pecuniis ad classem Peloponnesii juvarentur. [*Thucyd. lib. 2.*] Et quis miretur, tam florentes Atheniensium opes fuisse; cum ad opprimendam unam urbem, totius Orientis vires concurrerent? [*Justin. lib. 5. cap. 1.*]

Lysander Ephesum reversus, ibique quietem agens, naves 90 quas illic habebat in sicum subductas refecit. [*Xenoph. Hellen. 1.*] Ex urbibus quoque vicinis potentissimos accersit; inique cum illis federe foecieratis, re bene gesta, suæ quemque urbis principem se effecturum pollicebatur. Hinc evenit, ut illi studiis inter se certantes plura imperatis subministrarent; & opinione celerius Lysander omnibus ad bellum conducentibus abundaret. [*Diodor. lib. 13.*]

Quum accepisset Alcibiades Thrafsybulum extra Hellespontum progressum munire Phocæam, ad eum navigat, relicto apud classem gubernatore suo Antiocho; cum mandatis, ne adversus Lysandri classem proveheretur. Antiochus vero cum navi sua, & alia Notiana, (ut apud Xenophontem habetur & Plutarchum: Diodorus enim decem naves lectissimas illum eduxisse refert) in portum Ephesiorum invehctus ad ipsas Lysandri navium proras prætervehi ausus est. Tum Lysander, primò paucis navibus deductis, eum insequitur. Sed quum Antiocho pluribus cum navibus focii opem ferrent, universa classe instructa in eos pergit. Itaque & Athenienses reliquis triremibus è Notio deductis in hostes proveci sunt. Verum quum naves eorum, nullo servato ordine, sparsæ vagarentur, amissis 15 triremibus, terga tandem dederant: ipso etiam duce Antiocho interfecto. His navibus Lysander secum sumptis, & erecto ad Notium trophæo, Ephesum; Athenienses vero Samum trajecerunt. Quò cum Alcibiades rediisset, universa cum classe ad Ephesiorum portum provecus, aciem ante ostium ejus instruxit. At quum Lysander classem suam non educeret, quod navium numero longè inferior esset, Samum reversus est. [*Xenoph. Hellenic. 1. Diodor. lib. 13. & Plutarch. in Lysandro.*]

Alcibiades ex Samo cum universa classe Cumam navigans, falsis in oppidanos objectis criminibus, multos eorum captivos in naves abduxit. At ubi conjunctis totius civitatis viribus Cumæ ex improvviso ad defensionem suorum hostem invaderent; eorum imperum aliquandiu Alcibiades sustinuit: cum vero subinde plures ex oppido & agro accurrerent, relictis captivis, ad naves confugere coactus est. Victum igitur se agrè ferens; armatorum cohortes ex Mitylene accersit, & instructa ante urbem acie Cumæos ad conflictum provocat. Sed nemine prodeunte, vastatis illorum agris, Mitylenen repetit. Cumæi vero legatis Athenas missis, actionem contra eum instituunt; quod focii nominis urbem, quæ ipsos nulla injuria affecerit, populando vexasset. Multæ quoque aliæ de improbitate hominis querelæ tum afferebantur. Nonnulli enim præfidiariorum in Samo, illi infensi, Athenas trajecerant; & in publica illum concione criminabantur, quod cum Lacedæmonis colluderet, & familiarem cum Pharnabazo amicitiam contraxisset, in eam maximè spem ut, bello confecto, civibus ipse dominaretur. [*Diodor. lib. 13.*]

359 8 a. Cumæis igitur suo, & Thrafsybulo Thrafonis filio exercitus nomine, Athenis Alcibiadem ob imperium malè administratum accusantibus: ejus loco Conon & alii novem Duces substituantur. Id ille ut audivit, relicto exercitu, in Thraciæ Chersonesum una triremi ad castella sua se recepit. [*Diodor. ibid. Xenoph. Hellenic. 1. Plutarch. in Alcibiade.*]

b. Lysander, Ephesum ex urbibus accersens eos quos maximè præstare ceteris audacia & prudentia videbat, ut coitiones facerent arripiendisq; Rebus publicis adjicerent animum eos incitavit: fiducia illis injecta, simulatque oppressi Athenienses essent, solutos ipsos fore populari imperio & principatum in patriis suis habituros. [*Plutarch. in Lysandro.*]

c. Luna vespere defecit. [*Xenoph. Hellen. 1.*] Aprilis Juliani die 15 circa tertiam post occasum Solis horam: ut Astronomicus ostendit calculus.



Pitya apud Lacedæmonios ephoro, Callia Athenis archonte. quum Lyfandri præfecturæ annus exiisset, successor illi a Lacedæmonis ad classem missus est Callicratidas. Cui infensus Lyfander, naves quidem Ephesi illi tradidit, sed datæ sibi à Cyro pecuniæ ad stipendium nauticum remisit residuum Sardes: iubens Callicratidam petere, si ei visum esset, & videre qua ratione sustentaret milites. Unde necessitate ille compulsus, ad Cyrum in Lydiam perrexit, & nautis stipendium ab eo poposcit. Ubi, homo minime aulicus, dilationem graviter ferens, & Græcos mortalium miserimos esse affirmans, qui pecuniæ causâ barbaris adularentur; re infecta, rediit. [*Xenoph. Hellen. 1. Plutarch. in Lyfandro.*]

Callicratidas Miletum navigans, pecuniam à Milefisi impetrat; indeque Chium petens, Delphinium ibi castellum, quod Atheniensium præfidiarii circiter 500 tenebant, traditum sibi diruit. E Chio deinde quinque drachmarum viatico in nautas singulos coacto, adversus Teios pergens & noctu mœnibus illapsus, urbem diripit. Inde ad Lesbium profectus, Methymnam expugnat. Ad ejus auxilium Cononem Atheniensium Ducem, cum 70 navibus, serò advenientem, cum 170 navibus persequens, pugna navali vincit; & 30 navibus amissis, cum reliquis 40 in portum Mitylenes fugere coactum, terra marique obsidet. Quo tempore, à Cyro etiam pecunia illi est illata. [*Xenoph. ibid. Diodor. lib. 23.*]

Atheniensium classis, quæ universa plurium quam 150 navium fuit. ad Mitilyneam obsidionem solvendam prodit. Callicratidas, Eteonico cum 50 navibus ad continuandam obsidionem relicto, cum cæteris 120 profectus ad Arginusas insulas (inter Maleam Lesbi & Catanidem Asia promontorium positas) fortiter pugnans occubuit. Victores Athenienses naves 25 amiserunt, una cum hominibus; paucis exceptis, qui ad litus evaserunt. Peloponnesii, 77 suorum navibus desideratis, fuga in Chium, maximeque ex parte in Cumæorum & Phocæensium regionem, se receperunt. [*Id. ibid.*] Callia vero Athenis archonte (hoc est, anno tertio Olympiadis XCIII) navale hoc ad Arginusas prælium commissum fuisse, cum Xenophonte & Diodoro Athenæus etiam (in libro quinto Dipsosophist.) confirmat.

3599

Cyros consobrinos suos Autobæfacem & Mitram, fororis patris sui Darii filios, interemit; quod quum occurrissent ei manus intra manicam non continuissent obvolutas; qui honor soli Regi deferri erat solitus. Id quum Hieramenes & uxor ejus (occisorum, ut videtur, parentes) rescivissent: Darium monuerunt, iniquissimum esse, ad tantam filii injuriam ipsum connivere. Quapropter eum Darius missis nuntiis ad se arcessit, ægritudinem prætexens: quum apud Thameria Medorum in castris ageret; contra finitimos Cadusios, qui ab eo defecerant, expeditione suscepta. [*Xenoph. Hellenic. lib. 2.*]

4309

401

Lacedæmonii in Æolide, & Ionia, insulisque hic illic dispersi, conventu Ephesi habito, legatos Lacedæmonem miserunt, qui præsentem rerum statum exponerent, & Lyfandrum remitti ad castra cum imperio peterent, prioribus experimentis probè ipsis cognitum. Misit cum iisdem postulatis & Cyrus. Sed quia bis eundem classi vetabat lex præfici, nec horum voluntati deesse Lacedæmonii volebant: nomen præfecturæ accommodaverunt Araco cuidam: Lyfandrum verbo legatum, re cum summa potestate miserunt. Lyfander igitur Ephesum veniens, Eteonico e Chio cum navibus arcessit: coactis etiam e Peloponneso & aliunde navibus univèrsis, ubicumque essent. Atque non has solum resciebat, sed etiam alias apud Antandrum ædificabat. [*Xenoph. ibid. Diodor. ann. 3. & 4. Olymp. 93. Plutarch. in Lyfandro.*]

Lyfander ad Cyrum profectus, pecuniam ab eo petit. Qua agrè ab eo impetrata (demonstrabat enim Cyrus prioribus pensionibus liberalibus se exhaustum) trierarchos constituit, & nautis stipendium debitum persolvit. [*Xenoph. Hellenic. lib. 2.*]

Carthaginenses, capta Gela in Sicilia, Apollinis extra urbem miræ magnitudinis æneam statuam inde abreptam Tyrum transmiserunt. [*Diodor. Sicul. ann. 4. Olymp. 93.*]

Cyros, nuncio à fratre accepto, Lyfandrum Sardes ad se accersens, ne cum Atheniensibus prælio navali decerneret, vetuit: nisi multo majorem navium numerum haberet: magnam se in reditu ex Phœnicia & Cilicia adducturum classem promittens. Sux deinde præfecturæ urbes fidei Lyfandri commendavit, & quæ ex illis tributa ipsi peculiariter pendebantur assignavit, & quod pecuniarum reliquum erat ei donavit. [*Xenoph. Hellen. lib. 2. Diodor. ann. 4. Olymp. 93. Plutarch. in Lyfandro.*]

Ad fratrem deinde ascendit Cyrus, Tissapherne tanquam amico sibi adjuncto, cum trecentis gravis armaturæ militibus Græcis, quibus Xenias Parthasius præerat. [*Xenoph. Exped. Cyr. lib. 1. pag. 243. & 254.*]

Cyro ad fratrem profecto, Lyfander, soluto militibus stipendio, in Cerameum Cariæ sinum cum classe pergit: & castris ad *Cedreas* Atheniensibus consæderatum oppidum admotis, postredie expugnatas diripit, & habitatores, qui erant semibarbari, servituti mancipat. Ita in secundo Hellenicorum rem narrat Xenophon. Diodorus vero, ad annum 4. Olymp. 93. ita Lyfander cum magno triremium numero, *Thasum* Cariæ urbem Atheniensibus societatis jure obnoxiam adortus, vi expugnat; pubemque omnem ad 800 jugulat, puerisque ac mulieribus sub hasta venditis, urbem solo æquat. Ubi pro *Cedrenensibus*, nomen *Thasorum* perperam habetur positum: qui non Cariæ sed Thasi insulæ, longè ab ea disjunctæ, erant incolæ; & post victoriam ad *Ægos-potamos*, everso Atheniensium statu, à Lyfandro non vi sed dolo sunt oppressi ut ex mutilata apud *Æmilium Probum* in *Lyfandro*, & integra rei gestæ historia apud Polyænum in primo Stratagematum libro intelligitur.

Milet

Mileti quidam paucorum dominatus studiosi populare imperium, Lacedæmoniorum auxilio, sustulerunt. Ac initio quum Dionysia celebrarentur, factioni suæ maxime adversantes in ædibus suis comprehensos, ad 40. trucidarunt. Post observato tempore, quo forum hominibus refertum erat, delectos è populo 300. omnium locupletissimos capite mulctant. Interim cives aliquot ornatissimi, qui populi causæ favebant, mille numero non minores, metu circumstantis periculi, ad Pharnabazum satrapam confugiunt. Is perquam humaniter illos exceptit, aureoque statere singulis donato Claudia, quod Claudæ [an *Claudæ insulæ?* Act. XXVII. 16. castellum est, inhabitanda profugis concessit. *Diodor. ann. 4. Olymp. 93.*]

Athenienses, Samo profecti & Regis fines depopulati, Chium & Ephesum versus navigabant, ad navale prælium sese parantes. Interim Lyfander Rhodo solvens relicta à dextris Ionia, in Hellepontum cum classe contendit; prohibitorum illic navium exitus, & civitates quæ defecerant invasurus. [*Xenoph. Hellenic. 2.*]

Lyfander, Abydo profectus, cum classe Lampfacum petiit Atheniensium sociam: simul pedestri itinere Abydenis & aliis eo se conferentibus, quibus Thorax Lacedæmonius præfuit. Adorti civitatem, vi eam capiunt; divitemque & frumento, vino, rebus aliis plenam diripiunt. Atticum in ea præsidium fide data Lyfander incolome dimisit, ingenuis omnibus hominibus libertatem donavit, direptamque à militibus urbem Lampfacenis restituit. [*Xenoph. ibid. Diodor. ann. 4. Olymp. & Plutarch. in Lyfandro.*]

Atheniensium classis, quæ 180. navium fuit, ad *Agos potamos* (sive *Capra fluenta*) in angustiis Helleponti, à Lyfandro capta est, (ex toto numero vix decem triremibus evadentibus;) simulque cum Ducibus, tria hominum milia. [*Id. ibid.*]

Conon, perditas jam res esse Atheniensium animadvertens, & crudelitatem civium metuens, cum navibus novem ad Abarindam Lampfaci promontorium appulit: ablatisque inde majoribus navium Lyfandri malis, cum octo navibus ad regem Cyprium Euagoram, cum quo amicitia ipsi intercesserat, navigavit; Paralo, sive triremi publica, Athenas remissa, ut ea qua accidissent renunciaret. [*Id. ibid. cum Isocrate in Euagora & ad Philippum, Aristotele lib. 2 Rhetoric. Justino lib. 5. cap. 6. & Aristide in orat. Rhodiaca.*]

Lyfander, castris direptis, naves, captivos & spolia, ad tibias & cantus triumphales duccens, Lampfacum se recepit: eodemque die Theopompum Milefium prædonem victoriæ nunciium Lacedæmonem misit, cum lectissima triremi, armis cæterisque spoliis magnificentissime exornata; qui triduo iter illud confecit. Philocles dux & captivi Athenienses omnes (3000. numero; ut habet Plutarchus in *Alcibiade & Lyfandro*) duce Adimanto solo excepto trucidati sunt. [*Xenoph. Diodor. Plutarch.*]

Rebus Lampfaci constitutis, Lyfander Byzantium & Chalcedonem navigans ab utraque civitate receptus est: Atheniensium præfidiarii fide data dimissis. Qui Byzantium Alcibiadi prodiderant, in Pontum tunc fuga elapsi, dein Athenas profecti, ibi civitati adscripti sunt. Lyfander verò, Byzantij & Chalcedone relicto Sthenelao Lacedæmonio præfecto, Lampfacum ad reficiendas naves rediit. [*Xenoph. Hellen. 2.*]

Lyfander ex omnibus urbibus qui Atheniensium rebus studebant ejectis, delectoque passim populi jure & aliis Reipublicæ formis. Harmostas Lacedæmonios singulis reliquit: denis ex conflatis ab se per oppida sodalitiis rectoribus delectis, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum commisit. In horum enim numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat. Atque ita *Arxandropus* sive decemvirale potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. [*Plutarch. & Emil. Prob. in Lyfandro.*]

Haud longo in his consumpto spatio, Lyfander, præmissis Lacedæmonem nuntiis adesse se cum ducentis navibus, una cum Agide & Pausania regibus Spartanis Athenas obsedit: brevi sperans urbem se capturum. Sed, quum defenderent se fortiter Athenienses, rediit in Asiam: ubi civitatum respublicas demolitus est æque omnium, & *Arxandropus* sive Decemviratus constituit, multis in unaquaque occisis, multis fugientibus. Et quum Mileti amici & hospites ejus, quibus operam suam ad opprimendum populum & adversarios pellendos fuerat pollicitus, mutato consilio rediissent cum æmulis suis in gratiam: mira simulatione & insigni usus perfidia, eorum qui partes populi tuebantur numero non minus 800. Oligarchicis necandos tradidit. [*Plutarch.*]

6. Athenienses, terra marique à Lacedæmonis obsessi, pacem certis conditionibus consequuntur, Die 16. Munchionis Attici (Aprilis Juliani 24.) Atheniensibus à Lyfandro conditiones pacis violatas objectum esse narrat in ejus Vita Plutarchus: quod decem dies elapsi essent intra quos, juxta pacta conventa, urbis mœnia diruere tenebantur. Unde circa Munchionis 6. [Aprilis 14.] pacem illam factam esse colligitur, quæ bello Peloponnesiaco; post annos 27. [ut in libro 5. docet Thucydides] finem dedit.

Brevi post hanc pacem, Darius Asia rex, cum per annos 19. imperium tenuisset, mortem obiit. Cui succedens filiorum natu maximus Artaxerxes, 43. annos regnavit. [*Diodor. Sicul. ann. 4. Olymp. 93.*] *Ocho Dario* Babylone mortuo successisse *Arficam* sive *Arfacem*, ex Paryfide antequam regnum adipisceretur genitum, & mutato nomine *Artaxerxem* fuisse appellatum; scribit hujus ipsius Artaxerxis, qui à memoriæ felicitate *Mnemonis* cognomentum obtinuit, medicus Ctesias Cnidius. Neque alio referendam existimaverim historiam illam, apud

Athenarum

Athenarum libro 12. Dipnotophiit. *Ochum* jam moriturum, à filio natu maximo interrogatum, qua industria regnum per tot annos conservasset, id edoctus ut imitaretur, iusta erga Deos omnesque homines faciendo illud se consecutum, respondisse. Etenim *Ochus* *Darius* ab uxore *Parysatide*, juniorem filium *Cyrum* majore affectu complexa, *Darij* *Hystaspidis* exemplo urgeretur, ut juniorem sibi regnanti natum seniori ante regnum genito anteponendum statueret: id tamen ille facere noluit, sed regnum *Artaxerxi*, *Cyro* civitates quarum præfectus erat, testamento legavit. [*Plutarch. in Artaxerxe, Justin. lib. 5. cap. 11.*]

*Artaxerxe* regnum adeptus, uxoris suæ *Statiræ* *Idernis* filia impulsu, *Udiastæ* (qui *Terituchmem* satrapam *Statiræ* fratrem & *Amistris* fororis *Artaxerxis* maritum, interfecerat) extracta retro per cervicem lingua excutatur: & ejus mortui loco, filius *Mitradates* vel *Mithridates* (qui urbem *Zarim* filio *Terituchmis* conservaverat) satrapa constituitur. [*Ctesias.*]

Quum *Palargadas* profectus esset *Artaxerxes* ut, pro more, stola sua posita eam indueret quam *Cyrus* præficus, prius quam regno potiretur, gesserat; sacrisque regis à sacerdotibus *Persicis* inauguraretur: adducit ad eum *Tissaphernes* sacerdotem illum qui in pueritia *Cyri* magister patriæ institutionis fuerat, atque artem magicam eum docuerat. Cui idcirco fides est habita, *Cyrum* deserenti; quod in templo circumvenire insidiis Regem, atque cum vestem exueret adorare & obruncare statuisset. [*Plutarch. in Artaxerxe.*]

*Artaxerxes* fratrem *Cyrum*, interficiendi consilio, comprehendit; & compedibus aureis (regiæ familiæ honore habito) vinxit. Sed moriturum jam mater ulnis complexa, ac capillo suo circumjiciens colligantque illius collum cum suo, multis lamentis & obsecrationibus obtinuit ei veniam: effecitque ut ad suam in *Lydia* & maritimis civitatibus præfecturam remitteretur. [*Id. ibid. cum Xenoph. Expedit. Cyri lib. 1. Justin. lib. 5. cap. ult. & Ctesia.*]

*Alcibiades*, formidine imperantium terra jam marique *Lacedæmoniorum*, in eam *Bithyniæ* partem quæ à *Thracibus* incolebatur secessit: coque magnam vim pecuniæ tulit secum, majorem etiam in qua debebat arce relinquens. Sed *Thracis* illi *Bithyni*, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias ei fecerunt, & ea quæ apportavit abstulerunt: ipsum tamen capere non potuerunt. Inde igitur in *Phrygiam* ad *Pharnabazum* transit: quem adeo sua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Unde ei *Grynium* dedit in *Phrygia* castrum, ex quo quinquaginta talenta vestigalis habebat. [*Plutarch. & Emil. Prob. in Alcibiade.*]

*Lysandria*, in honorem *Lysandri*, sunt instituta: in quibus quum *Antimachus* *Colophonius* & *Niceratus* *Heracleotes* carminibus cecrarent, *Niceratum* *Lysander* corona donavit. *Antimachum*, id moleste ferentem & poema suum abolentem, tum juvenis *Plato* consolatus est: ignorantiam dicens iis quibus inesset tantum nocere, sicut cæcitate iis solum qui ipsi capti luminibus essent. [*Plutarch. in Lysandro, cum Diodoro, ann. 4. Olymp. 93. ex Apollodoro.*]

d. Proxima post receptas à *Lysandro* *Athenas* Olympiade, qua stadium vicit *Crocinas* *Thessalus*, (quæ *XCIV.* est numerata) Solis esse factum deliquium, in *Hellenicorum* libro 2. testatur *Xenophon*. Quod quidem hoc anno, 3. Septembris die, tempore matutino contigisse, calculus astronomicus demonstrat.

a. *Cyrus* in *Lydiam* reversus, vinculorum memor, consilia inquit, quo pacto se deinceps è potestate fratris eximeret, atque etiam, si fieri posset, ejus loco regno potiretur. Itaque *Græcas* copias quam poterat occultissime cogebat, & prætextibus variis externum militem undique conquirebat, ut Regem imparatissimum offenderet. [*Xenoph. Expedit. Cyri, lib. 1. Plutarch. in Artaxerxe.*] *Lysandro* quoque triremem bicubitalem ex auro & ebore factam, victoriæ causa gratulatoriam misit: quam ille in *Brasida* & *Acanthiorum* thesauro reposuit. [*Plutarch. in Lysandro.*] Et quum ad eum *Lysander* à sociis dona gerens venisset: (inter quæ monile fortasse illud fuerit, quod ex *Thessalia* à *Scopa* juniore illi missum *Ælianus* memorat, in *Var. Histor. lib. 12. cap. 1.*) hortum *Sardibus* à se dispositum & constitum *Cyrus* illi ostendit, eosque de rustica rei exercitiis sermones cum eo habuit, quos recenset *Socrates* in *Xenophonis* *Oeconomico*.

Apud *Persas* *Satibarzanes* *Orontem* criminatur: cum *Parysatide* *Artaxerxis* matre consuetudinem eum habere dicens; quum alioqui caste illa viveret. Morte igitur mulctatur *Orontes*: & mater Regi indignatur, venenoque *Terituchmis* filium (*Mitradatem*) necat. [*Ctesias.*]

*Alcibiades*, quum *Cyrum* fratri bellum clam parere, *Lacedæmonii* adjuvantibus, intellexisset, ad *Artaxerxem* ire statuit, ut primus ipse de insidiis hinc molitionibus eum edoceret: hac ratione & suis se rebus (*Themistoclis* exemplo) consulere potuisse sperans, & patriam Regis auxilio, à *Lacedæmoniorum* servitute liberare. Interim *Critias*, & *XXX.* *Tyrannorum* *Athenis* à *Lacedæmonii* impostorum alij, certos homines ad *Lysandrum* in *Asiam* miserunt, qui eum certiore facerent, nisi *Alcibiadem* sustulisset; nihil earum rerum fore ratum, quas ipse *Athenis* constitulisset. Neque prius tamen hæc *Lysandrum* moverunt, quam à magistratibus urbanis est scytala allata, quæ juberet ut *Alcibiadem* tolleret. *Pharnabazus* igitur satrapæ renunciat, societatem quæ Regi cum *Lacedæmonii* esset stare non posse, se deraque irrita futura, nisi *Alcibiadem* vivum aut mortuum tradidisset. Itaque *Pharnabazus* *Susamiobren* patrum & *Magum* (*Bagoam*, *Amilio* probo) fratrem ad *Alcibiadem* interficiendum misit; cum ille esset in quodam *Phrygiæ* pago *Melissa* dicto, & in monte *Elaphoente* posito, iterque ad Regem compararet. Barbari ad illum opprimendum ab eis submissi, cum ferro

eum aggredi non audent; noctu ligna contulerunt circa domum in qua quiescebat, camque succenderunt: deinde ex incendio evadentem Alcibiadem telis & sagittis eminus missis interemerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. Reliquum corpus amica, quæ cum eo vivere consueverat, muliebri sua veste (qua paulo ante interitum amicum se fuisse somniaverat) contactum, ædificii incendio cremavit; pro ea quæ suppetebat copia, funus ei faciens splendidum atque honorificum. [Ephorus, lib. 17. apud Diodor. Sic. ann. 1. Olymp. 94. Aristotel. hist. animal. lib. 6. cap. 29. Cicer. lib. 2. de Divinat. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1. Justin. lib. 5. cap. 8. Athen. Dipnosophist. lib. 13. Plutarch. & Emil. Prob. in Alcibiade.]

b. Clearchus Lacedæmonius, Byzantii tyrannidem exercens, & à suis duce Panthæda profligatus, fuga per noctem arrepta, in Ioniã trajecit. Ubi familiaritate cum Cyro, bellum adversus fratrem Artaxerxem moliente, contracta, Dux copiarum factus est. Videns enim in eo robur animi esse & confidentiam ad quidvis promptam; decem millia Daricorum nummorum ei dedit: quibus ille instructus, copias coegit, ac progressus è Chersoneso, Thracibus iis quibus supra Hellepontum sedes sunt bellum intulit. Quæ res quia Græcis commoda erat, etiam sponte sua civitates Helleponticæ pecunias ad alendum hunc militem conferebant. Quapropter & hæc copiarum Cyro clam alebantur. [Xenoph. Exped. Cyri, lib. 1. Diodor. ann. 2. Olymp. 94.]

c. Quum Pharnabazi provinciam Lyfander vastaret, misit ille Spartam qui eum ob hoc accusarent. A Lacedæmonis autem Pharnabazus, quod inter regios præfectos in bello gerendo promptissimum se illis approbasset, diligebatur. Unde infensi ephori, unum ex amicis & collegis Lyfandri Thoracem, quod habere eum domi argentum comperissent, necaverunt: ipsum vero Lyfandrum missa scyrala domum ab Asia revocaverunt. Pharnabazum igitur Lyfander oravit, ut alias scriberet literas, quibus priores querelæ tollerentur. Ille pollicitus, aperte quidem ejusmodi scripsit quales Lyfander petebat; alias vero scriptas clam habebat, quas inter signandum prioribus illis substituit. Eas Lyfander Lacedæmonem reversus ephoris tradens; imprudens suus ipse accusator factus est. [Plutarch. & Emil. Prob. in Lyfandro. Polyæn. Stratagem. lib. 7.]

Paucis diebus interpositis, ægre & non sine labore, ab ephoris peregrinationis ad Jovis Hammonis delubrum Lyfander veniam impetravit: facticia quæ ante prælia voverat solvenda prætendens, sed nihil aliud interim agens, quam ut oraculi istius antistites largitione corrumpere. Eum in finem magna pecuniæ vi secum transecta, in Libyam ille petrexit: cum circa illa loca rex Libys paternus ipsius hospes esset; ad quam amicitiam testificandam, fratri Lyfandri nomen Libyis fuerat inditum. Verum præfides oraculi non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmonia miserunt, qui Lyfandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Hic ergo Lacedæmonem reversus, ad causam dicendam arcessitus, judicium est absolutus sententiis. [Diodor. ann. 2. Olymp. 94. Plutarch. & Emil. Prob. in Lyfandro.]

3602 Urbes Ionice, quæ prius Tissapherni à Rege fuerant traditæ, hoc tempore omnes, excepta Mileto, ad Cyrum defecerunt. Cùm enim Tissaphernes Mileti præsensisset, Milesios eandem ad Cyrum defectionem moliri; partim eos occiderat, partim eiecerat. Hos Cyrus in exilium actos quum exceperet; exercitu comparato, terra marique Miletum obsidebat, & eiectos reducere conabatur. [Xenoph. Exped. Cyri, lib. 1. pag. 244. edit. Paris. Græco. latin.] In terrestri exercitu, ex Græcis, Socrates Achaus fuit cum gravis armaturæ circiter quingentis; & Passio Megarensis cum septingentis ferè. [Ibid. pag. 245.] Mari vero Tamos Ægyptius, Cyri navarchus, 25 navibus instructus urbem obsidebat. [Ibid. pag. 251.]

Cyrus ad Artaxerxem mittens, eum orabat, ut fratri potius quam Tissapherni concedere in eas urbes imperium vellet: qua in re matris etiam studio adjuvabatur. Itaque accidit, ut Rex insidias sibi strui non animadverteret; sed existimaret Cyrum iccirco copias alere, quia Tissapherni bellum faceret: adeoque moleste non ferret, bellum inter ipsos geri. Nam mittebat Cyrus tributum Artaxerxi debitum iis ex urbibus quas Tissaphernes habuerat. [Ibid. pag. 244.]

Hunc Cyrum, qui neque Persico neque Babylonico unquam potitus est imperio, illum fuisse suaviter somniavit Georgius Hervartus, qui soluta captivitate Babylonica Judæis, cum præfide Zorobabele & Josua sive Jesu Jozadaki filio summo Sacerdote, in patriam redeundi potestatem dedit, quum Artaxerxes Mnemon hisce temporibus Imperator fuerit, summus Sacerdos Johannes (Nehemiæ XII. 11. 22. 23. Jonahanan & Jonathan dictus) populi vero præfides Perlicus Satràpa à Josepho, Antiquitat. lib. XI. cap. 7. nominatus Βασιλειος ὁ ἑπταπύλιος ἢ ἄλλως (ἄλλο inep̄te legunt vulgata exemplaria) Βασιλειος, Vagosus dux alterius Artaxerxis (ut Rufinus quoque veritè:) alterius nimirum à Longimano Artaxerxe, de quo in præcedente capite Josephus egerat. Historia vero quam de hisce ille narrat, est ejusmodi.

Johanni summo Pontifici frater erat Jesus: cui Vagosus amicus existens, Pontificatum se daturum est pollicitus. Hac fiducia Jesus quum liberius cum fratre in Templo altericaretur, re ad rixam usque progressa, tantam fratri bilem movit, ut ab eo per iram interficeretur. Quo cognito, Vagosus superveniens Templum ingressus polluit; illud jam antè à Sacerdote summo fratris sanguine prophanatum dictitans: ac per septennium ejus cædis poenas à Judæis exegit, gravi mulcta imposita; ut priusquam quotidianas hostias offerrent, pro unoquoque (non anno, ut habent edita Josephi versiones easque secutus Salianus, sed) agno, ex publico quinquaginta drachmas penderent. Ea vero pœna terminata videtur fuisse cum ejus, à quo facinus pepetratum

3603

4313 401

est, Pontificis Johannis obitu: quem ad hujus Artaxerxis (non Ochi) principatum & quidem illius annos primos, idcirco referimus; quod Johananis sive Johannis hujus (nondum tamen Pontificis) mentionem in Ezræ libro factam invenerimus. [Ezr. X. 6. cum Nehem. XII. 23.] Inter septimum enim annum Artaxerxis Longimani (ad quem illa Ezræ historia pertinet) & finem septimi anni Artaxerxis Mneomonis (ante quem vita non excessisse Johannem supponimus) 70. annorum intervallum rationes nostræ constituunt. Ita Johanni post nonagesimum ætatis annum defuncto, successisset Jaddus filius: qui ad Alexandri usque imperium Pontificatum obtinuit; & circa 83. ætatis annum (si sub finem regni Darij Nothi natum illum fuisse ponamus) ex hominum vita demigravit. Sed hæc extra callem. Ad institutam Chronici seriem, & minoris Cyri [intra 22. annum ætatis] interitum, jam recurrimus.

Cyrus Lacedæmonem legatos misit, rogans, ut quemadmodum ipse Lacedæmonis contra Athenienses opem tulisset, ita & illi auxilia & milites sibi mittant: in literis suis jactitans, se largiturum, si pedestres venissent, equos, si equestres, bigas; si prædia haberent vicos, si vicos, urbes; stipendiumque militibus non annumeraturum, sed admensurum. Lacedæmonii, justa eum postulare censes & ex re sua bellum istud fore arbitrati, velut ignorantes contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda: querentes apud Cyrum gratiam; & apud Artaxerxem, si vicisset, veniæ patrocinia, cum nihil adversus eum aperte decrevissent. Ephori igitur confestim ad Samium suum navarchum miserunt, ut quicquid Cyrus imperaret exequeretur. [Xenophon. lib. 3. Hellenic. inis. Diodor. Olymp. 94. ann. 4. Justin. lib. 5. cap. ult. Plutarch. in Artaxerxe.]

Lacedæmoniorum navarchus cum triremibus suis Ephesum ad Tamon Ægyptium Cyri navarchum trajiciens, ad omnia promptam illi operam exhibuit. Classem enim suam cum illius conjungens, & simul cum illo ex Ionia in Ciliciam circumvectus, effecit ut Syennesis qui ibi rerum potitus est Cyrum adversus fratrem pergentem terra impedire non posset. [Xenoph. & Diodor. ibid. cum Cyri Expedit. lib. 1. pag. 248. & 252.] Diodorus Samio Lacedæmoniorum navarcho, cui Sami nomen fuisse putat, 25. triremes assignat, & Tamo 50. quum ex certiore Expeditionis Cyri historia appareat, Tamo 25. fuisse naves, Pythagoræ vero Lacedæmonio (sic enim alterum nominat navarchum 35.)

Cyrus, quum in superiorem Asiam movere statuisset, causam belli eam præ se ferebat, quasi vellet adversus Pisidas, regionem ipsius infestantes, exercitum ducere: indeque Clearchum Lacedæmonium, Aristippum Thesalium, Xeniam Arcadem, exules Milesios cum iis qui Miletum obsidebant, Proxenum Bœotium, copiasque quas habebat omnes, tum Græcas tum Barbaricas, Sardes accersivit. [Xenoph. Expedit. Cyri. lib. 1.]

Tissaphernes, cum animadverteret apparatus belli majorem esse, quam ut adversus Pisidas comparari videretur; cum quingentorum equitum comitatu ad Artaxerxem quam potuit maximis itineribus contendit: qui re ex eo cognita, omnia ad bellum necessaria comparare cœpit. [Ibid.]

Cyrus, quum curatores Lydiæ Persas constituisset sibi propinquos, Ioniæ autem & Æoliæ vicinisque locis Tamon (navarchum) fidum sibi amicum, natione verò Memphitem, præesse jussisset: mox ipse cum exercitu Ciliciam & Pisidiam versus movit; rumore passim disseminato, quod nonnulli gentium istarum ab officio recessissent. [Diodor.]

Quo pacto autem Cyrus, ἡ ἀπὸ τοῦ πρῶτου ἐκείνου ἐπὶ τὸν ἀλλοτῆρα, ἃ ὅς ἢ μὴ ἐγγύς, ἃ ὅς ἀπὸ τοῦ, ἃ ὅς ἐν τῷ ἐπιπέδῳ οἱ Ἑλλῆνες ἐπὶ θάλασσαν, Θμιστογενὴ τὸν Συρακούσιον γράσαντα. Quomodo & copias collegerit, & cum eis adversus fratrem ascenderit: tum qui pugna commissa fuerit, perierit ipse; Græci deinde salvi ad mare pervenerint: Themistogenes Syracusanus memoria prodidit: in tertii Hellenicorum initio, inquit Xenophon. Cum quo conferendus locus ille Plutarchi (in lib. de gloria Atheniensium) de Xenophonte. Ἐπιστολὴ αὐτοῦ ἰαυῖν γράσαντι ἰσοῖα, καὶ οὐκ ἔστιν ἰσοῖα, καὶ Θμιστογὴν ἀπὸ τῶν οὐκ ἐγγύς τὸν Συρακούσιον ἢ πρῶτον ἢ διηγεῖσθαι ἰαυῖν ὡς ἄλλοι, ἐπεὶ τὸ πῶν λόγος δὲ ἔαν χαλεπὸς ἴδωσιν. Ipse Xenophon sua sibi historia sibi historia sibi argumentum; scribens quomodo exercitum duxerit, & quid præclare gesserit rei, ac de iis compositam Historiam esse à Themistogene Syracusano: gloriam hanc alii deferens scriptionis, ut de seipso tanquam alio scribens facilius fidem inveniret. Et Suidæ alius de Themistogene illo Syracusano historico: quo, κῆρυ ἀνάστασιν ἡν ἐν τῷ Συρακούσιον ἐπὶ ἰαυῖν εἴρηται, καὶ ἄλλα πᾶσι τῶν ἰαυῖν παλαιῶν, Cyri expeditionem, que extat in Xenophontis Hellenicis, & alia quedam de sua patria, cum scripsisse significat. Cum Græcica nimirum Xenophontis historia conjungi solebant hujus Ἀναβάσεως libri, in quorum fine toti huic expeditioni scriptor ipse interfuisse se indicat: indeque Xenophonti, cujus res in ea gesta utramque operis paginam implent, non à Plutarcho solum sunt tributi, sed etiam à Cicerone, Dionysio Halicarnassæo, Hermogene, Diogene Laërtio, Athenæo & (ut ex nostris Eusebium & Hieronymum non commemorem) Atriano Nicomediensi, cui & Νόβι Xenophontis cognomentum attributum fuisse, apud Photium & Suidam legitur: tum quod libris quatuor præceptoris sui Epicteti, sicut libris quatuor Xenophon magistri sui Socratis, sermones fuerit complexus; tum quod ad exemplum septem librorum Ἀναβάσεως Κίεου, Xenophonti & ab aliis & ab ipso adscriptorum, totidem Ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου libros & ille scripserit. Quamquam nec ipse prioris Ἀναβάσεως authorem in eo est imitatus; quod illius ἢ βιβλίον ἢ ἐπιπέδον ἢ ἰσοῖα, ἢ ἄλλο δὲ οὐδὲ (quemadmodum à Laërtio est observatum) in singulis libris præmium

fecit.

fecit, totius autem operis nullum. In singulorum enim librorum (præter sextum) initiis transi-  
tiones habentur, quæ breuem præcedentium complectuntur epilogum. Qui cum Xenophontis  
mos non fuerit, aliæque nonnulla in his libris occurrant, quæ alibi à Xenophonte traditis mi-  
nus sunt consentanea: eo inclinatur animus, ut à Themistogone commentarios hosce scriptos fuis-  
se arbitremur; utcumque ob Veterum illorum auctoritatem, Xenophontis eos titulo citare haud  
quaquam nobis displicuerit.

Ex quinque vero capitibus Themistogonicæ Historiæ à Xenophonte supra propositis, qua-  
tuor priores in primo *Ἀναβάσεως* libro habentur explicatæ. I. Copiarum Cyri collectio. II. Ea-  
rundem in superiorem Asiam & locum pugnæ deductio. III. Pugnæ commissio. IV. Cyri  
interitus.

Sardibus enim movens Cyrus (ubi occurrisse e<sup>i</sup> Xenophontem, à Proxeno Bœotio Athenis  
acceritum, & militiæ huic nomen dedisse, in libro tertio legimus) Celenas in Phrygia perve-  
nit, ibique 30 dies moratus est: intra quos Clearcho Lacedæmonio exule & aliis Græcorum Du-  
cibus ad eum diversis itineribus accesserunt; censuque Græcorum ibi instituto, inventa sunt  
armaturæ gravis militum undecim millia, cætratorum circiter duo.

6. Celenis Cyrus ad Caystri campum processit, accepta ab Epyaxa, Syennesis Cilicum regis  
uxore, (qua nimis familiariter usus fuisse Cyrus dicebatur) pecunia, exercitui non solum tri-  
mestri stipendium agrè ferenti salarium quatuor mensium persolvit. Epyaxa quinque ante  
Cyrum diebus Tarsum in Cilicia venit: ejusque suavis maritus Syennesis eo perductus, Cyro  
magnam pecuniæ vim ad alendum exercitum donavit. Syennesem vero vasti ingenii virum, ad  
incertum fortunæ eventum sese præparantem, ambos & Cyrum & Artaxerxem in hoc bello  
adjuvisse, addunt Ctesias & Diodorus. Alterum enim ex filiis, mediocri commilitantium manu  
instructum, Cyro adjunxit: alterum clam ad Artaxerxem præmisit; qui tot in eum copias duci,  
seque invitum ad arma cum Cyro socianda pertractum, sincera tamen interim fide Regi addi-  
ctum, redire ad vexilla ipsius velle, renunciaret. Dies 20 Cyrus cum exercitu Tarsi substitit:  
Græcis militibus negantibus se ulterius perrecturos. Sed eo motu prudentia Clearchi sedato,  
ad extremam Ciliciæ urbem Isum demum perductus est: quo & Cyri classis appulit, cum 700  
(800 habet Diodorus) gravis armaturæ militibus, quos ad eum Lacedæmonii sub Chirofophi  
ductu miserant. Quo etiam loco stipendiarii 400 gravis armaturæ, qui Artaxerxi sub Abro-  
coma militaverant, castris Cyri se adjunxerunt. Ipse vero Abrocomas, relicta Phœnicia,  
cum trecentis hominum millibus ad Regem perrexit: licet non ante quintum à pugna diem ad  
eum pervenerit. Unde per Syriæ portas, ab eo desertas, traducto exercitu Cyrus ad locum  
pugnæ tandem devenit: ab Epheso consue stathmis 93, parafangis autem 335 (sive stadiis  
16050) confectis.

Locum pugnæ *Cymana* appellatum fuisse, refert Plutarchus; à Babylone stadiis 500 distan-  
tem. Unde, quum in secundo *Ἀναβάσεως* libro (pag. 276.) stadiorum 3060 commemoratur  
distantia; pro, *ἢ Βαβυλῶνα*, Jacobus Capellus *ἢ Ἐβρα* legendum esse putat. In Cyri exercitu  
censæ sunt Græcorum 13 fere millia; (licet 10 tantum millia Justinus habeat, libro 5. cap. ult.)  
è quibus 10400 scutati erant: 1400 vel 2500 cætrati: Barbarorum 10 myriades (100000) &  
currus falcati fere 20. Ex partibus Artaxerxis, 90 myriades (900000) prælio interfuisse dicun-  
tur, & currus falcati 150. Sed apud Plutarchum, Ctesias Cnidius (qui prælio interfuit) &  
apud Diodorum Ephorus, 40 myriades (400000) tantum commemorant. In pugna, ex hujus  
copiis interfectos fuisse supra 15000 refert Diodorus; ex Cyri vero 3000. Apud Plutarchum  
Ctesias, 9000 castrorum numerum ad Artaxerxem relatum fuisse perhibet; sibi vero non minus  
20000 viros qui ceciderant. Commissa vero pugna est, sub initium anni 4. Olympiadis XCIV,  
archonte Athenis Xenæneto, ante mortem Socratis anno uno: ut in Vita Xenophontis indicat  
Diogenes Laertius.

Hic utroque fratre in prælio concurrente, prior Artaxerxes à Cyro per ipsam loriam in  
pectore vulneratus est: quod vulnus Ctesias se curasse commemorat. Cyrus vero dum pugna  
successu elatus incautus in hostes fertur, à quodam percussus occubuit. Victor Artaxerxes con-  
tumeliosis modis in fratris cadaver sævit: caput & dextram qua percussus ab eo fuerat abscin-  
dens, & quasi per triumphum circumferens. Quæ tristis mater Parysatis, Babylonem profecta,  
vix tandem recuperavit, Susa misit, ibique sepeliit. Hunc amborum fratrum conflictum, ex  
Dinone & Ctesia, plenius Plutarchus explicat.

Rex castra diriciens, Phocæicam Cyri concubinam, sapientiæ & elegantię nomine cele-  
bratam cepit [*Ἀναβάσεως* lib. 1. pag. 270.] Phocæensis genere ex Ionia hæc fuit, Hermitimi  
filia, à suis primum *Mitto* vocata, postea à Cyro, quod Aspasia Milesiæ Axiochi filię &  
Periclis amicæ (de qua supra, ad annum Mundi 3564.) forma & prudentia non impar videre-  
tur, *Aspasia* est appellata. Hanc singulari studio rex Artaxerxes requisivit: quumque ad  
ipsum vincam eam ducerent, excanduit, & qui hoc fecerant in vincula coniecit. Aspa-  
siam vero inter omnes pellices (quas 360 alebat forma præstantissimas) primam habuit, &  
præcipuè adamavit. [*Plutarch. in Pericle & Artaxerxe. Ælian. Var. histor. lib. 12. cap. 1.*  
*Justin. lib. 10. cap. 2.*]

Græci cladis hujus & Cyri interitus ignari, fortiter ex alia parte pugnarunt, & Tissaphernem  
ejusque copias vicerunt. Sex tantum millia Græcorum hic fuisse, affirmat Isocrates in Pane-  
gyrico: quos neque ex optimis delectos fuisse addit, sed homines ita perditos, ut in suis civita-

tibus vivere non possent; ignaros regionis, destitutos à sociis, à comitibus proditos, duces quem secuti fuerant amisso. Castra vero ipsorum Rex cum suis, qui Tissapherni in auxilium venerat, diripuit: ad quæ, copiis regis iterum fugatis, Græci reversi, maxima ex parte incœnati pernoctarunt; cum omnes etiam impranssi essent. Atque hic primus *Ἀγαμέμνων* Cyri liber terminatur.

*Secundus* liber narrat, quo modo Græci, duce Clearcho Lacedæmonio, in patriam redire constituerunt & ut Tissaphernes, comitem se cum copiis suis & ducem itineris fore promittens, Clearchum cum tribus Ducibus (Proxeno Bœotio, Agia Arcade & Socrate Achæo) 20 præfectis cohortium, & 200 circiter militibus; fœdere ac jurejurando violato, tollendos è medio procuraverit. Narraverat & antea in Persica sua historia (quam author hujus libri legerat) Ctesias Cnidius: quo pacto Tissaphernes per Menomen Thessalum dolo juramentisque Clearchum ducesque ceteros in periclitatam suam redegerit, eosque compedibus vincitōs Babylonem ad Regem miserit; & quomodo Ctesias ipse, quum medicus esset Parysatidis, Clearcho dum in carcere esset multa humanitatis officia per eam præstiterit; ut Rex Parysatidis matris deprecanti pro Clearchi incolumitate jurejurando annuerit, verum impulsu Statiræ uxoris vincitōs Duces, præter Menonem, deinde trucidaverit; ut ceterorum Ducum cadavera à canibus & alitibus laniata fuerint, terræ vero cumulus magnæ altitudinis, venti procella excitatus, Clearchi corpus contexerit. [*Ctes. in Photii Excerptis, & Plutarch. Artaxerxe.*]

*b.* Libro tertio, & quatuor sequentibus, reliquorum Græcorum, qui Tissaphernis insidias evaserant, reditus in patriam explicatur. ut milites à Xenophonte persuasi alios sibi Duces elegerint, (quorum unus Xenophon ipse fuit, in Proxeni locum suffectus) & per medias hostium regiones, longæ hyemis inclementiam & infinita passi discrimina, domum reverti fuerint. Eorum summa apud Diodorum Siculum habetur, in anni 4 Olympiadis 94 historia: cui adjungi & ea possunt, quæ hac de re habet Isocrates in Panegyrico.

Tissapherni Artaxerxes, ob operam ipsi in bello contra fratrem strenuè navatam, non solum ejus quam ipse prius obtinuerat, sed etiam Satrapiarum, quibus Cyrus præfuerat, imperium concessit. [*Xenoph. Hellenic. lib. 3. Diodor. ann. 4. Olymp. 94.*] Magnificis etiam muneribus donato, suam ipsi filiam matrimonio adjunxit, & de reliquo fidissimum cum amicis expertus fuit. [*Diodor. ibid.*]

Carem, à quo in poplite Cyrus vulneratus occubuit, post decem dierum tormenta, effossis oculis are fervente in aures infuso, Parysatis necandum curavit. Mithridates qui primus Cyrum sauciaverat, atque eum interfecisse in mensa gloriatus fuerat, binis scaphis 17 dies inclusus, à vermibus absumptus est. Bagabatem sive Melabatem Artaxerxis eunuchum, qui illius jussu caput & manum Cyri à cadavere absciderat, Parysatis, victo in talorum lusu Rege filio, obtinuit: quem vivum excoiri jussit, deinde corpus transversum in tres sustolli cruces & pellem seorsum palo suffigi. Quo tempore Parysatis, propter multam Artaxerxis obsecrationem, flere Cyrum cessavit. [*Ctesias & Plutarch. in Artaxerxe.*]

Parysatis Statiram reginam nurum suam veneno hunc in modum sustulit. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gingen vel Gigin dictam: quam administram veneni Dinon tradidit fuisse, consciam modo invitam Ctesias. Illam qui venenum dedit, hic Belitarem appellat, Dion Melantam. Nascitur apud Persas exigua avis, rhyntaces (vel rhyntaces) dicta; quæ omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta. Hanc autumat Ctesias cultello, quem altero latere illeverat toxico, dissecuisse Parysatidem; partemque sinceram mandisse ipsam, Statiræ vero dedisse veneno infectam alteram. Dinon non Parysatidem, sed Melantam, medicatas carnes secuisse cultro & Statiræ apposuisse. Quum animam igitur ea magnis cum cruciatibus ageret, suspicionem Regi adversus matrem attulit, feritatem illius & animum implacabilem cognoscenti. Unde quæstioni extemplo intentus, ministros matris & structores corripuit ac tormentis laceravit. At Gigin diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deprecantique denegavit Regi. Verum postea orante illa ut domum nocte dimitteretur, certior factus locatis insidiis comprehendit Gigin, & veneficii reis debito affectu supplicio. Parysatidem vero Artaxerxes nullo nec verbo nec facto læsit, nisi quod petentem relegaverit Babylonem; adjiciens, quoad superesset illa, non visurum se Babylonem. [*Plutarch. ibid.*]

Aristo cum quibusdam aliis Cyrenen occupavit; à quibus 500 civium omnium potentissimi subito incursu trucidati sunt: de cæteris ornatissimus quisque profugit. Exfules itaque Cyrenæi, assumpta Messeniorum circiter 3000 (ex Græcia à Lacedæmonis hoc tempore expulsi) manu, in aciem contra urbis occupatores descendunt; prælioque commisso, utrinque magna Cyrenæorum strages editur, & Messenii propè omnes ibi cadunt. A pugna vero missis ultro citroque legatis, Cyrenæi rem componunt; & sub fide, per juramentum data & accepta, injuriarum memores se nunquam fore, communi deinceps jure civitatem administrarunt. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 94.*]

3604

*Tissaphernes* (pro quo, *Pharnabazi* nomen apud Diodorum per errorem hic irrepsit) ad omnes oræ maritimæ satrapias in fidem accipiendas ab Artaxerxe missus, mox civitates Ionicas omnes imperio suo parere volebat. [*Xenoph. Hellenic. lib. 3. Diodor. ad ann. 1. Olymp. 95.*]

*a.* Cum præfecti & urbes, qui Cyro adhaerant, in anxio pavore essent, ne poenas lucent eorum quæ in Regem deliquissent: cæteri quidem satrapæ per legatos Tissaphernis gratiam reconciliare sibi studuerunt. At qui plurimum inter eos poterat Tamos (Memphites; de quo

supra,

supra, ad ann. Mundi 3593. c. & 3603. b.) Ionix præfectus, opes filiosque, præter unum Gaum qui regiarum postea copiarum Dux fuit, trirēibus imponens; in Ægyptum ad Psammitichum regem, quem beneficiis sibi devinctum habuerat, cum classe discessit. Psammitichus vero, tum benefactorum necessitudinem tum jus supplicum pro nihilo habens, supplicem & amicum una cum liberis jugulavit, ut pecuniis & classe potiretur. [ *Diod. ibid.* ]

Græci Trapezunte ( quæ prima urbs Græca fuit ad quam venerant, in littore Ponti Euxini & regione Colchorum posita ) profecti, tridui pedestri itinere Cerasuntē ( aliud Græcum oppidum, in Colchide quoque ad mare situm ) pervenerunt: ibique 10 dies substitere, quibus instituta lustratione, censi sunt milites 8600, qui ex 10000 circiter salvi evaserant; quum reliqui partim per hostiles incursiones, partim à nivibus, partim etiam morbo consumpti periissent. Inde per Mosynacorum, Chalybum & Tibarenorum regiones progressi, Græcorum ad oppidum Cotyora venerunt, Sinopensium coloniam: octo videlicet ( vel quinque potius, ut series historiarum postulare videtur ) post pugnam in regione Babylonica commissam mensibus; stathmis 122 parasangis vero 620 sive stadiis 18600 confectis. Hic vero 45 dierum stativa habuerunt. [ *Expedit. Cyri, lib. 5.* ]

Dum istuc hæretetur, partim ex Cotyorensium foro, partim ex præda, quam ex Paphlagonum sinibus agebant, Græci sibi victum quaesiverunt. Paphlagonēs vicissim Græcos aut dissipatos spoliabant, aut paulo longius à castris tabernacula habentes noctu oppugnabant: donec inter eos pax Corylæ, qui tum Paphlagonibus cum imperio præerat, interventu constituta est. Naves deinde Græci ab Heracleensibus & Sinopensibus nocti ad Harmenen Sinopæ portum navigarunt; ibique dies quinque sunt commorati. Inde Heracleam, Megarensium coloniam in Maryandenorū sinibus sitam, navigarunt; & ad Acherusiam peninsulam appulerunt. In tres deinde partes diviso exercitu, Arcades & Achæi qui supra 4500 erant omnes gravis armaturæ pedites, navibus ab Heracleensibus impetratis primi navigarunt; ut subito Bithynos adorti, quamplurima auferrent: & ad portum Calpæ, qui in media ferè Bithynica est Thracia, noctu descendentes, ad vicus proximos stadiis plus minus 50 à mari petreterunt. Lacesiti vero ab eis Thracæ, maxima eos clade affecerunt. Una enim cohors, cum duce Simicrete, in conflictu tota deleta est; ex alia, octo tantum cum duce Hegelandro servati sunt: reliqui autem duces & milites omnes, in colle quo convenerant, atq̃a obsidione à Thracibus sunt circumfessi. Chirofophus, cum gravis armaturæ 1400 & cetratis 700 ( qui Thracæ erant, & Clearchum secuti fuerant ) inde ab Heraclea per regionem pedibus iter fecit; deinde cum Bithynicam Thraciam attingisset, ac jam valetudine infirmiore uteretur, navem conscendit, & ad Calpæ portum tuto pervenit. Xenophon, cum gravis armaturæ pedibus 1700, cetratis 700, & 40 plus minus equitibus, maritimo itinere in eos fines venit, qui Bithynicæ Thraciæ & Heracleotidis agros terminant: inde per mediterranea progressus, socios suos à Thracum obsidione liberavit. Simulque tandem ad Calpæ portum omnes coierunt. [ *Id. lib. 6.* ]

Mortuo ibi Chirofopho, in ejus locum Neo Asinenis est subrogatus: qui, quum exercitum miserè premi commectus inopia videret, coactis plus minus duobus hominum millibus ad prædam faciendam per Bithynorum vicus discurrit. Eos primi Pharnabazi equites invadunt: qui Bithynis opem laturo adveniant, & eorundem vicissim adjuti copiis, avertere volebant Græcos, ne Phrygiam ingrederentur. Trucidant hi equites ex Græcis non pauciores 500. Cæteri quendam in montem fuga se recipientes, supplicias illis Xenophonte veniente, salvi ad castra ante Solis occasum sunt reducti. Spithridate deinde & Rhatine cum novis copiis ad auxilium Bithynis ferendum adventantibus, Græci insigni adversus eos potiti victoria, erecto trophæo ubi primum confixerant, ad castra sua juxta mare plus minus 60 stadiis ab eo loco posita redierunt. Post eam pugnam hostes, suis rebus providentes, domesticos & facultates suas quo poterant longissimè abduxerunt. Græci vero postea, cum recta incedentes per Bithynos via nihil usquam offenderent, unius diei ac noctis itinere in Bithyniam reversi, amplam & mancipiorum & ovium copiam secum abduxerunt. Indeque sexto die Chrysolim Chalcedoniæ urbem pervenerunt: ubi dies septem comemorati, prædam vendiderunt. [ *Ibid.* ]

Pharnabazus, metuens ne Græcorum istæ copiarum ditacionem suam bello peterent, Anaxabii Lacedæmonii navarchi opera, qui tum fortè Byzantii erat, effecit ut milites universi ex Asia Byzantium traderentur. Anaxibius cum Xenophonte in Asiam reversus, Cyzici ex Aristarcho novo Byzantii præfecto intellexit successorem sibi datum ad Hellespontum adventare Polum: inde que Parium navigans, ad Pharnabazum misit, qui eum moneret, ut quæ ob Græcorum tradicionem promiserat ipsi præstaret. A quo spe sua frustratus, Xenophonti negotium dat, ut Græcorum copias in Asiam summa celeritate iterum reduceret. Verum à Pharnabazo persuasus Aristarchus conatum illum impedit. Unde sub Seuthe Thraciæ rege militare coactus est Xenophon: saviēte adhuc hyeme, & vi frigidis ita intensa, ut nares & aures ab eo adustas multi Græcorum amiserint. [ *Id. lib. 7.* ] Partem quidem Græcorum in patriam rediisse, partem verò maximam, ad 5000 ferè, ducem Xenophontem secutum in Thraciam fuisse, refert Diodorus. [ *ad ann. 1. Olymp. 95.* ] Unde liquet, vitiatum apud eum esse numerum, ubi Chrysolim 3800 tantum superstitēs pervenisse legimus. *ann. 4. Olymp. 94.* ]

c. Ionix & alix Græciæ per Asiam urbes, quod partim in libertatem se vindicare cuperent, partim Tissaphernem metuerent, ( quia Cyrum, dum is adhuc esset in vivis, Tissapherni prætulcrant ) recipere eum recusabant: missisque ad Lacedæmonios legatis petebant, ut quando totius

4314

400



ipſi Græciæ præſides ac duces eſſent, ſe natione Græcos habitantes in Aſia non negligerent; ſed darent operam, ut ipſorum ager à populationibus immunis eſſet, atque ipſi libertate fruenterent. [*Xenoph. Hellen. lib. 3. Diodor. ad ann. 1. Olymp. 95.*] Hanc legationem libenter Lacedæmonii audierunt; qui, more ingenii humani, quo plura habent eo ampliora cupientes, non contenti acceſſione Athenienſium opum vires ſibi duplicatas, totius Aſiæ imperium aſſectare cœperunt. [*Juſtin. lib. 6. cap. 1.*]

Lacedæmonii igitur promiſſis ſtatim auxiliis, per legationem à Tiſſapherne contendunt, ne hoſtica Græcis oppidis arma inferre velit. At ille Cumæorum urbem cum exercitu primum adortus, omnem circumquaque regionem vaſtat, magnoque captivorum numero potitur. Poſt urbem ipſam obſidione cingit: ſed cum propter hyemis interventum capere illam nequiret, captivis pro magna pecuniæ ſumma redditis, ab obſidione diſceſſit. [*Diodor. ut ſupra.*]

Thimbron à Lacedæmoniiſ in Aſiam miſſus eſt cum exercitu: in quo erant mille novitiorum civium Laconicorum, 4000 Peloponneſii, equiteſque Athenienſium 300, quibus XXX tyranni fuerant uſi; quos civitas Attica peregrè perire, quam domi cum periculo manere volebat. Atque hiſ Thimbron, cum in Aſiam veniſſet, ex Græcis iſtius regionis urbibus plures addidit. [*Xenoph.*] Epheli enim, tum ex urbibus confederatis tum aliunde, 2000 conſcripſit. Inde vero, ſub ſignis ſuis plures 7000 habens, 120 ſtadia progreſſus, Magnetiæ Tiſſapherniſ ditioni ſubjectam primo ſtatim impetu cepit. Mox etiam Tralles Ioniæ oppidum adortus, oppugnationem ejus inſtituit: verum ubi nihil per loci firmitatem proficere licuit, Magnetiæ retro flexit. Hæc nullo tum muro cinctæ ſunt. Idcirco veritus ne denuo poſt diſceſſum ſuum Tiſſaphernes illam ſubiret; ad proximum montem, nomine Throacem, eam tranſtulit. Hoſtium deinde agros incutians, varia militem præda locupletavit. Verum ubi magno cum equitatu Tiſſaphernem imminere accepit, Ephelum ſe recepit. [*Diodor.*] Illius enim equitatuſ ſuſtinendo impar, in planitiem deſcendere noluit: ſatis eſſe ſibi ducens, ſi populationes iis in regionibus prohibere poſſet, in quibus ipſe degeret. [*Xenoph.*]

Quum duobus jam propè menſibus Græci ſub Seuthe in Thracia Europæa militaſſent, Charminus Laco & Polynicus à Thimbrone miſſi in caſtra venientes, eum hujus exercitus opera in bello contra Tiſſaphernem egere declararunt: pollicitumque eſſe, ſe cuius militi ſingulos in menſes Daticum nummum daturum in ſtipendium, præſectis cohortium binos, ducibus quaternos. Xenophonte vero ad iter in patriam ſe comparante, orarunt eum homines è toto exercitu lectiſſimi, ne prius diſcederet, quam copias abduxiſſet ac Thimbroni tradidiſſet. Inde igitur Lampſacum cum eis navigio trajecit: ubi cum Euclide Phliaſio vate congreſſus eſt. Hinc per Troadem profecti, Pergamum pervenerunt: ubi ab Hellade Gongyli Eretrienſis uxore, & ejus filiis Gorgione & Gongylo, Xenophon hoſpitiuſ eſt exceptus. Horum conſilio & opera, cum ille Aſidaten Perſam capere fruſtra (& non ſine ſuo & ſociorum magno periculo) fuiſſet conatus: caſu demum in eum Xenophontis milites incidentes, ipſum cum uxore, liberis, equis, & fortunis omnibus (quæ magnæ erant) ceperunt. Hiſ ita geſtis Thimbron ſupervenit: acceptumque à Xenophonte exercitum cum reliquo agmine Græco commiſcens, bellum Tiſſapherni & Pharnabazo intulit. [*Expedi. Cyri lib. 7.*]

Atque hic terminantur ſeptem libri *Ανabάστω* quos ſcriptor, qui toti expeditioni ipſe interfuit, hoc concludit epilogo. *Præerat hi ditioni Regis, quam nos ingreſſi peragravimus: Lydia, Ariamas, Phrygia Artacamas; Lycoania & Capadocia, Mihradates; Cilicia, Syenneſis; Phœnicia & Arabia, Dernes; Syria & Aſſyria, Beleſis; Babylon, Rhoparas; Media, Arbaces; Phœſianis & Heſperitiſ, Theribazus, Carduchi, Chalybes, Macrones, Colchi, Moſynæci, Cæci Tibareni, ſui juris erant. Paphlagonia cum imperio præerat Corylas; Biſthynia, Pharnabazus; Thracibus, & qui in Europa ſedes habent, Seuthes. Totum iter, tum aſcenſus tum deſcenſus, (nō ἀβάστω ἀνὰ βάρους) ſtatim 215 conſectum eſt, paraſangis 1150, ſtadiis vero 34255. (vel 34500 potius; ſingulis paraſangis 30 tribuendo ſtadia.) Temporis aſcenſus & deſcenſus ſpatium, annus unus, ac tres menſes.*

d. Novis Xenophontis copiis auctus Thimbron, in campis contra Tiſſaphernem caſtra locare auſus eſt: Pergamum ſponte deditam in ſuam poteſtatem accepit, itemque Teuthraniam & Halſarniam; quibus Euryſthenes ac Procles, orti à Demaro Lacedæmonio, cum poteſtate præerant. Gorgio etiam & Gongylus, jam dicti fratres, ad ipſius partes tranſierunt: quorum alter Gambrium & Palægambrium alter Myrinam & Grinium poſſidebat. Urbes quoque aliquas non ſatis munitas vi Thimbron cepit. [*Xenoph. Hellenic. 3.*]

3605 Thimbron Lariffam, Egyptianam vocatam, imperata facere detractantem, caſtris circum eam locatis, obſedit. Quam cum per vim fruſtra aliquandiu oppugnafſet, ab Ephoris mandatum accepit, ut relicta Lariffa in Cariam militem transferret. Et erat jam Epheli, profecturus in Cariam, quum Dercyllidas (vir machinarum peritia clarus, & ob ingenii ſolertiæ Sifyphi cognomentum adeptus) ad exercitum venit, in imperio ſucceſſor illi datus. Thimbron vero domum reverſus atque à ſociis accuſatus, quod exercitui licentiam ſpoliandi fœderatos conceſſiſſet, auxilio mulctatus eſt. [*Id. ibid. Diodor. ad ann. 2. Olymp. 95.*]

Mania Dardaneniſ, virilis animi mulier, quæ poſt mariti ſui Zenis Dardaneniſ obitum Æolidis ſatrapiam ſub Pharnabazo feliciter adminiſtraverat, & maritimas urbes Lariffam, Hamaxitum & Colonas imperio ſuo adjecerat, à genero ſuo Midia, quum annos jam 40 exceſſiſſet, una cum filio 17. plus minus annos nato, perfide interimitur. Cræde perpetrata Scepiſim & Gergithem

Gergithem munita oppida, in quibus imprimis opes suas Mania recondiderat, Midias occupat: reliqua oppida præsidariis militibus, Pharnabazo integra servantibus. Ille missis ad Pharnabazum muneribus, ut regionem eam legibus illis quibus habuerat, Mania sibi obtinere liceret, frustra postulat: vitam sibi acerbam fore, non vindicata Maniæ morte, Pharnabazo respondente. [*Xenoph. ibid. cum Polyano, lib. 8. in Tania vel Phania: ita enim ibi Mania nomen perperam habetur exaratum.*]

Dercyllidas, cum videret sibi adversus duos præfectos Artaxerxis regis, Pharnabazum & Tissaphernem, maximatum gentium viribus instructos, dimicandum; atque illos invicem sibi suspectos esse non ignoraret: ne cum utroque simul decertare necessum haberet, cum Tissapherne, statutis conditionibus, pacem fecit. [*Id. ibid. cum Justino lib. 6. cap. 1. Dercyllida pro Dercyllida nominato.*]

Post habitum cum Tissapherne colloquium, Dercyllidas in Æolidem Pharnabazo [cui ob ignominiam ab eo dudum, cum Abydo sub Lysandro navarcho præfuit, acceptam, infensior erat] parentem, exercitum suum, nullo sociorum in itinere laeso, abduxit: ac statim uno die Larissam, [pro qua Arisbam ponit Diodorus] Hamaxitum & Colonas oppida maritima, per dedicationem spontaneam cepit. Paulo post eodem modo Neandrenses, Ilienses & Cocylitas sine vi admota in potestatem suam redegit: Cebrenem etiam munitissimam urbem, ostentata oppugnatione territam, ad dedicationem compulit. Cui cum præsidium imposuisset, recta Scepsim ac Gergithem versus contendit, ubi Midiam, qui & Pharnabazum & cives metuebat, colloquij causa acceptis obsequiis sibi occurrentem, ac de societate verba facientem, secum retinuit; eique ostendit nullam aliam esse rationem societatis inveniendam quam si cives liberos suis legibus vivere permitteret. Simulque cum eo Scepsim ingressus, [de quo legendus Polyanus in Stratagem lib. 2.] facto ibi Minervæ sacrificio, & Midia præsidio educto, cives ad restitutam libertatem conservandam est cohortatus. Deinde Gergithem cum exercitu profectus, ne quicquam perente Midia sibi eam relinqui, iussu ejusdem Midia portis apertis urbem illam quoque intravit: & repertis ibi Mania thesauris, qui octo militum millibus in integrum prope annum stipendio sufficerent, Midiam exutum male partis Scepsim ad privatam vitam ibi degendam habitatum dimisit. Atque ita in spatio dierum octo, novem urbibus cum positum esse refert Xenophon, omnesque Troadis urbes, partim dolo eum occupavisse, partim etiam vi subegisse, scribit Diodorus. [*ann. 2. Olymp. 95.*]

Inter Artaxerxem & Euagoram regem Salaminis [qui urbis illius dynastam regis Persici amicum, ut ad ann. 2. Olymp. 97. idem Diodorus memorat, Abdemonem Thyrsium vel, ut Theopompus in Excerptis Photij num. 176. appellat, Abaymonem Citionem inde ejecerat] dissentio orta, Cononis Atheniensis qui apud hunc in Cypro & Ctesia Cnidij qui apud illum in aula Persica agebat interventu, sopita est: ab Euagora tributo Artaxerxi dato, & muneribus ad Satibarzepam missis. Ad Euagoram quoque, de reconciliatione cum Anaxagora Cypriorum rege, à Ctesia data sunt literæ: quas, una cum aliis ejusdem generis Euagoræ & Cononis epistolis, Persicæ suæ Historiæ inseruit ipse Ctesias.

d. Dercyllida ad Pharnabazum mittente percunctatum, utrum pacem an bellum mallet; is Phrygiæ [in qua sedem domicilij habebat] metuens, Æolidi [quam Dercyllidas obtinebat] finitimæ, inducias delegit. [*Xenoph. Hellenic. 3.*]

a. Factis induciis, Dercyllidas Bithynicam in Thraciam profectus, ibidem hybernavit, non admodum hoc graviter ferente Pharnabazo; quod Bithyni sæpius illi bellum facerent. Dercyllidas verò res Bithynorum secure rapiens commeatus copia abundabat. [*Id. ibid.*]

b. Odrysæ equites plus minus 200. & cetrati plus minus 300, è Thracia à Seuthe auxilio Dercyllidæ missi, prædatum exeuntes, magna clade à Bithynis affecti sunt: posteaque castra sua cum Græcorum castris conjungentes, Bithynorum agros populationibus ac flammis vastaverunt. [*Ibid.*]

Ineunte vere Dercyllidas è Bithynorum finibus excedens, Lampfacum venit: ubi ex tribus patriæ legatis intelligit, imperium sibi in annum proximum esse protogatum. Iisdem legatis ephorum mandato milites quod antehac sociis injuriis fuissent redarguentibus, & quod hoc anno neminem læsissent collaudantibus, à præfecto copiarum quæ Cyrum secuta fuerant est responsum; milites quidem unos eosdemque esse, sed diversos duces diversos militum mores fecisse. Legatos deinde Dercyllidas Epheso per Græci nominis civitates dimisit; quod eas tranquillo in statu visuri essent, sibi gratulatus. [*Ibid.*]

c. Dimissis ex Asia legatis, Dercyllidas rursus per nuntios Pharnabazum percunctatus est, induciæ quæ per hyemem fuerant continuatæ, an bellum habere mallet. Quo induciis bello rursus præferente, statim transmissis Helleponto, isthmum Chersonesi Thraciæ, qui 37. stadiis porrigebatur, muro interclusit; quem verno tempore inchoatum, ante autumnum absolvit. [*Idem ibidem cum Diodoro, ann. 2. Olymp. 95. ubi duorum annorum res gestas in unum compingit.*]

Conon Atheniensis è Cypro ad Artaxerxem de rebus suis misit epistolam: quam communicari illi voluit, vel per Zenonem Cretensem (saltatorem,) vel per Polycritum Meudæum (medicum) vel, si illi abessent, per Ctesiam medicum. Fama est Ctesiam, accepta Cononis epistola, de suo illi apposuisse, ut ipsum quoque ad se Rex mitteret; ut ad negotia maritima tractanda perutilem. Ipse autem Ctesias ait, Regem sua sponte hoc sibi muneris injunxisse.

[Plutarch.]

4319

398

*Plutarch, in Artaxerxe* ] Cononis vero literas, tum ad Regem tum ad seipsum, ut & Oratio-  
nem quam ad Regem de Conone ipse habuit, Historia suæ Ctesias inseruit: ubi & de nunciis, quo-  
rum Lacedæmonii hoc tempore ad Regem miserunt, adhibita custodia retentis, narrationem exponit.

Pharnabazus, post inducias cum Dercyllida factas, ad Regem ascendens, Tissaphernem  
apud eum criminatus est, ut Lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impens-  
regis aluerit: indignum esse dicens, bella non perfici sed redimi, hostem pretio non armis  
summoverti. Hortatusque Regem est, ut adornata classe, Cononem Atheniensem Navar-  
chum ei præficiat. A quo & Cyprio rege Euagora persuasus ille, 500. talentis ad apparandam  
classem Pharnabazo numeratis, Phœnissas triremes Cononi tradere, cumque navalis belli  
Ducem constituere iussit. [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 95. cum Isocrate in Euagora & orat. ad  
Philippum, Pausania in Articis, & Justin. lib. 6. cap. 1.*]

Pharnabazus ex aula Persica reversus Cononem, post habitum de Prætura navali collo-  
quium, imperio maris præfixit, multa Regis nomine præclara illi pollicitus. Conon, mu-  
nere illo suscepto sed classe nondum satis instructa, cum 40. quas paratas tum habebat navibus  
in Ciliciam devexitur; & ad bellum ibi gerendum sese accingit. [*Diodor. ibid.*]

*d.* Ctesias ab Artaxerxe ad mare missus, in patriam suam Cnidum primum, deinde Lacedæ-  
monem profectus est: ut sub Persicæ suæ Historiæ finem ipse narrat; quam cum hoc Olym-  
piadis 95. anno 3. illum terminasse, Diodorus auctor est.

Dercyllidas ex Chersoneso in Asiam regressus, visitatis urbibus, Chiorum exules Atarna  
occupasse comperit; indeque excursionibus in Ioniam factis, ex vicinorum prædis victum sibi  
comparasse. Et quamvis munitum esset oppidum, & magna tum frumenti copia instructum;  
castris tamen circumdatum, per octo mensium spatium obsidere non cessavit. [*Xenophon.  
Hellenic. lib. 3.*]

3607

Compulsis tandem ad deditioem faciendam obsessis, Dercyllidas loci curam Draconti Pel-  
lenensi committit: ipse largissima comæatus copia in eum convecta, ut illuc veniens diverfo-  
rium haberet, Ephesum adiit. [*Ibid.*]

Cum Ionicarum civitatum legati Lacedæmonem profecti significassent, si Caria, in qua  
Tissaphernis sedes erat, infestaretur, existimare se, statim ipsum *ἀπονομιῶν* eis concessurum,  
& ut arbitrato suo rempublicam administrarent permissurum: Dercyllidæ mandarunt Ephori,  
ut cum terrestribus copiis in Cariam se transferret; & Pharaci classis suæ præfecto, ut in oram  
Caricæ naves suas duceret. [*Ibid.*]

Eodem tempore Pharnabazus etiam ad Tissaphernem venit: partim quod is imperator om-  
nium designatus esset, partim ut ad bellum in Græcos communi opera gerendum se paratum  
testaretur. Atque hunc primum Tissaphernes secum in Cariam ad rem ibi constituendam du-  
xit: deinde impositis ibi in munitiones præsidii, cum eodem in Ioniam rediit. Dercyllidas  
autem, ubi rursus eos Mæandrum transmisisse accepisset, habito cum Pharace colloquio, quo  
vereri se ostendebat, ne Tissaphernes ac Pharnabazus Ioniam à præsidii nudam percurrendo  
popularentur: & ipse Mæandrum transit. [*Ibid.*]

In Persarum exercitu 20000. pedites, & 10000. equites erant: Dercyllidas non plures 7000  
sub signis suis habuit. [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 95.*] Et quotquot quidem erant à Pelopon-  
neso milites, tranquilli subsistentes ad prælium se parabant: quotquot vero è Priene & Achil-  
lio, itemque de Insulis & oppidis Ionicis, Dercyllidæ se adjunxerant, partim, armis in segete  
(quæ tunc densa in Mæandri planitie erat) relictis, fuga sibi consulebant; partim, cum ad  
pugnam veniendum esset, minime mansuros se esse satis declarabant. Tissaphernes tamen,  
cum secum cogitaret, quo pacto Cyri milites cum ipsis pugnavissent, eisque Græcos omnes  
similes esse arbitretur; ut prælium (quod Pharnabazus suadebat) iniret, adduci non pote-  
rat: sed missis ad Dercyllidam nunciis, cupere se cum ipso in colloquium venire significabat.  
Datis igitur prius acceptisque utrinque obsidibus, de pacis conditionibus actum est: postu-  
lante Dercyllida, ut Rex urbes Græcas liberat & sui juris esse sineret; Tissapherne vero &  
Pharnabazo, ut Græcæ copię Regis è finibus, & Lacedæmoniorum præfecti ex civitatibus  
abirent. Placuitque inducias esse tantisper, donec de his Dercyllidas ad Lacedæmonios,  
Tissaphernes ad Regem retulisset. Utroque verò dimisso exercitu; Persarum copię Tralles,  
Græcorum Leucephryn discessere. [*Xenoph & Diodor. ut supra.*]

3608

Herodas quidam Syracusanus, cum nauclero quodam in Phœnicia tum vivens, cum trire-  
mes Phœnissas partim aliunde istuc adpellere, partim ibidem instrui, partim adhuc ædificari  
videret, audiretque trecentas numero futuras: prima nave quæ in Græciam tenderet conscensa,  
Lacedæmonii indicat, hanc classem tum à Tissapherne tum à Rege parari; sed quo ea mittenda  
esset, dicens se ignorare. Eo nuncio commotis Lacedæmonii, ex Regibus eorum alter Age-  
silaus, à Lyfandro persuasus, ad Asiaticam contra Persas expeditionem sese obtulit: adjunctis  
sibi triginta Spartanis, quorum consilio uteretur. Eorum primus ipse Lyfander fuit: qui De-  
cemviratus abs se in urbibus Asiaticis institutos (quos Ephori sustulerant, iussis omnibus mo-  
re patrio rempublicam gerere) Agefilai opera restitutum se iterum sperabat. Ita Agefilaus,  
acceptis copiis bis millium è novis Sparta civibus conscriptorum ac sex millibus sociorum,  
cum annonæ tanto quantum in sex menses sufficeret, Geræsto (Eubææ portu) cum amplissi-  
mis quas ibi coegerat copiis solvens, Ephesum navigavit: tanta celeritate hic usus, ut prius  
in Asiam cum copiis pervenerit, quam regii satrapæ eum scirent profectum; quo factum est,

4317

397

4318

398

ut omnes imperatores imparatos offenderet. [*Xenoph. Hellenic. lib. 3. & orat. de Agesila. cum Plutarcho, & Emil. Probo, in vita ejusd. Agesilai, & Pausania in Laconicis; qui tamen Sardes primum appulisse Agesilaum scribit.*]

Novo delectu Ephesi quatuor militum millibus conscriptis, exercitum 10000 peditum & 400 (vel 4000, ut in Latina versione legitur) equitum in campum eduxit. Quis circumforanea quædam colluvies prædæ gratia sequebatur, numero non inferior. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 95.*]

Per internuncios vero à Tissapherne interrogatus, quam veniendi causam haberet; respondit, ut Græcas in Asia civitates in libertatem vindicaret. Petiit deinde Tissaphernes, ut tantisper Agesilaus à rebus gerendis abstineret, quoad ipse ad Regem mitteret; spem faciens omnia illi ex sententia se confecturum. Hinc, tribus mensibus ad eam rem conficiendam definitis, Tissaphernes Herippidæ, Dercyllidæ & Migialio missis ad se sacramentum præstitit, omnino sine dolo malo se pacem procuraturum: illis Agesilai nomine jurantibus, si hoc Tissaphernes faceret, se sine fraude servaturos inducias. Verùm Tissaphernes, jurejurando mox violato, magnas à Rege copias accersēbat, quas cum iis quibus jam ante utebatur conjungeret. Et quanquam hæc Agesilaus animadverteret, nihilominus in servandis induciis perstitit. [*Xenoph. Hellenic. 3. & in Agesilao: cum Plutarcho & Emil. Probo, in Agesilao.*]

Quom in hoc otio apud Ephesum Agesilaus commoraretur, quod rerum publicarum status in urbibus perturbati essent, neque populariter amplius eæ administrarentur (ut sub Atheniensium dominatu factum fuerat) neque Decemviratus in eis essent, qui Lyfandro rerum potito instituti erant: urgebant Lyfandrum omnes, hominem sibi notum, uti quæ cuperent ipsi ab Agesilao impetrarent. Eam ob causam factum, ut magna hominum turba eum semper sectaretur; ita ut privatus quidam Agesilaus, Lyfander rex esse videretur. Quod Agesilaus agrè ferens, auctoritatem illius primum minuebat & sensim labefactabat; deinde legatum in Hellespontum mittebat. Ibi cum comperisset Lyfander, *Spithridatem* Persam (*Mithridatem* Plutarchus appellat) à Pharnabazo nonnihil opprimi, ad colloquium invitato persuasit, ut cum liberis, pecuniis, & 200 equitibus deficeret; statimque rebus ejus cæteris apud Cyzicum relictis, cum filio ad Agesilaum eum adduxit, id quod gratum Agesilao fuit, studiose ex illo de Pharnabazi rebus percunctanti. [*Xenoph. Hellen. 3. Plutarch. in Lyfandro & Agesilao.*]

Tissaphernes obmissis sibi à Rege copias animo elatus, Agesilao bellum denunciavit, ni statim Asia excederet. Quam denunciationem hilari animo ille accipiens, ut ad expeditionem se pararent, militibus præcepit; simulque Ionibus, Aiolibus & Hellespontis significavit, ut copias suas auxiliaries Ephesum ad se mitterent. Cumque Cariam eum petiturum existimaret Tissaphernes, Phrygiam ille petiit subactisque inopina irruptione civitatibus, magnam opum vim cepit; tutusque ac sine periculo ad vicina Dascylii pervenit. Ibi equites ejus reliquum agmen præcedentes ab equitibus Pharnabazi excepti & in fugam compulsi, homines 12 & equos 2 amiserunt: sed opem cum peditatu ferente Agesilao, barbari uno ex suis amisso cesserunt. [*Xenoph. Hellenic. 3. & in Agesilao. cum Plutarcho & Emil. Probo, in Agesilao.*]

Agesilaus, maxima ætatis parte in populatione Phrygiæ finitimæque regionis consumpta, locupletatum commodis exercitum sub autumnum Ephesum reduxit. [*Diodor. anno. 1. Olymp. 96.*] Ibi que hyemavit. [*Emil. Prob. in Agesilao.*]

Nephereus, sive Nepherites, in Ægypto regnat, ann. 6.

Lacedæmonii per legatos Nephereum Ægypti regem de societate annorum sollicitant: qui auxilium loco Spartanis ad centum triremes apparatus, & quingenta tritici millia donat. [*Diodor. ann. 1. Olymp. 96.*] *Hercinione* hunc appellat Justinus & cum secutus Orosius; ita rem narrans. *Lacedæmonii à rege Ægypti Hercinione auxilia navalis belli per legatos petunt: & à quo centum instructæ triremes, & sexcenta millia modiorum frumenti missa acceperunt.* [*Justin. lib. 6. cap. 2. Oros. lib. 3. cap. 1.*]

Pharax Lacedæmoniorum navarchus, cum 120 navium classe ex Rhodo provectus, Safanda Carie castellum, 150 stadiis à Cauno distans appellit. Hinc solvens, Caunum & Cononem Regiæ classis Imperatorem, cum navibus 40 stativa ibi habentem, oppugnat. At cum Artaphernes & Pharnabazus ingenti exercitu Caunis subvenirent, Pharax obsidionem solvit, totamque classem in Rhodum abducit. Posthæc Conon triremes 80 cogit, & cum his in Chersonesum transmittit. Rhodii interea, classe Peloponnesiorum ejecta, Lacedæmoniorum societatem deserunt; & Cononem cum tota classe in urbem suam recipiunt. Tum qui donatum ex Ægypto frumentum advehēbant, quod Rhodios descivisse ignorarent, confidenter Insulæ naves advertunt: Conon vero cum Rhodiis onerarias in portum deducens annona urbem replevit. Ad Cononem præterea aliæ 90 triremes tum advenere: & Cilicia nimitum 10 & ex Phœnicia 80, quarum Sidoniorum Regulus præturam gessit. [*Diodor. ann. 1. Olymp. 96.*] Sed Cononem seditio militum invasit, quos præfecti Regis stipendio fraudabant; eo instantius debita poscentes, quo graviores sub magno duce militiam præsumebant. [*Justin. lib. 6. cap. 2.*]

Agesilaus cognoscens sine equitatu sufficiente locis planis bellum se recte gerere non posse, huic conficiendo se dedit: permilla divitibus in singulis civitatibus potestate, ut qui militare ipsi nollent, suo loco equum atque equitem substituerent. Deinde appetente jam vere, exercitum univertsum apud Ephesum coëgit: ibique tum equites tum pedites omnis generis armatura

exercuit diligenter & ad munera militaria paratior reddidit; fecitque ut durante hoc exercitio urbs Ephesina supra modum solitum spectatu digna videretur, velut belli quadam officina. Adjecit & alia, ad animos militum spe bona erigendos & alacriores reddendos comparata. [*Xenoph. Hellen. 3. & in Agesilao: cum Plutarch. & Emilio Probo in Agesilao.*]

Jamque annus exierat, à discessu Agesilai è patria, regressisque domum sunt Triginta viri, quorum princeps erat Lysander; & alii totidem in decedentium locum, principe Herippida submissi. Ex his Agesilaus Xenoclem, cum quodam alio, copiis equestribus præfecit; novis civibus, qui armatura gravi utebantur, Scythen; Cyri militibus, Herippidam; Migdonem, missis ab oppidis militibus. Denuntiavit etiam confestim se ducturum rectissima via in munitissima regionis; ut tum corpora, tum animi militum ad pugnam præpararentur. Tissaphernes autem hæc ab Agesilao jactari ad se rursus fallendum arbitratus, in Cariam, quo revera ipsum irrupturum credebat, iterum cum peditatu ivit; equitatumque in Mæandri campo subsistere jussit. Sed non aliter fecit quam dixerat Agesilaus; rectaque Sardoniam in regionem impetum fecit. Quumque triduum hoste nullo conspecto, progredere, magnam rerum necessarium copiam pro exercitu habebat. Die quarto equites hostium aderant: qui Græcos hinc inde palatos prædam agere conspicati, complures ex eis trucidarunt. Quibus auxilium ferens Agesilaus, cum considerasset, necdum hostibus peditatum adesse, sibi vero nihil eorum quæ ad bellum paraverat deesse; prope Pactolum fluvium pugna commissa, insignem victoriam consecutus est. Tum castris Perfarum potitus, atque universa tum amica tum hostilia copiis suis circumplexus, inter alias opes, quas talenta 70 excedere comperit, camelos etiam cepit, quos postea secum in Græciam abduxit. Tissaphernes vero pugne hujus tempore Sardibus erat: eamque ob causam à Persis est insimulatus, quasi ab eo deserti proditique fuisset.

Ita rem gestam narrat Xenophon. Sed Diodorus Tissaphernem cum equitum 10 & peditum 50 millibus adfuisse refert. Agesilaum, declives ad Syplum tractus capeissentem, ac totam Sardes usque provinciam incurstantem, hortos ipsumque Tissaphernis paradisi (sive viridarum, arboribus & aliis ad oblectationem faciendis magno sumptu & artificio excultum) pervastasse. Inde sese convertentem, Xenoclem Spartanum cum 1400. militibus, medio inter Sardes & Tybarnas spatio, ad insidiis hostes excipiendum collocasse: posteaque pugna conferta, Perfas fugasse, ultra sex eorum millia occidisse, captivorum multitudinem magnam collegisse, & castra multis emolumentis referta diripuisse. His autem peractis Tissaphernem Sardes se recepisse, Agesilaum ad mare exercitum reduxisse. Pausanias in Laconicis, Agesilaum ait congressum cum Tissapherne in Hermi campis, vicisse Perfarum non modo equitatum, sed etiam peditatum; qui tanto tunc numero erat collectus, ut post eum exercitum quem Xerxes adversus Athenas duxit, & ante illum Darius contra Scythas, esset maximus. Verum Xenophonti magis hic fidendum: qui non Agesilaum solum instituit (ut in tertio de Oratore habet Cicero) vel eo saltem usus est familiarissime (ut in Vita Agesilai Emilio Probus & in Vita Xenophontis refert Digenes Laertius) sed etiam hoc tempore in Asia cum Agesilao præsens adfuit, & sequente anno cum eodem in Græciam inde rediit.

Conon, Persicæ classis præfectus, ob militaris stipendii solutionem diu Rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ad eum pergere statuit: Pharnabazo quoque ipsum mittente, ut Tissaphernem apud Regem prodicionis accusaret. Hieronymo igitur & Nicodemo Atheniensibus navale imperium committens, in Ciliciam navigat, atque inde Thapfacum Syriæ delatus, secundo Euphratis amne Babylonem delabitur. Ibi primum ex more Perfarum ad Chiliarum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit; seque ostendit cum Rege colloqui velle. Sed cum ad aspectum & colloquium, nisi Rege prius adorato, admitti non posset: per literas & internuntios res est acta. Rex vero tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaret, & Lacedæmonios bello prosequi jussit, & ei permiserit, quem vellent, eligere ad dispensandam pecuniam. Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus, ut Cypriis & Phœnicibus cæterisque civitatibus maritimis naves longas imperaret, classemque qua proxima æstate mare tueri posset; dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. [*Diod. ad Olymp. 96. ann. 1. Justin. lib. 6. cap. 2. Emil. Prob. in Conone.*]

Ad Cyprios vero quod attinet: ex Isocratis Evagora est observandum, Artaxerxem etiam inter accipiendum beneficia, bellum adversus eos molitum fuisse; decem ante illud finitum annis. quorum ferè octo in apparatus fuisse insumptos, ex iis quæ de belli Cyprii exitu ad ann. 4. Olymp. 98. habet Diodorus, infra videbimus. Ex octo vero illis annis, sex effluxisse significare videtur Isocrates, quum habitus ab eo fuit Panegyricus, in quo de irritis hac in re Artaxerxis conatibus ita ille scribit. *Εὐαγόραν στρατιώτην, ὃς ἀρξὴν ἰδίῳ μὲν πόλει, ἢ ἐν Κύπρῳ, ἐπὶ τῆς συντοκίας ἐκδοτῆς ἔδει· ἡλικὸν δὲ ἡρώδη, καὶ ἰδίῳ δολοῦσι συνεδουλοῦσθαι, ἡσπὲρ δὲ τῆς πόλεως στρατιώτης ἔχει μόνον πλεονεξίας. ἐπὶ δὲ μὲν ἐπὶ τῆς εὐαγόρας δυνάμει, ἢ δυνάμει στρατιώτη βασιλέως πολέμου, ἀλλ' ἴδιον ἰδίῳ ἔχει ἐπιβουλήν. Bello contra Evagoram moro, unius urbis Cypria dominum, & in federe deditum: qui cum insulam incolat, & mari prius cladem acceperit, & pro sua regionis defensione tria millia cetratorum duntaxat habeat; tamen copias adeo tennes Rex bello superare nequit, sed & jam in eo sex annos contrivit.*

Delatas adversus Tissaphernem criminationes exacuate Parylatide (ob Cyri filii mortem illi infensissima) Tithraustem, cum mandato illum interimendi, summum belli Ducem facit; & datis huc illuc ad civitates & satrapas literis, ut omnes dicto audientes ipsi sint, edicit. [*Diodor. ann. 1. Olymp. 96.*]

Proficiscenti Tithraustæ duas alias epistolas Artaxerxes tradidit: unam ad ipsum Tissaphernem, de bello contra Græcos, summam omnium rerum ei permittens, alteram ad Ariæum satrapam Larissæum ut in illo comprehendendo Tithraustæ operam tribueret. Eas reddidit Tithraustes, quamprimum Colossas Phrygiæ devenit. Eo Tissaphernem Ariæus, lectis suis literis, vocavit ad communicanda consilia, cum de rebus aliis, tum imprimis de Græcis. Ille nihil suspicatus mali, copias Sardibus reliquit: ipse vero cum trecentis delectis Arcadibus & Milesiis profectus, apud Ariæum divertit; jamque balneis operam dans, acinacem deposuerat. Ariæus cum famulis eum in balneo comprehendit, conclusumque in vehiculo Tithraustæ tradidit. Qui Celanas usque eum ducens, resectum ejus caput inde ad Artaxerxem perferendum curavit. Rex matri Parylatidi illud misit: quæ ob filii Cyri mortem illius supplicio maximè est lætata; ut & Græcorum omnium matres & uxores, qui Cyrum secuti Tissaphernis fraude circumventi fuerant. [*Diodor. ibid. Polyan. Stratagem. lib. 7. Xenoph. Hellen. 3. & in Agesilao. Plutarch. in Artaxerxe & Agesilao.*]

Tithraustes legatos ad Agesilaum nuntiatum mittit, belli hujus auctorem Tissaphernem meritis jamuisse pœnas: Regem vero æquum censere, ut ille domum repetat, & Asiæ civitates, suis utendi legibus impetrata facultate, pristinum Regi tributum pendant. Negante vero Agesilao se id absque magistratum in patria consensu facturum: tandem conventum est ut, acceptis in comæatum exercitus sui 30 talentis, in Pharnabazi ditionem ille discederet, donec voluntatem suorum de tota re cognosceret. Ita, in tertio Hellenicorum, Xenophon. Diodorus tantum scribit, Tithraustem, Agesilao in colloquium pello, semestres cum eo fecisse inducias. Addit, in oratione de laudibus Agesilai, Xenophon; Tithraustæ dona ei complura offerenti, si suis finibus excederet, Agesilaum respondiisse. *Existimatur apud nos honestius imperatori esse, Tithraustæ exercitum suum ditare quam seipsum; & ab hostibus spolia potius quam dona referre.*

Dum Phrygiam versus, quæ Pharnabazo parebat, Agesilaus pergeret; accepit à magistratibus urbanis Seytalam, qua classis non minus quam terrestri exercitus illi delatum est imperium, potestate etiam ei concessa, ut classi navarchum daret quem vellet. Ille celeriter, tum publico civitatum tum privato eorum qui gratificari ipsi volebant studio, classem 120 navium confecit; eique Pisandrum uxoris suæ fratrem præposuit; virum quidem laudibus cupidum, & promptæ audaciæ, sed agendarum rerum minus peritum. [*Xenoph. Hellenic. 3. Plutarch. in Agesilao. Pausan. in Laconicis.*]

Pisandro ad classem digresso, & Agesilao in Phrygiam porro eunte; Tithraustes animadvertens Agesilao nequaquam esse in animo Asia excedere, sed potius magnas ipsum de Rege sperando spes concepisse, Rhodium *Timocratem* (quomodo & à Plutarcho in Apophthegmatibus Laconicis appellatur, licet apud eundem in Artaxerxe nomen *Hermocratis* irrepsit) cum auro, quod argenti talenta 30 æquaret, in Græciam misit. Quo corrupti civitatum principes, hoc effecerunt, ut maximæ civitatum inter se conspirarent, & cum Atheniensibus commune contra Lacedæmonios bellum gererent. [*Xenophon. ibid. Plutarch. in Artaxerxe. Pausan. in Laconicis & Messenicis.*]

360 a. Agesilaus sub autumnum Pharnabazi Phrygiam ingressus, regionem incendiis ac populationibus infestavit, urbes vero partim vi, partim spontanea deditione cepit. Deinde à Spithridate monitus Paphlagoniam petiit, ut eam ad defectionem à Persis alienaret. Rex illius Cotys, qui à rege Persico accessit ad eum profectus non fuerat, cum Agesilao fœdus iniit; & Spithridatis suavitate mille equites & cetratorum duo millia illi reliquit. Atque ut gratiam Spithridati referret, ut illius filiam Cotys in uxorem acciperet, Agesilaus antequam Paphlagonia discederet effecit. [*Xenoph. Hellenic. lib. 4. Id. & Plutarch. in Agesilao.*] Erat enim amicis gratificandi valde studiosus, cujus affectus testis etiam profertur Laconica ista ad Idrieum Carem illi adscripta epistola. *Nunc si idè id admisi, aut si idè admisi, aut si idè admisi, aut si idè admisi. Niciam, si nihil admisi, absolvo; sin quid admisi, nobis absolvo: omnino vero absolvo.* [*Plutarch. in Agesilao, & Apophthegm. Laconicis.*]

Relicta Paphlagonia, Dascylium profectus est Agesilaus: quo in loco regia Pharnabazi erat, & circum eam vici frequentes, ampli, copia comæatus abundantes. Atque hic in hybernis mansit; & partim indidem, partim aliunde prædas agendo, comæatum exercitui paravit. [*Xenoph. ibid.*]

b. Quum milites aliquando, contemptis hostibus, incaute comæatum quærerent, quod ante id temporis adversi nihil eis accidisset; forte Pharnabazus in eos per planititiem palatos, cum duobus falcatis curribus & 400 equitibus, incidit. Eum Græci adequitantem conspicati ad septingentos celeriter in usum globum coeunt. Ille nihil cunctatus, constitutus in fronte curribus, quos ipse à tergo cum equitatu subsequēbatur, agi eos in hostem jubet. Posteaquam immissi currus globum Græcorum disjecissent, mox equites ad 100 homines prosternunt: cæteris fuga se ad Agesilaum recipientibus, qui cum gravi armatura non procul aberat. [*Id. ibid.*]

Secundum hæc tertio vel quarto die Spithridates castra Pharnabazum habentem amplo in vico, cui nomen Cave, plus minus 160 stadiis abesse comperit: ac mox ea de re certiorum Heripidam facit, Triginta consiliariorum primarium. Ille gravis armaturæ pedites 2000 totidemque cetratos, & equitum quotquot suadendo permovere poterat, ab Agesilao petiit & impetravit: licet ne dimidia quidem singulorum pars eum secuta fuerit. Cum illis vero quos habebat

4320

394

sub primas tenebras iter ingreſſus, oriente jam die castra Pharnabazi invaſit; Myſis, qui ante ea cuſtodes collocati fuerant, magna ex parte trucidatis. Fugientibus deinde Perſis, caſtra diripiens, divite præda cum pretioſa Pharnabazi ſupelleſtile poſitus eſt. Ille enim obſidionem Græcorum metuens, Nomadum inſtar caſtra identidem huc illuc transferebat, eaque quam maxime occulta habere cupiebat. Hic vero acerbus interverſæ prædæ Herippidas ſeruator, diſpoſitis militaribus præfectis, Spithridatæ ac Paphlagonibus omnia quæ avehebant ademittit. Qua contumelia illi adfectis, rebus ſuis noctu collectis, Sardes abiere ad Ariæum: qui & ipſe aliquando defecerat, ac bellum cum Rege geſſerat. Hac abitione Spithridatis & Megabatis filii ejus (cujus amore mirificè flagrabat Ageſilauſ) & copiarum Paphlagonicarum, nihil in tota hac Aſiatica expeditione Ageſilao accidit moleſtius. [*Id. ibid. & Plutarch. in Ageſilao.*]

Colloquio inter Ageſilauſ & Pharnabazum de incunda amicitia, Apollophanis Cyziceni, qui hoſpes utriuſque erat, opera conciliato, Pharnabazus (ut in oratione de Ageſilao habet Xenophon) aperte profeſſus eſt, ſe, ni totius exercitus fieret Imperator, defeſſurum à Rege; ſin Imperator crearetur, fortiſſimè bellum adverſus Ageſilauſ geſſurum, quàm quidem diu poſſet. Ageſilauſ vero pollicitus eſt, ſe quanta celeritate poſſet à Pharnabazi ſinibus exiturum; ac deinceps, quamdiu ſuperſeſſet alius quem bello peteret, ab illo rebusque illius abſtenturum. Et jam conſenſo equo Pharnabazus abibat, quum ejus ex Parapira filius ad Ageſilauſ accurrens, hoſpitii jus datis & acceptis muneribus cum eo ſancit. [*Id. ibid.*]

Et jam ver appropinquabat, cum Ageſilauſ in campeſtria Thebes deveniens caſtra illic ad fanum Dianæ Aſtyrinæ poſuit; ibidemque, præter eas quas habebat, per magnas copias undequaque collegit. Parabat enim ſeſe ad iter in regiones ſuperiores; conſidens gentes omnes, quas eſſet à tergo relicurus, à Rege ſe averſurum. [*Xenophon. Hellenic. 4.*] Et eo ingens de Ageſilao fama pervenerat; circumaſto jam altero imperii ipſius anno. [*Plutarch. in Ageſilao.*]

Lacedæmonii, cum jam certo cognoviſſent pecuniam Perſicam in Græciam eſſe miſſam, maximaſque civitates in bellum contra ſe conſpirariſſe; Epicydida ad Ageſilauſ miſerunt, qui cum ad opem patriæ ferendam domum revocaret. Hoc mandato accepto Ageſilauſ, quamquam animo turbatus quod magna ſpe rei bene gerendæ deſiceretur, tamen parendum cenſuit. [*Ibid.*] Et hanc, quam Apophthegmatibus ſuis Laconicis Plutarchus inſeruit, ad Ephoros reſcripſit epistoſam.

Ἀγορεύω ἡμῖν ἐν τῷ ἑσπέρῳ γράψων, Τὰς περὶ αὐτῶν ἀποὺς κατεργασάμεθα, ἃ τῶν βασιλέων ἐλασσόνες, ἃ δὲ τῶν Ἴωνάδων ὄντων ἐπιβούλους ποιεῖ. Ἐπιβούλους γὰρ μετὰ τῶν ἀποδωρῶν παρεργασάμεθα, ἵνα οὐκ ὀπίσθῳ ἴσθωμεν αὐτῶν κινήσασθαι. ἄλλοι γὰρ οὐκ ἔμμενοι ἀρχῆς, ἀλλὰ τῶν πλεῖστων καὶ τοῖς συμμαχοῖσι. καὶ τῶν ἀρχῶν ἀρχὴν ἐλάσσονες καὶ δίκαιος, ὅπως ἐν ἀρχῆς ἐσὼν τῶν Ἴωνων, ἃ ἐξ ἑσπέρῳ ἢ αὐτῶν ἐπὶ πλεῖστον ἀρχῆς ἔσονται. Ageſilauſ Ephoris Salutem. Magnam Aſia partem ſubegimus, barbaros proſtigavimus. & in Ionia multum armorum paravimus. Sed quoniam me ad deſinitum venire diem jubetis, ſequor epistoſam; ſerè autem & anteveriam. Imperium enim gero non mihi, ſed civitati & ſociis, ac tum Imperator verè juſteque imperat, quando regiſtur à legibus & ephoris, aut ſi qui ſunt alii in civitate magiſtraus.

Ferunt etiam ad amicos cum dixiſſe, triginta ſagittariorum millibus ex Aſia ſe à Rege expulſum: quod tot aureis Daricis, Sagittariū nota ſignatis, à Timocrate inter populi ductores diſtributis, Græcorum civitates ad bellum Lacedæmoniiſ inferendum inductæ fuerint. [*Plutarch. in Apophthegm. Lacon. & Artaxerxe.*]

Ageſilauſ Euxenum præfectum poſt ſe in Aſia conſtituit; præſidiariis non paucioribus 4000 cum eo relictis, ut civitatibus re ita exigente ſuccurreret. Et ut quam maxime validas copias in patriam ſecum adduceret, propoſitis præmiis & honoribus civitates & militum præfectos, de optimis peditum equitumque cohortibus inſtruedis, in æmulationem concitavit [*Xenophon. Hellen. 4.*]

Xenophon, cum Ageſilao ex Aſia in Bœotiam ad bellum contra Thebanos profecturus, dimidium auri quod in reditu ab expeditione Cyri ſecum tulerat, Ephoſi apud Megabyzum ædituum Dianæ reliquit. Videbatur enim illo itinere alcæam prælii cum Ageſilao apud Coroneam ſubiturus. Itaque mandatum dedit, ſi ſalvus ipſe evaſiſſet à prælio, reſtituendam ſibi eſſe pecuniam ſacram; ſin aliquid humanitus ei accideret, à Megabyzo illam Dianæ eſſe dedicandam. Ex dimidio reliquo Apollini donaria Delphos miſit. [*Expediſ. Cyri, lib. 5. Diogen. Laert. in Xenophonte.*] Ageſilauſ vero ex manubis in Aſia intra biennium receptis, decumum Delphico Apollini conſecravit, 100 talentis ampliorem. [*Xenophon. & Plutarch. in Ageſilao.*]

Ageſilauſ, trajeſto Helleſponto, apud Amphipolim de Lacedæmoniorum circa Corinthum parta victoria nuncium accepit; atque ab eo in Aſiam quam celerrimè Dercyllidas miſſus eſt, ut ſocias civitates hac de re certiores reddens, majorem hinc animis fiduciam illæ conciperent. [*Xenophon. Hellen. 4. Plutarch. in Ageſilao.*]

4. Celebris illa navalis pugna ad Cnidum (& Dorium montem, ut in 2. Eliacorum habet Pauſanias) commiſſa eſt, archonte Athenis Eubulo (vel Eubulide, cujus prætura cum 3. Olympiadis XCVI. anno cœpit) ut in oratione de rebus Ariſtophanis teſtis locupletiffimus eſt Lyſias. Circa Doryma Cheroneſi claſſis regia Prætores cum pluribus quam 90 tritemibus agebant: Phœniſſis Pharnabazo, Græcis navibus Conone Athenienſi imperante Piſander autem

Anno  
Mundi.

(pro quo, Periarachus apud Diodorum perperam legitur) Lacedæmoniorum navarchus cum 80 trirēmbus è Cnido profectus ad Phylcum Cherfonefi appulit: atque inde vela tendens, in classem regiam incidit, primisque navibus congressus superior fuit. At ubi Persicæ trirēmes ad ferendam suam opem confertim imminerent, sociique fuga ad terram sibi caverent; Pisander navem suam in hostes convertens, multis eorum occisis, in conflictu fortiter occubuit. Tum Cononiani Lacedæmonios ad continentem persecuti, 50 trirēmbus potiuntur. At virorum major pars natando ad terram evaserat, quingentis circiter captis: trirēmes reliquæ Cnidum incolumes effugerunt. [*Xenoph. Hellen. 4. Diodor. ad ann. 2. Olymp. 96. Justin. lib. 6. cap. 3. Emil. Prob. Conon.*]

Ad Agesilaum, in Bœotorum fines jam irrumpentem, de Lacedæmoniorum clade ista & Pisandri (fratris uxoris suæ) morte tristis allatus est nuncius: quo tempore Sol deficiens instar Lunæ falcatus conspiciebatur. [*Xenoph. Hellen. 4. Plutarch. in Agesilao.*] Eam eclipsim die 14. Augusti, anno ante æram Christianam 334 contigisse, calculus ostendit Astronomicus.

Pharnabazus & Conon, post navalem ad Cnidum victoriam circum navigantes, præsidia & præfectos Lacedæmoniorum ex insulis & urbibus maritimis ejecerunt: spe eis facta, nullas se in eis arces extructuras, ac proprii juris se eas esse permissuros, [*Xenoph. Hellen. 4.*] Hinc Coo primum, deinde Nisirei, Tii & Chii à Lacedæmonii defecerunt; quorum exemplum Mitylenæi, Ephefi & Erythraei secuti sunt: simileque defectionis studium reliquas civitates repente invasit; quarum alie præsidii Lacedæmoniorum ejectis libertatem retinuerunt, alie Cononi adhæserunt. Atque ex hoc tempore maris imperium Lacedæmonii amiserunt. [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 96.*]

Dercyllidas Lacedæmonius, Pharnabazo jam olim infectus, navalis ad Cnidum prælii tempore Abydi existens, ne quaquam cæterorum præfectorum exemplo civitate excessit, sed gravi oratione ab Abydenos habita, eos in fide Lacedæmoniorum continuit. Qui simul etiam venientes ad se præfectos amanter in urbem admittebant, & qui sponte non veniebant ultro accersebant. Et quum complures Abydum confluisent, Dercyllidas inde Sestum è regione sitam trajecit: ibique eos qui urbibus Europæ exciderant suscepit, & ad similem constantiam excitavit: cogitandum eis proponens, ipsa in Asia, quæ ab initio Regis fuerat, & Temnum, oppidum haud amplum, & Agientes, & alia quadam oppida Rempublicam suam administraret, Regis imperio minime subiecta. [*Xenoph. Hellen. 4.*]

611 a. Pharnabazus Ephesium descensurus, trirēmbus 40 Cononi traditis, ut ad Sestum sibi accurreret iussit. Sesto vero & Abydo minaciter denunciavit, ni Lacedæmonios egerent, se bellum adversus ipsos moturum. Quibus non obtemperantibus, Cononi mandavit, ut ab usu maris eos arceret; ipse vero Abydenorum agrum vastavit. Ea re quum nihil efficere se in subijciendis eis videret, domum profectus est: Cononi vero in mandatis dedit, ageret cum civitatibus Hellesponto proximis de classe quam posset fieri maxima ad ver proximum conficienda. Et his agendis rebus hyems exacta est. [*Id. ibid.*]

6. b. Ineunte vere, magno navium numero instructo, prætereaque conducto extremo milite, Pharnabazus & cum eo Conon per medias insulas in Melum navigavit, ut Laconicam oram inde invaderet. Post populationem locorum maritimarum Pharnabazo in Asiam rediuro persuasit Conon, ut classem sibi attribueret. Se enim Athenas profecturum, ac longos muros instauraturum, & Piræum muniturum: quo nihil gravius Lacedæmonii accidere posse affirmabat. Perlibenter eo à Pharnabazo dimissus Conon, datis etiam pecuniis ad murorum instaurationem, cum 80 trirēmbus Piræum appulit, muros utrosque & Piræi & Athenarum reficiendos curavit, pecuniæque 50 talenta, quæ à Pharnabazo acceperat, civibus suis donavit. [*Id. ibid. Diodor. ad ann. 2. & 3. Olymp. 96. Plutarch. in Agesilao & Laconici Apophthegmatib. Justin. lib. 6. cap. 5. Emil. Prob. in Conone.*]

4. Lacedæmonii hæc audientes, Antalcidam Spartiatam Leontis filium ad Tiribazum ducem Regis alterum (Sardibus præfectum) mittunt, ut eum, si posset, in partes suas traduceret, pacemque inter eos ac regem faceret. Quibus intellectis, Athenienses quoque Cononem cum aliis pluribus in Asiam ad eundem mittunt: suos etiam legatos Bœotis, Corinthiis & Argivis simul mittentibus. Posteaquam ad Tiribazum perventum esset, Antalcidas adesse se dixit, ut à Rege pacem Rempublicæ suæ peteret; eamque talem, cujusmodi Rex cuperet. Nam Lacedæmonios nec de sitis in Asia Græci nominis urbibus adversus Regem contendere; & satis esse ducere, si omnes insulæ ac reliquæ extra Asiam civitates libertate legibusque suis fruantur. Cui quum reliqui legati nullo modo assentirentur: pace hac non admissa, domum singuli redierunt. Tiribazus autem, quantum absque Regis auctoritate se Lacedæmonii adungere non tutum existimabat; nihilominus clam pecunias Antalcidæ dedit, ut classè à Lacedæmonii instaurata, Athenienses & eorum socii ad pacem propensiores redderentur. Cononem etiam velut injuriosum in Regem, ac verè eorum quæ de ipso Lacedæmonii detulerant, quasi copiis regis turbes Atheniensibus compararet, atque ut Ioniam & Æoliam eis restitueret, clam operam daret) Sardibus vincitum in custodia detinuit. Tum statim ad Regem profectus est; expositurus ei à Lacedæmonii proposita, & quid ac quare de Conone à se sit actum, deque his omnibus sententiam Regis quæsiturus. [*Xenoph. Hellen. 4. cum Plutarco in Apophthegmatibus Laconicis & Agesilao. Diodora ad ann. 3. Olymp. 96. & Emil. Probo. in Conone.*]

Mortuo Satyro successit in Bosphori Cimmerii regno Leuco filius, per annos 40. [*Diodor. anno 4. Olymp. 96.*]

4 311 393



Ex palmis quas Parysatis per intervientes sibi eunuchos in Clearchi Lacedæmonii aggere sepulchrali clam defoderat, post octo annos mirandum nemus excrevisse & locum eum innumbrasse in Persicis suis retulit Ctesias: addens, magna inde pœnitentia ductum fuisse regem Artaxerxem, quod virum Diis charum peremisset. [*Ctes. in Ptoleii Excerptis, & Plutarchi Artaxerxe.*]

Cononem Atheniensem ad Regem abductum & mortis supplicio fuisse affectum, nonnulli scripserunt: (inter quos & *Isocrates* est, in *Panegyrico*) Dinon autem historicus, cui in Persicis rebus multum tribuitur, effugisse eum narrat: illud addubitan, utrum Tiribazo sciente an imprudente fuerit factum. [*Amil. Prob. in Conone.*]

3612 Rex, dum Tiribazus apud eum esset, Strutham in Asiam minorem misit, rem maritimam curaturum. Quem cum Lacedæmonii, propter memoriam eorum malorum quæ provinciæ regiæ ab Agesilao perpessa fuerant, sibi inimicum comperissent, Atheniensibus vero & eorum sociis amicissimum; Thimbronem ad bellum ei faciendum miserunt. Is trajecto mari, ex urbe Epheso & cæteris urbibus in campestribus Mæandri sitis, itemque ex Priene, Leucophrye, Achilleo excurrens: Regis agrum populando vexabat. [*Xenoph. Hellen. 4.*] Ionæ enim & Corellum (præalti verticis montem, 40 stadiis ab Epheso distantem) occupans, & octo militum habens millia, quibus in Asia adscripti accesserunt; Regis provincias populabundus invadebat. [*Diodor. ad ann. 3. Olymp. 97.*]

Progressu temporis, Struthas cum magna equitatus Barbarici copia, gravis armaturæ quinque millibus & levis supra 20, non procul à Lacedæmonii castrametatus, & Thimbronem nullo ordine aut cura suos educere animadvertens; mittit in planitiem equites, quos excursionem facta quidquid facere prædæ poterant abigere jubet. Deinde ubi primos nec multos numero, & inconditè suis opem ferentes vidit, cum magnis equitum instructisque copiis ipse in eos irruit. Ceciderunt inter primos Thimbron & Therfander ipsi charus; qui non solum tibicen egregius, sed & belli peritus erat. Græci reliqui his cadentibus in fugam versi sunt: quos Persæ infecuti, partim interemerunt, partim vivos ceperunt. Pauci tamen in castellum Cnidum & anica oppida delati hospites evaserunt. [*Id. Ibid.*]

3613 Ecdicus cum octo navibus ad opem exulibus Rhodiis ferendam à Lacedæmonii missus, Cnidum appulit: ubi cum populum Rhodium terramarique rerum potiri & classem duplo sua majorem habere cognovisset; quietè Cnidi se continuit. [*Xenoph. Hellen. 4. cum Diodor. ann. 2. Olymp. 97.*]

Iisdem in navibus miserunt & Diphridam cum mandato, ut in Asiam trajiceret, & urbes quæ Thimbronem receperant tueretur; utque collectis copiis è clade incolumibus, atque aliis quantas possit conscriptis, bellum contra Strutham gereret, Paruit hic, & inter alia à se prospère gesta, Tigranem Struthæ generum cum uxore Sardes euntem in itinere interceptit, magnaque pecuniæ vi accepta dimisit; ea occasione statim nactus, unde militi stipendiū numeraret. [*Xe. ib.*]

Euagoras rex Salaminus, Protagoræ filii sui opera usus, totam serè Cyprum in suam ditionem redegit. [*Isocrat. in Euagora.*] Et cæteras quidem civitates partim vi, partim verborum illecebriis statim imperio suo subiecit: sed Amathusi cum Solis & Citiensibus bellum armis depulsuri, per legatos Artaxerxem de missitandis auxiliis sollicitant. Euagoræ præterea interfecti Agyris, qui confœderatus Persis fuisset, crimen impingunt; seque in occupatione Insulæ probam Regi operam navaturus pollicentur. Rex igitur tum quod majus Euagoræ incrementum accedere nollet, tum quod Cyprum ad suppeditandum navales copias, quibus Asia defendi posset, situm peridoneum habere consideraret, auxilia decrevit. Dimissisque Cypriorum legatis, omnibus maritimis urbibus ut tiremes compingerent, & ad classis usum pertinentia sedulo ac maturè appararent, edixit: ipse vero per superiorum provinciarum urbes transiens, magnas terrestres copias coëgit. [*Diod. ann. 2. Olymp. 97.*] Imperatore creato Antophradate Lydiæ Satrapa, Navarcho vero Hecatomo Caria Dynasta. [*Theopomp. in Bibliotheca Ptoleii, jussus clam illi pecunias in peregrini militis stipendia ministrabat. [Diodor. ut supr. & ad ann. 3. Olymp. 98.]*]

c. Quum intellexissent Lacedæmonii Ecdicum non satis habere virum ad commodandum amicorum rebus; Teleutiam cum navibus 12 è sinu Corinthiacho evocatum ad illum se conferre, eoque dimisso imperium sibi sumere, & Rhodiis partium Laconicarum studiosis auxilio esse ac inimicos premere præceperunt. Qui cum in Samum venisset, aliquot ibi navibus auctus Cnidum pervenit: dimissoque domum Ecdico ipse Rhodum contendit, navibus instructus XXVII. [*Xenoph. Hellen. 4. cum Diodoro, ann. 2. Olymp. 97.*]

In Rhodum navigans Teleutias, incidit in Philoeratem Ephialtæ filium, qui Athenis cum navibus decem in Cyprum, ad ferendum Euagoræ subsidium, proficiscebatur. Has omnes interceptit Teleutias: & manubiis potitus, ad eas dividendas Cnidum repetiit. Atque ita accidit, ut qui Persarum regis hostis esset, clade afficeret eos, qui ad bellum gerendum contra eundem regem proficiscebantur. [*Xenoph. ibid.*]

d. Athenienses videntes Lacedæmonios mari rursus invalescere, Thrasymbulum Styrensem cum classe navium 40 contra eos emittunt. Is in Ioniam excurrens, pecunias à sociis accepit. Et quum Asiaticis urbibus amicis uteretur, ob eam qua rex & Athenienses conjuncti erant amicitiam Byzantium navigans, decumam è Ponto navigantibus impositam publicanis vendidit. Deinde pellectis in amicitiam Chalcedonensibus, extra Hellespontum discessit. [*Id. ib. cum Diod. ann. 1. Olymp. 97.*]

Anno  
Mandi

3615

3616

3617

4325

4326

4327

389

388

387

Post hæc Thrasybulus cum sua classe in Asiam rediens, tum ab aliis, tum etiam ab Alpidiis, ad Eurymedontem fluvium navibus adductis, pecuniam exegit. Verum quum soluta jam pecunia, militum ejus nonnulli per injuriam aliquid ex agris abigerent; irati Aspēndii, compositis per noctem insidiis Athenienses adorti, & alios quosdam necarunt & ipsum Thrasybulum suo in tentorio obruncarunt. Quo trierarchi Atheniensium in pavorem conjecti, navibus illico impletis, in Rhodum abnavigarunt. In Thrasybuli vero locum Athenienses Argyrium Ducem furrogatum ad classem miserunt. [*Xenoph. Hellen. 4. Diodor. ann. 3. Olymp. 97.*]

Acoris in Egypto regnat ann. 13.  
Hic, cum Barcæis & Euagora Cyprio fœdere inito hostiles cum Persis inimicitias gessit. [*Theopomp. in Excerptis Photii Diodor. ad ann. 3. Olymp. 89.*]

Lacedæmonii, quanquam de Dercyllida quod quererentur non haberent, in Abydi tamen præfectura successorem illi miserunt Anaxibium; gratia Ephorum potissimè nixum, & amplissima de seipso pollicitum, si modò classe & pecunia juvaretur. Datæ ei triremes tres, & pro mille conductitiis militibus stipendium. Qui cum Abydum venisset, primum terra coactis conductitiis copiis, civitates nonnullas Æolicas à Pharnabazi fide avellebat, & agrum hostilem vastabat. Deinde tribus navibus ad priores quas secum adduxerat additis Athenienses eorumque socios eo mari urentes infestabat; navigia eorum (si qua oblata essent) capta Abydum secum abducens. [*Xenoph. Hellenic. 4.*]

Athenienses de his certiores facti, ad tuenda ea quæ à Thrasybulo erant constituta & acquista, Iphicratem cum navibus 8 & militibus cetratis 1200 domum ex bello Corinthio reversum adversus Anaxibium miserunt. Quo in Chersonesum perveniente, submissis hinc inde prædonibus, per eos bellum inter se Anaxibius & Iphicrates gerebant. [*Id. ibid.*]

Anaxibius cum copiis conductitiis & Laonicis suis & 200 Abydenis gravis armaturæ peditibus, Antandrum profectus, à civibus amicè susceptus est. Interim illi Abydum inde reversuro Iphicrates insidias in montibus locat: triremes, quæ noctu ipsum transvererant, secundum Chersonesum litus sursum versus legere jubens; ut pro more suo pecuniæ colligendæ causâ eò navigasse videretur. Ubi verò Abydeni, qui erant prima in fronte, ad eum campum pervenerant qui est juxta Cremastem (ubi & fodinas auri habebant) reliquæ vero copię per declivia sequerentur, ac jam Anaxibius ipse cum Laonicis militibus descenderet: tum Iphicrates suos eo insidiis prorumpere jubens, Anaxibium desperata salute fortiter pugnantem occidit, & cum eo præfectos urbium Lacedæmonios qui ad eum se contulerant ad 12. Cæteros in fugam actos ad urbem usque persecutus est cæcis ex aliorum quidem numero 200, Abydenis vero gravis armaturæ peditibus ferè 50. Deinde in Chersonesum se reulit. [*Id. in lib. 4. in fine.*]

Hieracæ à Lacedæmoniiis navarcho constituto; Teletias, incredibili sui desiderio militibus relicto, in patriam rediit. [*Xenoph. Hellen. lib. 5.*]

Hieraci in classis præfectura successorem Lacedæmonii dederunt Antalcidam, quod in eo rem Tiribazo maximè gratam facturos existimarent. Ille Ephesum veniens, Nicolochi legato relicto, cum Tiribazo ad Artaxerxem pro pace constituenda profectus est. [*Xenoph. Hellenic. lib. 5. Diodor. ad ann. 2. Olymp. 98.*]

Nicolochus, ut Abydenis præsidio esset, Epheso profectus, vastato in itinere Tenediorum agro, & accepta pecunia, Abydum inde concessit. Interim duces Atheniensium è Samothrace, Thaso, & vicinis locis, opem Tenediis laturo properabant. Verum ubi certiores facti essent, Nicolochum se Abydum recepisse: profecti ex Chersoneso cum 32. navibus, ipsum 25 naves habentem obsidebant. [*Xenoph. Hellen. 5.*]

Chabrias publicè ab Atheniensibus Euagoræ adjutor datus, cum octingentis cetratis & decem triremibus in Cyprum navigavit, neque prius inde discessit, quam totam insulam bello devinceret: qua ex re magnam Athenienses gloriam sunt adepti, [*Id. ibid. & Emil. Prob. in Chabria.*] Legationis Cypriæ pro auxilio ad Athenienses missæ meminit, in oratione de rebus Aristophanis, Lysias.

Artaxerxes, qui à ceteris Spartiatis semper fuit aversus, homines esse eos æstimans, ut aie Dinon, omnium impudentissimos; profectum in Persidem (atque inter Persas Leonidam & Callieratidam saltantem) impense complexus est Antalcidam: coronamque ex rosis & croco confertam, quam in convivio capite gerebat, in pretiosissimum intingens unguentum, ex cœna illi misit. Ad quem Antalcidas. Sulcipio quidem, inquit, donum & benevolentiam: sed rosarum odorem naturæque fragrantiam artis adulteratione perdidisti. [*Plutarch. in Artaxerxe, & Pelopida, & Symposiac. lib. 7. quæst. 8. Athenæ. Dipnosophist. lib. 2. Elian. Var. histor. lib. 14. cap. 39.*]

Cum Tiribazo à Rege rediit Antalcidas; fœdus & societatem armorum cum eo pactus, si Athenienses & eorum socii pace uti nollent, quam ipse proponebat. Pharnabazus à rege vocatus, in superiorem Asiam perrexit: ubi & filiam Regis uxorem duxit. [*Xenoph. Hellen. 5.*]

Quum Nicolochum, una cum navibus, ab Iphicrate & Diorimo Abydi obsideri Antalcidas accepisset; pedestri itinere istuc profectus, accepta inde classe, noctu in mare provectus ru-morem sparsit, à Chalcedonensibus se accersiri, sed Percopes portum ingressus ibi con-quivit. Hac de re certiores facti quatuor navaŕchi partium Atticarum, persequi eum qua Præconesum itur constituerant. At ille cum jam hi præterveŕcti essent, converso cursu Abydum repetiit: & in insidiis 12. navibus expeditissimis collocatis, octo naves, quas Thrasybulus Athe-

nienŕis

nienſis tribu Cotalytenſis ex Thracia adductas cum reliqua claſſe Attica conjungere cogitabat; imperatorio uſus ſtratagemate, in poteſtatem ſuam redegit. [ *Id. ibid.* ] Vid. Polyæn. *Stratagem.* lib. 2. in Antalcida.

1 Antalcidas, acceptis navibus 20 Syracuſanis & Italicis quas adduxit Polyxenus, & alis tum ab Ionia quæ Tiribazo, tum ab ea regione quæ Ariobarzani veteri ipſius hoſpiti parebat, claſſem navium amplius quam 80 jam habens, totius maris imperio potebatur: atque ita naves è Ponto Athenas petituras averſo curſu ad ſocios ſuos deſectere cogebat. [ *Xenoph. ibid.* ]

2 Cum ad eſſe eos Tiribazus juſſiſſet, qui pacis formulæ ab Artaxerxe miſſæ obedire vellent, omnes urbium Græcarum legati celeriter ad eum convenerunt. Quibus ille, Regiis ſigillis commonſtratis, hæc quæ perſcripta erant recitavit. *Rex Artaxerxes æquum eſſe cenſet, urbes quæ in Aſia ſunt, ut & inſulas Clazomenas & Cyprum, ſui imperii eſſe: alias vero urbes Græcas, tam parvas tum magnas, liberat & ſui juris relinqui, præter Lemnum, & Imbrum, & Scyrum; quas ut olim, ita nunc etiam, Athenienſes obtineant. Hanc vero pacem qui non recipiunt, eis ego cum ceteris, qui eandem amplectentur, terra marique navibus ac pecuniis bellum inferam.* Quæ cum legati, ad ſuas quique civitates, retuliſſent: licet Aſiaticis Græcorum civitates pro quibus bellum geſſerat Ageſilaus, ita forſè Regi proditas eſſe moleſtè ferrent; neceſſitate tamen coactæ; leges illas pacis receperunt [ *Xenoph. Ibid. Iſocrat. in Panathenæico. Diodor. ann. 2. Olymp. 98. Plutarch. in Ageſilao & Artaxerxe. & Laconicis Apophthegmatib. Ariſtid. in Læonæica 1. & 4.* ] Promulgatam vero eſſe pacem hanc anno poſt navalem pugnam ad Ægospotamos 19, ante Leuctricam 16, in libro primo notat Polybius.

Pace compoſita, ad Ageſilaum (quem ſtrenuum illius exſequutorem fuiſſe docet Xenophon, Lacedæmoniis eius cuſtodibus & tutoribus in Græcia conſtitutis) Artaxerxes epistolam per Perſam quendam cum Callia Lacedæmonio miſit; in qua hoſpitiæ & amicitiam illi obtulit. Quam ille non accipiens, Regi renunciari juſſit; nihil eum opus habere mittendis ad ſe epistolis, nam ſi amicum ſe Rex Lacedæmonio & Græciæ gerat, ipſum ſummopere ei fore amicum: ſin verò inſidiari deprehendatur, non eſſe quod ſe credat ipſi amicum fore etiamſi plurimas acciperet epistolas. [ *Plutarch. in Laconicis Apophthegmatib.* ]

In formula pacis Antalcidææ, ex Xenophonte (quæ eam ignorare non potuit) ſuperius propoſita, non omnes quidem (ut in *Artaxerxe* credidiſſe videtur Plutarchus) quæ Aſiæ contribuuntur inſulas, Artaxerxi traditas, fuiſſe vidimus, ſed duas tantum: *Clazomenas* (quam eo tempore inſulam fuiſſe, ad annum mundi 3504 & 3509, indicavimus) & *Cyprum*, è qua, pax hæc Chabriam nunc evocabat; quem adjutorem Euagoræ ab Athenienſibus datum, totam illi inſulam debellaſſe nuperrimè diximus. Indeque Euagoras, tota propè Cypro evocata, adverſus Artaxerxem bello Græcorum diſtentum numeroſiſſimum coëgerat exercitum: Quj à longa cum Græcis controverſia jam liberatus, copias ſuas in bellum Cypricum paratas eſſe juſſit. [ *Diodor. ann. 2. Olymp. 98.* ]

3 618 Artaxerxes copias ſuas tum terreſtres 30000 militum, tum navales tritemium plurimum quam 300, contra Euagoram Cypri regem eduxit. Peſtreſibus generum ſuum Orontem, navalibus Tiribazum, Duces præſciit. Qui aſſumptis in Phocæa Cumaque exercitibus, in Ciliciam deſcenderunt: unde in Cyprum tranſvecti, ſtrenua in bellum adminiſtrandum opera incubuerunt. Euagoras, Ægyptios, Tyrios, Arabas, alioſque Perſarum inimicos ſibi adjungens; trirèmes 90 (quarum 20 erant Tyriæ, reliquæ Cypriæ) & militum, propriorum ſex millia, auxiliarium multo plures habebat. Cumque pecuniæ aſſatam illi ſuppeterent; numeroſam peregrinorum manum ſtipendio conduxit. [ *Diodor. lib. 15, ann. 3. Olymp. 98.* ]

Euagoras navibus prædatoriis, quarum ſat multas ad manum habebat, oneratis hoſtium quibus commeatus adſerebatur, inſidiis exceptas vel interceptas, vel acceſſu prohibuit. Unde ingente ſtatim annonæ caritate in caſtris Perſarum orta, demerſit, vel acceſſu nonnullos Duces occiderunt, tumultuque tota caſtra impleverunt: ut non niſi magna cum difficultate Tribuni militares & navalis exercitus prætor Gaos ſeditionem illam comprimere potuerint. Cum tota igitur claſſe avecti, magnam frumenti copiam è Cilicia transportabant: unde caſtris deinceps alimenta ſupperebant. Et Euagoræ rex Acoris ex Ægypto frumenti & pecuniæ cæterique apparatus, quantum ſat eſſet, tranſmiſſebat. [ *Id. ibid.* ]

Evagoras claſſe hoſtili ſua longè inferiorem eſſe cernens, 90 præterea naves implevit, & ab Acori 50 præter has acceſſit: ut trirèmes in univerſum 200 haberet. Ac peſtreſti primum ſuo agmine partem terreſtris hoſtium exercitus aggreſſus, victoriam obtinuit. Deinde claſſem eorum, Citium verſus præternavigantem, nec opinato adortus, diſperſarum tritemium partem ſubmerſit, partem in poteſtatem ſuam redegit. At cum Navarchus Perſarum aliique Duces fortiter vim hoſtis exciperent, actis in cruduit pugna, qua primum Euagoras ſuperior erat: ſed poſt, ubi Gaos omni virium ſuarum mole inferitur & animoſè decertat; Euagorani cum magna tritemium jaçtura fugam capeſſunt. Perſe itaque, prælio hoc victoriam adepti, utrumque exercitum congregant ad Citium: unde armis in hoſtem expeditis, Salaminem obſidione cingunt, urbemque à terra ſimul & mari oppugnant. [ *Ibid.* ]

Tiribazus à prælio navali in Ciliciam trajiciens, atque inde ad Artaxerxem profectus, victoriæ nuncium pertulit: & duo talentum millia ad belli uſus reportavit. Euagoras, relicto ad deſenſionem urbis filio *Pythagora* ( *Protagora* fortaſſe de quo ſupra, ad annum M. 3613, ex Iſocrate mentio eſt facta ) & ſumma rerum in Cypro adminiſtratione illi commiſſa, cum decem

Anno  
Mundi.

3619

4329 385

triremibus clam hostibus noctu è Salamine solvit, & in Ægyptum devehitur: ubi regi Acori persuadet, ut totis secum viribus in hoc bellum incumbat. [*Ibid.*]

Euagoras ab Ægypto in Cyprum redit; pecunias quidem secum adferens, sed expectatione sua longe pauciores. Cumque Salaminis vehemente obsidione pressam inveniret, seque sociorum auxilio destitutum; de pacificatione legationem mittere cogitur. Tiribazus igitur, penes quem summa tum potestas erat, se transactionem admitturum, si Euagoras omnibus per Cyprum urbibus cedens, & unius Salaminis dominio contentus, annum Regi tributum dependat, & ad imperata, ut servus Domino, sic præsto, respondit. His conditionibus, licet duris annuit Euagoras; postrema tantum excepta. Dicebat enim se ut regem Regi, non ut servum Domino, subiectum fore. Quod admittere tamen recusavit Tiribazus. [*Diod. ann. 4. Olymp. 98.*]

Alter copiarum præfectus Orontes, Tiribazi gloria invidens, missis clam ad socerum suum Artaxerxem literis, tum de aliis illum criminatus est, tum quod rerum novarum studiosus, privatam belli societatem cum Lacedæmoniis contraheret, & copiarum Duces sibi ad benevolentiam & obsequia obnoxios redderet. Quas calumnias veras esse credens Artaxerxes, Orontæ rescribit, ut Tiribazum comprehensum illico ad se transmittat. [*Id. ibid.*]

Orontes, Tiribazum metuens, per insidias ita eum cepit. Domus erat quæ specum profundam habebat. Super specu lectum collocavit, non intensum, sed variis tapetibus ornatum. Vocat Tiribazum, quasi colloquium cum eo habiturus. Tiribazus clam ingressus, confedit; & per lectum in fossam defertur, atque comprehensus ad Artaxerxem victus mittitur. [*Polyæn. Stratagem. lib. 7.*]

Orontes copias in Cypro cum summo imperio præfectus, dum magno Euagoram animo rursus obsidionem tolerare, & milites captivitatem Tiribazi moleste ferentes imperium detrectare & obsidionem relinquere videt; Euagoram ad pacis condiciones, quibus ille cum Tiribazo consenserat, admittit: ut certum quotannis tributum Regi persolvens, Salaminis ipse regnum retineat, & ut rex Regis imperio ausculet. Atque ita bellum Cyprium, ad decennii fere tempus (parte tamen maxima in apparatus consumpta) protrahitur, cum duos tantummodo per totum hoc spatium annos bellum esset, finem suum accepit. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 98.*]

In quam expeditionem quum Rex Persarum amplius quinquaginta millia talentum infumpisset, & bellum in decimum usque annum prorogasset; dominum earundem rerum reliquit Euagoram, quas ante illatum bellum habuerat. [*Isocrat. in Euagora. Diodor. ann. 4. Olymp. 98.*]

Gaos navalis exercitus prætor, cui filia Tiribazi nupta erat, metuens ne ob communicati cum socero consilii suspicionem ab Artaxerxe ad supplicium raperetur, defectionis à rege consilium cepit. Et quum opum militumque copia instructus esset, & trierarchos insuper favore sibi præcipuo addictos haberet: cum Acori Ægyptiorum rege & Lacedæmonis contra Artaxerxem societatem iniit. [*Diodor. ibid.*]

Artaxerxes (Cambysen imitatus; apud Herodot. lib. 5. cap. 25. & Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.) iudices quosdam vivos excoriari, eorumque pelles circum tribunalia expandi iussit: ut iudices alii super his insidentes semper ante oculos supplicii, quod iudicium pravitas merneretur, exemplum sibi propositum haberent. [*Diodor. ibid.*]

3620

4330 384

Artaxerxes, exercitum trecentorum millium peditum & decem millium equitum ducens, Cadusis bellum intulit: [*Diodor. Olymp. 98. ann. 4. Plutarch. in Artaxerxe.*] In eo multis utrinque millibus interfectis, inter alios cecidit & Camillares, natione Car, vir manu fortis & bello strenuus: quem parti Cilicia, juxta Cappadociam quam incolunt Leucosyri, Artaxerxes præfecerat. Cui & successorem Datamem filium dedit; cujus in hoc Cadusiano bello magna fuit opera. [*Æmil. Prob. in Datame.*]

Artaxerxes, cum exercitu suo, ob comæntium defectum ad magnas redactus angustias (ita ut caput asini 60. drachmis vix emi posset) à Tiribazo, qui tunc in castris abjectus & contemptus erat, hunc in modum est servatus. Duo erant Cadusii Reges, iique castra seorsim habebant. Re igitur cum Artaxerxe communicata, Tiribazus ad alterum Regem profectus est, missis occulte ad alterum filio suo. Uterque autem utrumque decipiebat: regum utrique seorsim significatione facta, alterum legatis ad Artaxerxem missis, sibi tantum, omisso collega, amicitiam & societatem cum eo querere. His ambo fidem habuere: & quia invidiam mutuam habebant suspectam, alter cum Tiribazo, alter cum Tiribazi filio, ad Artaxerxem legatos misit. Atque ita pax cum utroque est composita & fœdus in initum. [*Plutarch. in Artaxerxe.*]

Cadusiano bello finito, Artaxerxes Tiribazi causam tribus iudicibus eximia inter Persas auctoritatis commisit: quibus ita ille suam probavit innocentiam, atque in Regem merita, ut ab omnibus absolutus fuerit, & à Rege deinceps maximis honoribus exornatus. At Orontem falsæ accusationis damnatum, ex amicorum catalogo expunxit, extremaque ignominia notavit. [*Diodor. Olymp. 98. ann. 4.*]

Cum Gaos in Cypro esset, Græcique quos apud se habebat iis qui in Ionia debebant literas contra ipsum scriberent: ut nocentes deprehenderet, triremem adduxit, remigibusque viaticum præbuit, atque in Ioniam navigare iussit. Cum gubernator navigationem data opera protraheret, multi multas epistolas remigibus dederunt: qui solventes, non procul supra urbem appulerunt. Gaos pedes in eum locum profectus, ubi triremis stabat, præcepit remigibus, ut omnes sibi epistolas adferrent. In quibus cum invenisset eos qui contra se scripserant; non

I. Vsser. Annal. p. pr.

T subito,



ſubito, ſed in quæſtionibus examinatos interfecit. [*Polyan. Stratagem. lib. 7. in Gao: pro quo, Αλωε & Γλωε ſibi perperam ſcriptum habetur.*]

3 6 2 1 Gaos, quum Lacedæmonioſ & Ægyptiorum regem ad bellum Perſis inferendum concitaſſet, dolo quorundam necatus, id quod moliebatur non peregit. Poſt mortem autem ejus Tachos, ejuſdem negotii adminiſtratione ſuſcepta, exercitum ſibi collegit, urbemque juxta mare loco quodam ſublimi ædificavit, Leucam nomine; in qua & Apollini fanum extruxit. Sed cum paulo poſt ſis vita eſſet defunctus, Clazomenii, & Cumæi de ejus urbis poſſeſſione contendere; & Clazomenii dolo Cumæoſ antevertentes, ea ſunt potiti. Atque hiſ ita geſtiſ, rebelliones per Aſiam ſponte ſua ſinem habuerunt; & Lacedæmonii, poſt Gai Tachique mortem, reſ Aſia omiſerunt. [*Diodor. ann. 2. Olymp. 99.*]

3 6 2 2 Pharnoftrato Athenis archonte, menſe Poſideone, anno Nabonafari 366. menſis Ægyptiaci Thoth die 26. (Decembris Juliani die 23. ineunte) poſt mediam noctem horiſ 5. cum ſemiſſe; Eclipſiſ Lunæ parva Babylone eſt obſervata. [*Hipparch. apud Ptolemaum, magn. Syntax. lib. 4. cap. ult.*]

Eodem archonte, menſe Scirrhophorione, eodemque anno Nabonafari, Phamenoth die 24. (Junii 18. ad ſinem tendente) ante mediam noctem horiſ 5. cum ſemiſſe, altera Lunæ Eclipſiſ ibidem eſt obſervata. [*Id. ibid.*]

3 6 2 3 Archonte Athenis Euandro, menſe Poſideone priore, anno Nabonafari 367. Thoth die 16. (Decembris 12. deſinente) horiſ 2. cum ſemiſſe ante mediam noctem; tertia Lunæ Eclipſiſ, eaque totaliſ, ibidem obſervata eſt. [*Id. ibid.*]

3 6 2 7 Acoriſ Ægyptiorum rex, inimicitiaſ jampridem cum rege Perſarum exercens, magnaſ tum aliorum peregrinorum copiaſ undique contrahebat, tum præcipue Græcorum; quibuſ Chabriam Athenienſium Ducem præfecit. Hiç, licet abſque populi conſenſu id fieret, Imperatoriſ munere ſuſcepto, copiaſ in Ægypto præerat; magnoque ad bellum gerendum cum Perſiſ ſtudio ſe præparabat. Pharnabazus autem ſummus militia Dux ab Artaxerxe declaratuſ, cum ingenteſ ex Perſiciſ opibuſ in bellum apparatus & ipſe feciſſet; nunciis Athenas miſſiſ, Chabriam criminabatur, quod Ægyptiſ ducem ſe proſtituendo, benevolentiam Regiſ à populo alienaret: ſimulque rogabat, ut Iphicratem ſibi Ducem tribuerent. Athenienſeſ igitur, quibuſ hoc inprimiſ cura erat, ut regiſ Perſarum benevolentiam ſibi conciliarent, & Pharnabazum ſuiſ commodiſ addictum haberent, ſine mora Chabriam ex Ægypto revocant, & Iphicrati Perſiſ auxiliandi negotium imponunt. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 100.*]

Iphicrates ab Artaxerxe conducto adverſus Ægyptium regem exercitui præfectuſ, cujuſ numeruſ duodecim millium fuit, ſic illum omni diſciplina militari erudit; ut, quemadmodum quondam Fabiani militeſ Romani appellati ſunt, Iphicratenſeſ apud Græcoſ in ſumma laude fuerint. [*Æmil. Prob. in Iphicrate.*] Plureſ autem annoſ in belli hujuiſ apparatibuſ conſumpſit Pharnabazus. Cujuiſ expeditam in ſermone facultatem & in rebus peragendiſ tarditatem animadvertentem Iphicrateſ, mirari ſe dixit, quare ille oratione quidem celer eſſet, factiſ vero tarduſ & cunctabunduſ. Id vero hæc ratione fieri abſe Pharnabazus reſpondit; quod verborum ipſe, operum Rex fuiſſet dominuſ. [*Diodor. ad ann. 3. Olymp. 101.*]

Hecatomno filiuſ Mauſoluſ in principatu Cariaſ ſucceſſit; quem annis 24. obtinuit. [*Diodor. ad ann. 4. Olymp. 106.*] duarum ſororum natuſ majore Artemiſia matrimonio ſibi ſociata. [*Strabo, lib. 14.*]

3 6 2 8 Poſt Acorim, apud Ægyptioſ regnavit Pſammuthiſ, annuſ 1.

3 6 2 9 Poſt hunc, Nephertiteſ, poſtremuſ Mendefiorum dynaſtiæ rex, menſeſ 4. Quem excepiſ, primuſ Sebennyatarum dynaſtiæ rex Neçtanabiſ, annis 12.

3 6 3 0 Artaxerxeſ Ægyptiſ bellum illaturuſ, quo faciliuſ auxiliareſ è Græcia copiaſ haberet, legatuſ miſit, qui Græcoſ ad communem pacem inter ſe faciendam ea lege inducerent, ut omnibuſ urbibuſ ſuo deincepſ jure & abſque præſidiis liceret vivere. Eam ſoli Thebani repudiarunt; reliqui Græci concordiaſ ſententiaſ amiſerunt. [*Diodor. ann. 2. Olymp. 101.*]

Artaxerxiſ copiaſ ad Acen Syriaſ oppidum congregatiſ, luſtratione inita, Barbarorum ducenta millia ſub Pharnabazi, Græcorum conductitiorum viginti millia ſub Iphicratiſ imperio recenſita fuere. Claiſiſ vero ( præter navigia, quæ commeatuſ & cætera ad præſenteſ uſuſ neceſſaria advehebant) numeruſ erat, triremeſ trecentæ, trigintaremeſ (τελιωνοει) ducentæ. Ineunte æſtate (ſive primo vere) regiſ ductoreſ in Ægyptum procedenteſ, Peluſium (quod è Syria tendentibuſ primuſ objectuſ erat) à Neçtanabiſ rege miriſice præmunituſ offenderunt. Quapropter in altuſ reveçti, ne ſcilicet ab hoſte conſpicerentur, Mendefio Niliſ oſtio longe porrectuſ littuſ habenti claiſem adverterunt. Ibi tribuſ armatorum millibuſ expoſitiſ, Pharnabazus & Iphicrateſ caſtelluſ ſuper oſtio extructuſ aggrediuntur. Sed cum tria equitum peditumque ſimul millia ad deſenſionem loci educerent Ægyptiſ, pugna vehemeneſ committitur; in qua Ægyptiſ tandem à Perſarum multitudine (nam ſubinde plureſ è navibuſ accurrebant) concluſi magna ſtrage cæduntur; non pauciſ etiam captiſ, & reliquiſ in oppiduluſ refugere coactiſ. Iphicratiſ vero militeſ ſimul cum præſidiariſ caſtelliſ intra muroſ illapſi, propugnaculuſ hoc impetu captuſ fundituſ evertunt, locique incolæ captivoſ abducunt. [*Diodor. ann. 3. Olymp. 101.*]

Inde Iphicrateſ ipſam metropolim Memphim, præſidio tunc vacuam, cum claiſe ſtatim aggrediendam eſſe conſulebat; priuſ quam reliquæ Ægyptiorum copiaſ ſeſe aggregarent: Pharnabazus

Anno  
Mundi.

nabazus contra, cum suis, omnes Persarum copias expectandas esse, quod hoc modo expedire Memphitica minus periculosa foret existimabat. Interim Aegyptii sufficiens nacli oram, idonco Memphim praesidio muniunt, & ad oppidulum illud eversum cum universo exercitu profecti, assiduis Persas confectibus lacessunt, & magnam eorum caedem faciunt. Cumque jam flatu Etesiarum Nilus insurgens omnem circa locum excursu inundaret, & Aegyptum subinde munitiorem efficeret: Persarum duces, quod ipsa naturae conditio oblectari videretur, discessum ex Aegypto maturandum esse censuerunt. Atque ita tam magni apparatus expedire in nihilum recedit. [ *Id. ibid.* ]

Quamprimum in Asiam rediere, Pharnabazo cum Iphicrate dissidium recruduit. Ex quo timens sibi Iphicrates, ne quod Cononi pridem acciderat, in vincula compingeretur subornato navigio noctu se subducit, Athenasque revehitur. Eum missis illuc legatis Pharnabazus Aegypti non recuperati reum agit. Cui responsum Athenienses reddunt; illum pro merito, si noxium cognoverint, a se punitum iri: post breve tamen temporis intervallum, totius suae classis imperium ei tradunt. [ *Id. ibid.* ]

Nicoles eunuchus in Cypro, obruncato per insidias rege Evagora, Salaminiorum regnum sibi rapuit: ut habet hoc anno Diodorus. Et ab eunuchis quidem interfectum fuisse Evagoram, etiam Aristoteles libro 5. Politic. cap. 10. indicat. sed *Thrasylas* fuisse illi nomen, ex Theopompo (in Bibliotheca Photii, num. 176.) didicimus; qui eunuchis hoc genere Elio procurante, Evagoram & cum Nicocreonis (Cyprii illius tyranni, a quo ad epulas invitatum Isocratem, in hujus Vita Plutarchus narrat) filia concubuisse, & ob hoc ipsum mortem occubuisse significat. *Nicolem* enim ipsius Evagorae fuisse filium, & patri in regno successisse & liberis operam dedisse, constat ex Isocrate: quem 20 talentis, ob scriptam ad eum orationem, donatum ab illo fuisse scribit in Isocratis vita Plutarchus. Extat vero ejus Oratio, ad *Nicolem* de regno sive Regis munere; & alia, *Nicoles* inscripta, in qua, sub ipsius Nicoles persona, civium erga Regem officium describitur. Tertia item, *Evagora* titulo: quae funebris in eum est oratio. Cum enim hoc anno occisi Evagorae funus, non magnifico tantum & splendido apparatu, sed & choris, & musica, & ludis gymniciis, equorumque & tircemium certaminibus, ornaret Nicoles: hanc de patris laudibus orationem illi dicavit, existimans & Nicoles ipsi, & liberis ejus, & ceteris ab Evagora oriundis longe pulcherrimam fore adhortationem. *Ἰσοκράτης τῆς ἐπιτομῆς τοῦ Νικόλεως τοῦ εὐνοῦχοῦ καὶ τῆς ἀλλοτρίου τοῦ Ἐβάρου τοῦ βασιλέως καὶ τῆς ἐπιτομῆς τοῦ Νικόλεως τοῦ εὐνοῦχοῦ. Isocrat. in Evagora.* ] Hinc igitur Diodori emendandus est error, & dicendum; interempto per Thrasyladem eunuchum rege Evagora, filium Nicolem in regno Salaminio iili successisse:

3633 Alcisthene Athenis archonte, Artaxerxes Graeciam denuo turbulentis motibus conquassari videns, per legatos iterum ad pacem inter se, juxta leges nuper conditas, stabiliendam adhortatus est. Indeque singulae Graecorum civitates communem inter se pacem renovantes, jurejurando se foederi obstrinxerunt: solis Thebanis exceptis. Pace vero ab Atheniensibus, Lacedaemoniis & Artaxerxe jurata, Iphicrates cum classe ab Atheniensibus domum revocatus est. [ *Diodor. ann. 1. Olymp. 102. cum Xenophon. Hellen. lib. 6. & Dionys. Halicarnass. in vita Lyfia.* ]

4343

371

Die vero 14. Scirrhophorionis (anni Attici & magistratus Alcisthenis mensis extremi) Junii Juliani 16. foedus hoc pacis Lacedaemone a Graecis pactum fuisse, docet Plutarchus in Agesilao.

3634 Lacedaemonii a Thebanis duce Epaminonda in pugna Leuctrica profligati, Agesilaum in Aegyptum, & Antalcidam ad Artaxerxem, ad pecuniam sibi comparandam miserunt. Antalcidae vero petitio ita ab Artaxerxe rejecta est atque despecta; ut regressus ille, quod videret se hostibus esse ludibrio, & metueret insuper ephoros, vitam inedia finierit. [ *Plutarch. in Artaxerxe.* ]

4344

370

3635 Philiscus Abydenus ab Ariobarzane Artaxerxis satrapa in Graeciam missus, Thebanos eorumque socios & Lacedaemonios, pacis componendae gratia Delphos evocavit. Ubi, Thebanis non permissis ut Messene Lacedaemoniorum esset in potestate, offensus ille, milites bis mille selectissimos stipendio conductos Lacedaemoniis relinquens, in Asiam rediit. [ *Xenoph. Hellen. lib. 7. Diodor. ann. 4. Olymp. 102.* ]

4345

369

3636 Thebani, Graeciae principatum ambientes, legatos ad regem Persarum mittendos censuerunt. Convocatis igitur sociis, quod Euthycles Lacedaemonius apud Regem jam esset praetextentes; ad eundem, ex Thebanis Pelopidam, ex Arcadibus Antiochum Pancratiastem, ex Eleis Archidamum, simul cum Argivo quodam, ire jusserunt. Quo cognito, Athenienses quoque ex civitate sua Timagoram & Leontem miserunt. Inter quos omnes, apud Regem Pelopidas primum, secundum auctoritatis & honoris locum Timagoras obtinuit. [ *Xenoph. Hellen. libro 7.* ]

4346

368

Ismenias Thebanus, Pelopidae in hac legatione collega, quum a Tithrauste chiliarcho ad Regem adductus adorare cum juberetur; annulum quem gestabat e digito detractum clam abiecit ad pedes, confestimque procumbens sustulit eum iterum: indeque existimatus Regem adorasse, quicquid ab eo petiit, impetravit. [ *Plutarch. in Artaxerxe. Alian. Var. histor. lib. 1. cap. 21.* ]

Timagoras atheniensis epistolam eo tempore de rebus arcanis per Beburim scribam ad Regem mittens, mille Daticis donatus est: caena quoque lautissima ei missa. Unde frater Regis Otfanes: *Memineris*, inquit, *hujus Timagora mensa. Neque enim levi de causa ita tibi instructa*

apponitur. Quæ improperatio proditionis potius quam beneficii erat suggestio. [Plutarch. *ibid.*] Dedit præterea Rex ei dicitur 80. vaccas, quæ illum valetudinis causa lactis bovini indigentem comitarietur; lectum quoque pretiosum cum veste stragula & stratoribus, quasi rudibus ad sternendum Græcis, ad eum misisse: atque lectica demum ad mare infirma valetudine affectum deferendum curavisse, quatuor talentorum mercede bajulis præbita. [Id. *ibid.* & in *Pelopida.*] Sed Athenæus lib. 2. Timagoram Atheniensem, cum Regem adorasset, magno honore acceptum fuisse scribens; illi tantum ex appositis Regi ferculis missam quandam fuisse portionem affirmat: quod vero de pretioso lecto & stragulis cum stratore (quasi Græci quomodo subterni oporteret ignorarent) ab Artaxerxe missis narratur, ad Timagoram Cretensem refert, vel Entimum Gortynium, ut Phamias Peripateticus eum nominat.

Pelopidas, ea qua apud Artaxerxem pollebat gratia, literas obtinuit, quibus à Lacedæmoniorum potestate Messene immunis esse jubebatur, & Athenienses navigia sua subducere: ni parerent utrique, bellum eis indicendum, & si qua civitas sequi recusaret, eam primum bello petendam esse. Leonte vero contra libere pronunciante; tempus jam poscere, ut Athenienses alium sibi amicum loco Regis quererent: adscribi Artaxerxes mandavit; quod, si quid æquius Athenienses scirent, hoc Regem adveniens eum docerent. [Xenoph. *Hellenic. lib. 7.*]

Domum legatis revertis, Athenienses Timagoram, inter officium salutationis Regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio affecerunt: unius civis humilibus blanditiis, totius urbis suæ decus Persicæ dominationi summam graviter ferente. Ita Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. [in cuius textum, *Darii* nomen, *Artaxerxis*, nescio quo pacto irrepsit.] Alii ob sordidam Persicorum donorum acceptionem necatum eum volunt: de quo videndus Plutarchus, in *Artaxerxe* & *Pelopida.* Sed à Leonte collega accusatum memorat Xenophon; quod ne quidem uti secum eodem contubernio voluisset, & omnia consilia cum Pelopida communicasset: quam præcipuam damnationis illius causam fuisse non est dubium.

Thebani, convocatis ad audiendum Regis literas reliquis urbibus Græcis, & literis regis à Persa eorum latore, ostenso prius Regis sigillo, recitatis, jubebant omnes qui amici Regis & Thebanorum esse vellent, in ista quæ literis continerentur jurare. Sed urbium legatis primum, & ipsis civitatibus deinde jurare recusantibus; tota illa Persica legatio, & per eam à Pelopida & Thebanis affecta dominatio, in nihilum recidit. [Xenoph. *Hellenic. lib. 7.*]

3637 a. Jubilæus XXII.

3638 d. Artaxerxes, nova legatione ad Græcos missa, ut bellicis controversiis finem statuerent, & communem inter se pacem sancirent, tandem persuasit. [Diodor. *ann. 3. Olymp. 103.*]

Eudoxus Cnidius, ob famæ celebritatem & dicitur, hoc tempore maxime claruit. Qui in Ægyptum cum Chrylippo medico profectus, commendatitias ab Agesilao literas ad Nectanabin attulit: qui eum Sacerdotibus commendavit. Ubi cum Ichonuphy Heliopolitano (qui Conuphis Clementi Alexandrino est, in 1. libro Stromatum) eo agente, pallium illius circumlambit Apis. Unde celebrem illum quidem futurum, sed non longævum, Sacerdotes dixerunt: ut refert Phavorinus in Commentariis. In Ægypto annum unum & menses quatuor moratus, pube superciliisque rasis, Octaëteridem secundum quosdam conscripsit. [de qua, in *nostra de Macedonum & Asianorum anno Dissertationis capite extremo, aliquid est dictum.]* Inde Cyzicum atque ad Propontidem accessisse philosophantem, atque ad Mausolum pervenisse dicitur. [Drog. *Lært. in Eudoxo.*] Alii Eudoxum cum Platone in Ægyptum profectum, & ambos cum Sacerdotibus annos tredecim fuisse versatos, tradiderunt: ut apud Strabonem libro 17. legimus.

3639 Heracleæ in Ponto, cum plebs novas tabulas (quibus debitores ære alieno liberarentur) & agrorum ex æquo divisionem impotenter flagitaret: optimates adversus eam auxiliis à Timotheo Atheniensium & Epaminonda Thebanorum duce frustra petitis, Clearchum civem suum, quem ipsi in exilium egerant, ad tutelam suam revocarunt. [Justin. *lib. 16. cap. 4.*]

3640 Clearchus, dissensionem populi occasionem invadendæ tyrannidis exilimans, primo tacitus cum Mithradate (rege Ponti) civium suorum hoste colloquitur; & inita societate paciscitur, ut revocatus in patriam, prodita ei urbe, præfectus ejus constitueretur. Statuto vero tempore, quo urbem Mithradati traderet, ipsum cum amicis suis cepit, captumque accepta ingenti pecunia, dimisit. Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem: sic ex defensore senatoriæ causæ, repente patronus plebis evasit; & adversus auctores potentie suæ non solum plebem accendit, verum etiam nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit. Summo enim à plebe ad eum imperio delato, 60. Senatores comprehensos (nam ceteri in fugam dilapsi erant) in vincula compexit: eosque primum fortunis, deinde vita spoliavit. [Id. *ibid.*] Sequæ totum ad imitationem Dionysii Syracusanorum tyranni componens principatum Heracliensem per 12. annos gessit. [Diodor. *Olymp. 104. ann. 1. cum Excerptis ex Memnonis historia Heraclienfi, in Phisii Bibliotheca, num. 224.*]

3641 Tachos, Polyano (lib. 7. Stratagem.) Thamus, Aristoteli (lib. 2. Oeconomic.) Taos, Julio Africano Teos dictus, in Ægypto regnat ann. 2.

Cum hoc anno & Hellenicorum suorum libros 7. Xenophon Atheniensis, & primam Hellenicorum suorum partem conclusit Anaximenes Lampfacenus: qui à Socrate & generis humani primordiis exorsus, ad prælium apud Mantineam commissum & Epaminonda mortem historiam deduxit; universas prope Græcorum & Barbarorum res gestas 12. voluminibus complexus.

[Diod.]

[ *Diod. ann. 2. Olymp. 104.* ] in altera deinde parte res omnes suo tempore à Philippo Macedone & filio ejus Alexandro peractas adjiciens. [ *Pausan. Eliac. 2.* ]

Mithradate rege Ponti mortuo, Ariobarzanes Phrygiæ Satrapa ab Artaxerxe constitutus regnum illius occupavit; & per annos 26. illud obtinuit. [ *Diodor. ad ann. 3. Olymp. 104. & ann. 4. Olymp. 110.* ]

Clearchus Heraclæ tyrannus, quum Senatores qui profugerant civitates finitimas adversus se concitare & bellum moliri didicisset, servos eorum manumittit: uxoresque eorum & filias eis nubere, proposita recusantibus morte, compellit; ut eos sibi fideiores, & dominis infestiores redderet. Sed cum matronis tam lugubres nuptiæ repentinis funeribus essent graviores: multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptiis, occisis prius novis maritis, interimunt. Prælium deinde committitur: quo victor tyrannus captivos Senatores in triumphi modum per ora civium trahit. Reversus in urbem, alios vincit, torquet alios, alios occidit: nullus locus urbis à crudelitate tyranni vacat. [ *Justin. lib. 16. cap. 5.* ]

3642

Lacedæmonii cum Artaxerxe, quod socium se eorum professus, Messeniam tamen eos dimittere & Messenios communi Græcorum societate comprehendere mandasset, similitates exercebant. [ *Xenoph. in Agesilao. Diodor. ad ann. 3. Olymp. 104.* ] His se conjunxit Ariobarzanes Phrygiæ Satrapa, qui Mithradatis demortui regnum potestati suæ nuper vindicaverat. [ *Diodor. Ibid.* ]

Autophradates (Lydiæ præfectus) Ariobarzane socium Lacedæmoniorum ad Allum obfidens, Agesilaum (qui tum senex, ut pecunias patriæ suæ obtineret, in Asia legationem obibat) veritus, fuga inde discessit. Cotys item Sæthum obfidens, quæ etiam tunc Ariobarzane erat, & ipse soluta obsidione se subduxit. Mausolus etiam, qui utrumque illum locum mari centum navibus obsidebat, non metu sed persuasione adductus, domum cum classe abiit: & pecunias in usum Lacedæmoniorum collatis, Agesilaum in patriam remisit. [ *Xenoph. in Agesilao.* ] De Ariobarzane etiam Adramyti ab Autophradate terra marique obfesso, in 7. Stratagematum libro Polyæus meminit.

4352

362

Mausolus amicis convocatis, fingit se à rege Persarum patrio principatu spoliatum iri, nisi ingenti pecunia summa eam veller redimere. Cui illi fidem adhibentes, eodem die infinitam pecuniam cum ultro illi mittendam curant. [ *Polyæn. lib. 7. collat. cum Aristotele, in Oeconomico. lib. 2.* ] Quam tantum aberat ut ille Regi tribueret, ut etiam Satrapis & Ducibus illis qui Regi bellum tunc intulerunt sese adjungeret. Defecerunt enim hoc tempore ab Artaxerxe, de Ionum gente Lycii, Pisidæ, Pamphylii & Cilices: & præter hos Syri ac Phœnices cunctique fere maris Asiæ incolæ. Tachos quoque Ægyptiorum rex, decreto in Persas bello, & navibus extruendis & pedestribus confcribendis copiis operam dedit: plurimisque hinc inde è civitatibus Græciæ conductis, Lacedæmonios etiam in partes suas adduxit. [ *Diodor. ann. 3. Olymp. 104.* ]

Tanta in Persas undique conspiratione excitata, pars vetricigalium dimidia Artaxerxi decesserat; reliqua vero necessarii belli usus haud satis erat: quum eodem tempore cum Ægyptiorum rege, & Græcis in Asia urbibus, & Lacedæmonii, horumque adjutoribus Satrapis & Ducibus qui maritimas sub imperio oras tenebant, simul fuerit belligerandum. [ *Id. ibid.* ]

Agesilaum Lacedæmoniorum regem accessit ad se Rex Ægyptiorum; Imperatoris in exercitu manus illi promittens. [ *Xenoph. in Agesilao.* ] Ad cujus auxilium à patria ille allegatus, eo stipendio quod sibi miserat Tachos mercenarium militem conscripsit: completisque navibus, atque adjunctis consiliariis Spartiatis triginta, in Ægyptum cum mille gravis armaturæ militibus est delatus. [ *Plutarch. in Agesilao. Diodor. ut supra.* ] Hujus de adventu fama, cum ad regions esset perlata, celeriter munera eo cujusque generis sunt allata. Ut vero apparatus circa eum nullum conspexere, tantum senem in herba ad litus decumbentem, incompum & corpore pusillum, horrido & obsoleto amictum pallio; despiciant eum duxerunt. Multoque magis insultatam ejus sunt mirati, quum hospitalibus muneribus adductis, farinam, vitulos & anseres accepisset; bellaria, cupedias & unguenta, servis dispertienda reliquisset. [ *Plutarch. & Emil. Prob. in Agesilao.* ] Rex quoque Ægyptius, qui illum arcessiverat, promissum Imperatoris munus illi non denulit: [ *Xenoph. in Agesilao.* ] ob brevitatem corporis eum deridens, & fabulam in eo impletam esse dicens; *Parturire montem, & murem nasci.* Quo audito, iratus Agesilaus retulisse illi fertur: *Videbor aliquando tibi leo.* [ *Athenaus, lib. 14. cum Plutarcho.* ]

Chabrias Atheniensis, non publico quidem jussu patriæ missus (ut Agesilaus) sed à Tacho rege persuasus, privato officio in hac militia operam navabat. [ *Diodor. & Plutarch.* ] Qui Regi pecuniis indigenti consilium dedit, ut ditiores regionis incolas juberet confestim quantum uniusquisque posset auri vel argenti contribuere: & ex annuis tributis id postea eis rependeret. Atque hoc pacto multas pecunias ille collegit; neque injuriam cuiquam fecit. [ *Polyæn. Stratagem. lib. 3.* ] cujusmodi technas quoque alias, ad pecuniam undique corradendam ab eo adhibitam, in 2. Oeconomicorum libro recenset Aristoteles.

Qui in Asia ab Artaxerxe defecerant, totius belli administrationem Oronti Mysiæ Satrapæ commiserunt: qui, accepto stipendio viginti-millibus conductitiorum in annum solvendo, eos primum qui pecunias attulerant comprehensos ad Artaxerxem transmisit; multasque deinde urbes, & conductitiam peregrinorum manum, legatis ab eo missis prodidit. [ *Diodor. ann. 3. Olymp. 104.* ] Belli ab Oronte cum Autophradate & aliis Regis ducibus gessi meminit, in 7. Stratagematum libro, Polyæus. Sed cum in postremo Artaxerxis Mnemonis anno ipsum



Autophradatem simul cum Oronte & reliquis Sattapis ab illo defecisse confirmet Diodorus: pro filio ejus Ocho Artaxerxe Autophradatem, & adversus eum belligerasse Orontem, dicendum omnino est.

Artabazo, copiarum Artaxerxis Mnemonis ductore, in Cappadociam invadente; Datames provinciæ illius satrapa, cum multis equitum turmis & conductorum peditum viginti millibus, castra illi opposuit. Tum Mithribaranes illius focer, equitatu præfectus, noctu cum equitibus ad Artabazum transit. Qui utrinque ab utroque exercitu casti, defectionis suæ pœnas dederunt. Addit Diodorus Artaxerxem, de Datamis in hoc procurando Imperatoria solertia certiorum factum eum è medio tollere maturavisse, ac per insidias brevi post interfecisse. Verum diutius eum fuisse superstitem, ex Emilio Probo constat: qui, ut obscuriora fuisse Datamis gesta pleraque libenter agnovit, ita eo diligentius res ejus sibi disquirendas & describendas proposuit. Ut quæ plenius hic ab eo & à Polyæno (in libro 7. Stratagem.) habentur explicata, ad Ochi Artaxerxis tempora esse referenda minime dubitemus.

Rheomithres, à deficientibus Satrapis in Ægyptum missus, quingentis ibi talentis & quinquaginta longis navibus acceptis, Leucas Asia urbem cum classe petiit; & multos defectorum duces illuc accersitos comprehendit, victosque ad Artaxerxem transmissit. Atque hoc prodicionis munere in gratiam apud Regem offensum est repositus. [Diodor. ann. 3. Olymp. 104.]

Tachos, comparatis jam in Ægypto rebus ad bellum necessariis, necenariorum è Græcia militum decem millibus Agesilaum, classis Chabriam ex 200. triremibus constanti (quas qua ille arte intra paucos dies remigibus idoneis instruxerit, in 7. Stratagem. libro docuit Polyænus) peditum Ægyptiorum octoginta millibus Nechtanebum suum vel potius fratris aut fororis suæ (ἀνδρῶν) enim vocat Plutarchus) filium, præfecit: summo exercitus imperio sibi ipsi reservato. Et quanquam suaderet Agesilaus, ut ipse in Ægypto subsistens legatorum opera bellum administraret: obtemperare tamen noluit. [Diodor. ibid.] Navigantem tamen in Phœniciam comitatus Agesilaus est; præter dignitatem suam & ingenium, obscurandans illi. [Plutarch. in Agesilao.]

Ægyptiaco exercitu in Phœnicia stativa habente, missus inde Nechtanebus est ad expugnandas urbes Syriæ: ubi, conjuratione cum eo qui Ægypti præses fuerat relicta inita, Ægypti regem se declaravit: exercitus præfectos largitionibus, & milites pollicitationibus, ad societatem belli contra Tachon pelliciens. [Diodor. ut sup.]

5643 a. Tachos, & ab Ægyptiis suis & ab Agesilao (quem incivili scommate offenderat) desertus, sibi metuens, Sidonem Phœnicia, indeque ad regem Persarum fuga se recepit: ut cum Xenophonte & Plutarcho in Agesilao, habent etiam Theopompus & Lycias Naucratis in Ægyptiacis, ab Athenæo in libri 14. cap. 4. citati. A Rege vero humaniter eum fuisse exceptum, Diodorus & Ælianus indicant. licet illud Diodoro non assentiamus: summum belli contra Ægyptios moti Imperatorem declaratum, in patriam eum rediisse, & Agesilai opera regnum suum recuperavisse, sicut nec illud Æliano: (lib. 5. Var. histor. cap. 1.) frugaliter illum in patria vixisse, Persico vero luxu postea corruptum vitam amisisse, quum Ægyptiacas illius cœnas Persicis longe fuisse lautiores, ex Lynceo (vel Lycea fortasse jam dicto) confirmet Athenæus libri 4. capite 10.

Inde ex Mendete alius Rex declaratus, contractis centum hominum millibus, in Nechtanebum insurrexit. [Plutarch. in Agesil.] Ita duobus ab Ægyptiis creatis regibus, Agesilaus illius qui Græcorum magis studiosus esse videbatur militiam est secutus. [Xenoph. in Agesil.] Is erat Nechtanebus: cum quo in castellum quoddam inclusus Agesilaus, ab hostibus circumvallabatur. Ægyptio circumvallationem non ferenti, & pugnae aleam experiri volenti, non obtemperavit Agesilaus: sed in castello mansit, donec totum exercitu & muro circumdatum esset; excepto admodum exiguo spatio, per quod ostium & transitus muri fuit. Tum vero per ostium erupit: non paucos hostes in angustia cadens; & circumdatum murum quasi munimentum habens, ut circumdari ab hostibus non posset. [Plutarch. in Agesil. Polyæn. Stratagem. lib. 2. cum Diodoro, ann. 3. Olymp. 104. ubi tamen pro rege Mendese Tachon ille non recte substituit.]

4353 b. Regem illum alterum, nationem Græcorum odio prosequentem, Agesilaus victum prælio cepit; alterum in regno constituit, & Lacedæmoni amicum fecit. [Xenoph. in Agesil.] Chabriam quidem Nechtanebo regnum constituisse, scribit Æmilius Probus: quia conjuncta Atheniensis Chabria & Lacedæmonij Agesilai opera id factum est. Hinc autem ad Nechtanebum regno exutum 12. anni in Diodoro numerantur: quot etiam regno illius tribuendi sunt; non 18. ut in Africano & Eusebio.

Contendit ab Agesilao amice Nechtanebus, ut secum hibernaret. Verum festinavit ille ad bellum domesticum, certus rempublicam suam ærarii inopia laborare, & externum militem alere. Itaque honorifice & munifice illum prosecutus, præter alios honores & munera, ad bellum domesticum 250. (vel, ut Æmilius Probus habet, 220.) talenta ei donavit. [Plutarch. in Agesil.]

Pecuniis acceptis, Agesilaus, domum versus navigavit; quanquam media hyeme; idcirco festinans, ne sequenti æstate civitas adversus hostes otiosa foret. [Xenophon, in Agesil.] Tempestate vero in locum desertum delatus, quem Menelai portum nuncupant, jacentem inter Cyrenas & Ægyptum; in morbum implicitus, è vita decessit. Ibi eum amici quod mel non haberent, cera circumfuderunt: atque ita Lacedæmonem deportaverunt. [Plutarch. & Æmil.]

Anno  
Mondi.

*Prob. in Agesilao.* [Corpus ejus melle conditum Spartam relatum, & regio ibi culta ac honore sepulcrum, affirmat Diodorus. [ann. 3. Olymp. 104.]  
 c. Ochus legitimus Artaxerxis filius, fratrem Arsamem ex concubina susceptum, quod magna apud patrem gratia valeret, submisso percussore Harpate Tiribazi filio, è medio tollendum curavit. Artaxerxes, allato ei de dilecti filii interitu nuncio, ne paulisper quidem duravit; verum illico luctu & mœtore extinctus est. [Plutarch. in Artaxerxe.]  
 Ochus, eùm sciret patrem superstitem adhuc formidabilem subditis extitisse, se vero post ejus obitum pro nihilo habitum iri; cum eunuchis, cubiculariis & Chiliarcho pactum iniens, mortem illius ad decem menses celavit. Interea temporis regium sigillum circummittens, nomine parentis edixit, ut Ochum regem promulgarent. [Polyan. Stratagem. lib. 7.]  
 36 44 Clearcho Heraclææ Ponti tyranno natus est filius Dionysius; qui 55. annos vivendo exegit: teste Athenæo, lib. 12. & Memnone in Excerptis Photii, cap. 5.  
 Ochus, cum omnes eum regem salutarent obedientiamque ei præstarent, patris mortem confessus, regium luctum secundum leges Persarum imperavit. [Polyan. lib. 7.] & paterno nomine Artaxerxes cognominatus est. [Diodor. Sic. Valer. Maxim.] Deinde regiam cognatorum cæde & strage principum replevit; nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotus. [Justin. lib. 10. cap. 3.] In quibus, Oham sororem, atque eandem socrum, vivam capite defodit; & patruum cum centum amplius filiis ac nepotibus vacua area destitutum, jaculis confixit. [Valer. Maxim. lib. 9. cap. 2.] qui pater fuisse videtur Sisigambis (Darii regis ultimi Persarum matris;) cujus 80 fratres eodem die Ochum trucidavisse, adjecto etiam stragi tot filiorum patre, confirmat Q. Curtius. [lib. 10. cap. 8.]  
 36 46 Chius, Rhodiis, Byzantiis & Cois deficientibus ab atheniensibus, bellum Sociale exortum est. Chio ab atheniensibus obsessæ, præter socios, etiam Mausolus Carie dynastes auxilia misit. [Demosthen. in Orat. de pace, & de Rhodiolorum libertate. Diod. ann. 3. Olymp. 105.]  
 36 48 Olympiadis CVI. anno 1. (ut in Eusebii Chronico, qui Asia debellata Magni cognomentum postea obtinuit, Pellæ in Macedonia natus est. Cum enim annos 32. & menses 8. ille vixerit, ut ex Aristobulo retulit Arrianus; & ad finem tendente anno 1. Olympiadis CXIV, Thargelione videlicet penultimo Attici anni mense vita decesserit, uti suo loco videbimus: eo quo dictum est anno, & quidem mense anni Attici tertio Boëdromione, in lucem eum prodisse constat. Ut & illi (apud Alianum, lib. 2. Var. histor. cap. 25.) magnopere erraverint, qui eodem sexto Thargelionis die & in vitam eum introisse, & è vita egressum esse, tradiderunt; & Plutarchus quoque, qui in Vita Alexandri *ἐκ τῆς ἡμετέρας ἡμετέρας ἡμετέρας ἡμετέρας ἡμετέρας* incipiens mensis Hecatombæonis quem Macedones *Λοῦμ* appellant sexta, die natum eum fuisse asserit. Et *Λοῦ* quidem mensis die sexta natum fuisse, ut illi dicerent qui tum viventes primi litteris hoc mandarunt, rationi erat consentaneum: quum eo tempore *Λοῦμ* Macedonicæ Metonico Boëdromioni reipsa responderet; quemadmodum ex ipsius Philippi patris Alexandri epistola ad Peloponnesios, in Dissertationibus de anno Macedonum & Asianorum capitulo primo declaravimus. Quod posteriorum temporum scriptores ignorantes, & Calippicum Syromacedonum *Λοῦμ* cum Attico Hecatombæone congruere cernentes; sexto Hecatombæonis die natum fuisse Alexandrum crediderunt.  
 Atque ex hac origine Plutarchi ille error ortus fuisse videtur: quem & novo, in hac quam subjicit narratione, errato auxit. Philippo, quum jam cepisset Potidæam, tres eodem tempore advenerunt nuntii. Unus quidem à Parmenione magna clade affectos fuisse Illyrios, Alter, equo caelo in certamine Olympico se vicisse. De Alexandri vero nativitate tertius. Atqui non anno hoc, sed ante biennium, Potidææ expugnationem contigisse, ex Demosthene in oratione contra Leptinem & Diodoro Siculo ad annum 3. Olympiadis 105, didicimus. Et ut in ipsam Olympiadem CVI, ea incidisset, & sexto Hecatombæonis die lucem Alexander aspexit; mirum profecto esset, illud non multo prius patrem rescivisse, quam de Olympica victoria nuntius ad eum pervenisset. In plenilunio enim agonem Olympicum actum fuisse, & Lunæ (sive mensis) die decimosexto judicium esse factum, vetus Pindari (in Od. 5. Olymp.) nos docuit Scholiastes. Simplicius ex Trogo retulit Justinus, lib. 12. cap. 16. eadem qua Alexander natus est die, nuntium patrem ejus duarum victoriarum accepisse: alterius, belli Illyrici; alterius, certaminis Olympici, in quod quadrigarum currus miserat. Ex quibus non plane inter se consentientibus narrationibus, licet Alexandri nativitatem in ætatem incidisse illius anni quo apud Eleos Olympias est acta, recte colligi posse non abnuam: Aristobuli tamen, cui tantopere notus ipse Alexander fuit, de mense ejus natalitio tanti apud me ponderis est testimonium; ut Philippum, prius quam nasceretur ipsi filius, de Olympica sua victoria certiorum fuisse redditum, ne dubitandum quidem esse censeam.  
 Eodem die quo natus est Alexander, Ephesi Dianæ templum conflagravit. Unde ortus est ille sive Timæi (ut Cicero) sive Hegesie Magnesi (ut Plutarchus vult) jocus, sanè frigidus: quod Diana, quum ea nocte in partu Olympiadis occupata, domo abesset, Templo suo succurrere non potuerit. [Cicero, lib. 2. de natura Deor. & lib. 1. de Divinat. Plutarch. in Vita Alexandri.] Qui Templum incendit, eculo impositus, id se fecisse falsus est ut opere pulcherrimo consumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem diffunderetur. Unde à communi Concilio Asia decretum est, ne quis nomen ejus ullo tempore nominaret. [Valer. Maxim. 18. c. 14.]

4354 360

4356 358

4358 356

A. Gell.

*A. Gell. lib. 2. cap. 6.*] Quod Theopompus tamen historiis suis inferuit: five *Hersfratus* illud fuerit, ut apud Strabonem legimus libro 14. & Solinum, cap. 40. five *Lygdamis*: ut apud Hefychium. (in *Δοξογρ.*)

Magi, quorquot eo tempore agebant Ephesi, Templi inflammationem existimantes alterius esse prodigium cladis, discurrerunt, & facies cæciderunt: clamaveruntque, grandem pestem & perniciem Asiæ illo die editam. [*Plutarch. in Alexandro.*]

3648 Artabazus, ab Ocho deficiens, suis & Chareis Atheniensis copiis conjunctis, Regis Sattapas, 70. armatorum millibus instructos, in pugna superat: tantaque pecuniæ summa Charetem remunerat, ut in totum suum exercitum stipendia inde erogare posset. Ea de re Rex cum Atheniensibus expostulat: qui, timore disseminato eum cum trecentis navibus subsidio venturam illorum hostibus, contra quos Sociale bellum Charete duce tum gerebant; pace composita, bellum illud finierunt. [*Diodor. Olymp. 106. ann. 1. & 4.*]

3650 Leuco, Bosphori Cimmerici rex, moritur. Ei Spartacus filius succedens, regnum quinque annos tenuit. [*Diodor. ann. 3. Olymp. 106.*]

3651 Artabazus, à Charete & Atheniensibus desertus, ad Thebanos confugit: qui Pammenem, cum quinque armatorum millibus, ei tradiderunt. Pammenes in Asiam trajiciens, junctis cum Artabazo copiis, duobus magnis præliis regios Sattapas superavit. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 106.*]

Clearchus Heracleæ in Ponto tyrannus, cum in Dionysii five Bacchanalibus ludos spectatum iret, duodecimo principatus sui anno trucidatus est. [*Id. ibid.*] Cædis author præcipuus Chion Heracleotes fuit, Matridis filius, Platonis discipulus, & necessitudine sanguinis tyranno devinctus. Huic se adjunxerunt Leonides & Antitheus (& ipsi philosophi) & Euxenon, cum cognatis circiter quinquaginta; quos in insidiis locarunt. Opportunam igitur occasionem se adeptos rati, quum commune populi sacrum tyrannus ageret; manu Chionis ense trans illa ipsius adegerunt. Qui inter multos & sævissimos cruciatus magis magisque ingravescentes, & pavores à spectris incussos (erant autem simulacra eorum quos crudeliter in modum necaverat) altero die post vitam cum morte commutavit. Conjurati vero prope omnes, partim à satellitibus in ipso aggressionis articulo (ubi tamen strenuos se vitos gerebant) concisi; partim aliquanto post capti, & atrocibus suppliciis (quæ fortiter tolerarunt) adfecti, occubuerunt. [*Memnon, in Excerpt. cap. 2. Justin. lib. 16. cap. ult. Suid. in Κλεισθε.*] Vide ipsi Chioni adscriptas epistolas ad Matridem.

Satyrius, Clearchi frater, in tyrannide ei successit. [*Justin. ibid.*] eamque per septem annos obtinuit. Ille non de insidiatoribus fratris tantum vindictam sumpsit; sed & in liberos eorum, qui rei perpetratæ conscii non erant, sævit. Timothei vero & Dionysii filiorum fratris curator relictus, adeo eorum rationem habuit; ut licet conjugali uxoris, quam unice amabat, consuetudine uteretur, liberos tamen ex ea procreare noller: ne quem omnino insidiatorem fratris filiis relinqueret. [*Memnon, Excerpt. cap. 3.*]

Olympiadis CVI. anno 4. (non C. anno 2. ut apud Plinium, libro 36. cap. 5. & 6. perpetram legitur) Mausolus Carix regulus obiit. Cui Artemisia soror & conjux ad biennium successit. [*Diodor.*] marito sine prole decedente. [*Strabo, lib. 14.*] Ea vero luctu atque desiderio mariti flagrans, ossa cineremque ejus, mixta odoribus contusaque in faciem pulveris, aquæ indidit ebibitque: ipsa vivum ac spirans viri sepulchrum fieri cupiens. [*A. Gellius, lib. 10. cap. 18. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6.*]

3652 Olympiade CVII. (non CIII. ut apud Suidam habetur in *Θυσιασμο*) Artemisia agonem, præmiis amplissimis propositis, Mausoli laudibus dicendis fecit. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabilis; Theopompus Chius omnium Isocratis discipulorum (ut eum in epistola ad Pompeium Dionysius Halicarnassæus celebrat) clarissimus, Theodectes Phaselites à Lycia poëta Tragicus, Isocratis item auditor, & Naucrates Erythræus Naucraticus. (quorum omnium in Bibliotheca meminit Photius, num. 176. & 260.) Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memorie mandaverint: inter quos & Plutarchus est, in ejus Vita. Verum non Atheniensis Isocrates ille fuit, sed ejusdem nominis alter, ipsius discipulus, & successor; ut ex Callistrato oratore docet Suidas. In eo certamine, Theopompum quidam; alii Theodectem, edita tragediæ quæ *Mausolus* inscribitur, vicisse memorant. [*A. Gell. lib. 10. cap. 18. Suidas in Θυσιασμο & Ισοκράτη.*] licet Theopompo ex animi sententia rem hic non successisse, vel illud arguat; quod qui hic ad laudes Mausoli dicendas conductus erat, spe sua (ut videtur) fraudatus; in Historia postea scripta à nullo illum facinore, pecuniæ causa, sibi temperasse scripserit. [*Suid. in Μαισολο.*]

De Theopompo vero hoc (aliquoties à nobis antehac citato) Historico & Theodecte Tragico, non prætermittenda hic est Demetrii Phalerei apud Aristeam (indeque apud Josephum, l. 12. Antiquit. cap. 2. atque Eusebium, lib. 8. Præparat. Evangelic. cap. 3. & 5.) in LXX. Interpretum historia, narratio. *Theopompum* quidem, quod ex libris Mosaicis vellet quadam historix suæ inserere; mentis perturbatione dies amplius triginta laborasse, & in morbi intermissione cum exorasset Deum votis, ut indicaret sibi qua de causa hoc accidisset: in somno ei fuisse indicatum, eo evenisse illud, quia divina studio suo voluisset diffundere in vulgus: atque ita mutato consilio, pristinx sanitati restitutum fuisse. *Theodectem* vero, cum è sacris illis libris in tragediam quandam suam aliquid transferre statuisset, in oculorum glaucoma incidisse;

donec

Anno  
Mundi.

3653

4363

351

donec perpendisset, propter hoc suum factum evenisse illud, & per multos dies Deum sibi reconciliasset.

Artemisia, molita ingenti impensu operis, conservandæ mariti memoriæ, sepulchrum illud Halicarnassi memoratissimum, dignumque numerari inter septem omnium terrarum spectacula; luctu demum confecta contabuit. [Cicero, Tuscul. quest. lib. 3. Strabo, lib. 14. A. Gell. lib. 10. cap. 18.] Opus id ut esset inter septem miracula, summi ætatis illius artifices maxime fecere: Scopas qui ab Oriente, Bryaxis qui à Septentrione, Timotheus qui à Meridie, & Leochares qui ob occasu calavit. Et licet prius quam opus peregerint Artemisia obierit: non recesserunt tamen, nisi eo jam absoluto; id gloria ipsorum artisque monumentum judicantes. [Plin. lib. 36. cap. 5. cum Vitruvio, in lib. 7. Proæmio.] Unde & ab eo, Romani magnificentissima quæque apud se monumenta Mausolea appellantur. [Pausan. in Arcadicis.]

Post Artemisiam, frater ejus Idrieus vel Hidrieus principatum Carie per annos septem tenuit. [Diodor. ann. 2. Olymp. 107.] Qui secundus Hecatomni filius existens, secundam illius filiam Adam, sororem suam juxta Carum legem uxorem sibi conjunxit. [Strabo. lib. 24. Arrian. de reb. Alexandri, lib. 1.]

Thebani bello Phocico ad summam rei nummarie inopiam redacti, missi ad Artaxerxem Ochum legatis 300 argenti talenta ab eo obtinuerunt. [Diodor. ann. 2. Olymp. 177.]

Phœnices, Sidonii præsertim, ab Ochi præfectis contumeliose tractati, defecerunt: & legatis ad Nectanebum Ægyptiorum regem missis, societatem belli adversus Persas cum eo iniierunt. Magno deinde tritremium & mercenariorum militum numero, atque aliis ad belli usum necessariis comparatis; Regium Persarum hortum excisis arboribus devastarunt; fœnum ad regionum equorum usum collectum incenderunt, & Persas à quibus malè habiti fuerant ad supplicia rapuerunt. Eos Syriæ satrapa & Mazæus Ciliciæ præfectus conjunctis viribus oppugnabant. Tennes vero Sidonis rex, quum quatuor millia stipendiariorum Græcorum, quibus Mentor Rhodius præerat, ab Ægyptiis in subsidium accepisset, horum & civium suorum conjunctis copiis, Satrapas illos profligavit, hostesque Phœnicia expulit. [Id. ibid.]

Novem civitatum Cypri reguli, Persarum Regi subiecti, facta inter se conspiratione, Phœnicum exemplo deseruerunt; & necessariis ad bellum preparatis, merum regnis suis imperium arrogabant. Adversus hos, Artaxerxis Ochi jussu, Idrieus nuper Carum principatum adeptus (ex instituto majorum amicus Persarum bellicque socius) 40 tritremes, cum octo mercenariorum millibus, ductu Phocionis Atheniensis & Evagoræ, qui superioribus annis in illa insula regnum obtinuerat, in Cyprum misit. Hi amplissimam inter ceteras urbes Salaminem terra marique oppugnaverunt: ad quos plurimi ex opposita Syriæ, & Ciliciæ continente, spe prædæ, ultro confluerunt; ita ut ad duplum jam Phocionis & Evagoræ exeresceret exercitus. [Ibid.]

Artaxerxes Ochus, 30000 peditum & 30000 equitum coacto exercitu, cum 300 tritremibus & 500 onerariis res venales importantibus promotis à Babylone castris, Phœniciam petiit. Mentor vero, quem Sidonii conductitiorum ex Ægypto militum ducem acceperant, adventu regio territus, Thessalonem quandam ad Regem mittit: promittitque se illi proditorem Sidonios, insuperque bello Ægyptio utilissimam operam navaturum. Thessalio fide à Rege accepta, & deextræ datione confirmata, rediens Regis promissa clam Sidoniis Mentori renunciavit. [Ibid.]

Interea Ochus, missis ad Græcos legatis auxiliares ad bellum Ægyptiacum copias ab eis deposcit. Athenienses igitur & Lacedæmonii, amicitiam se quidem cum Persis tueri velle, sed auxilia jam mitti integrum non esse, responderunt. Thebani vero Lacratem designatum ad hanc militiam ducem, cum mille gravis armaturæ militibus, suppetias Regi ferre jusserunt. Tria etiam millia suppetiarum Argivi: quibus tamen ipsi ducem, non præfecerunt; propterea quod Regi Nicostратum tum [qui heroico quodam furore adflatus, Hercules exemplo, & leoniam in pugnis & clavam solebat gestare] pro duce nominatim expetenti refragandum non esse censuerunt. Græci quoque maritimas Asiæ urbes incolentes, 6000 milites miserunt: ut totus auxiliarium Græcorum numerus esset 10000. Sed jam ante horum adventum Rex Syriam emensus in Phœniciam devenerat, & castra non procul Sidone locarat. [Ibid.]

Tennes Sidoniorum rex, cum Mentore proditionis societate inita cum ad custodiam partis cujusdam in urbe obeundam, & negotium proditionis promovendum, reliquit: ipse vero cum 500 militibus ex urbe egrediens, ad publicum Phœnicum conventum se pergere simulavit. Habebat autem in comitatu 100 primariæ nobilitatis cives, quasi consiliarios: quos, tanquam defectionis auctores, Artaxerxi jaculis confingendos tradidit. Quingentos deinde Sidoniorum primores, habitu supplicum cum oleæ ramis ad se venientes, Artaxerxes similiter jaculis trajecit: quum ex Tenne intellexisset, sine certis conditionibus urbem illi esse tradendam. Postea Tennes, persuasis mercenariis Ægyptiis ut se cum Rege intra mœnia reciperent, urbem Artaxerxi prodidit. Qui videns Tennis operam sibi ultra minimè necessariam, eum interfici jussit. [Ibid.]

Sidonii, qui ante Regis adventum naves suas universas incenderant, ne quis privatim sibi fuga consuleret, quum mœnibus occupatis urbem captam viderent; se cum liberis & uxoribus intra ædes conclusos admotis flammis combusserunt. Numerum hoc incendio consumptorum (domesticis simul ministris connumeratis) 40 millia excessisse ferunt. Urbis combustæ cineres,

auro argentoque liquefacto commixtos, multis talentis Rex vendebat. Aliæ vero urbes terrore percussæ, Persis deditioem statim fecerunt. [*Ibid.*]

Inde progressus Ochus, Jerichuntem bello subegit; ut ex Solino (*cap. 35.*) & ad expeditionem Ægyptiacam multos secum Judæos adduxit, ut ex Aristeæ colligitur, in libello de LXX. Interpretibus ubi & in epistola Ptolemæi Philadelphi ad Eleazarum, Hierosolymis multi ex Judæis in Ægyptum à Persis abducti fuisse dicuntur, cum illi rerum potirentur. Quod ad Artaxerxis Ochi tempora referendum videtur: sicut & illud Justini, (*lib. 36. cap. 3.*) si quid in utrovis veri fuerit; *primum Xerxem regem Persarum Judæos domuisse.*

3654

Salamine ab Evagora & Phocione circumfessa, urbes Cypri cæteræ omnes se Persis submiserunt: solo Protogora Salaminis rege obsidionem tolerante. Interim Evagoras paternum sibi regnum asserbat, & regis Persarum auxilio restitutionem sui in pristinum moliebatur. Sed criminose postea delatus apud Artaxerxem, cum rex Protogoram adjuvaret; abjecta spe restitutionis, de objectis se criminibus purgavit, aliamque ista majorem in Asia provinciam fortitius est. Protogoras vero, ultro Persarum se imperio subjiciens, regnum Salaminis deinceps quiete retinuit. [*Diodor. ann. 3. Olymp. 107.*] Videtur autem Evagoras iste alterius Evagoræ, ante annos 24. mortui, ex filio Nicocle fuisse nepos. Seniore enim Evagoram filios habuisse Nicoclem, qui illi in regno Salaminio successerit, & Protogoram, docet Isocrates. Nicocli vero succedens junior Evagoras, paterno regno à patruo Protogora exutus fuisse videtur. Majore vero in Asia principatu ab Ocho donatus, cum provinciam illam male administrasset, in Cyprium denuo profugit; ibique comprehensus, supplicio affectus est: ut Diodorus indicat.

3464

Ochum Ægyptum hoc Olympiadis CVII. anno 3. obtinuisse, Nechtanebo in Æthiopiam pulso, atque in eo Ægyptiorum regnum destructum fuisse, & Manethonem rerum Ægyptiacarum commentarios terminavisse; notat Eusebius in Chronico. Expugnata Ægyptii historiam ad eundem annum fuisse Diodorus Siculus enarrat: cujus summa hæc est.

Ochus, cum post excidium Sidonis auxiliares copias ex Argis & Thebis Græcisque Asiæ urbibus ad ipsum venissent, conjunctis in unum exercitiis, ad Sirbonidem paludem pervenit: ubi ad voragines illas, quæ Barathra nominantur, per imperitiam locorum exercitus partem amisit. Inde Pelusium, ad primum Nili ostium, venit: quod quinque mille presidarii tutabantur, in quos Philophron imperium habebat. Hic Græci prope urbem, Persæ 40 stadiorum inde intervallo castrametati sunt. Copias Græcorum in tria agmina ita Ochus divisit, ut unumquodque duos haberet duces, Græcum unum, Persam alterum. Primum ordinem tenebant Bæoti: quorum duces fuerunt Lacrates Thebanus, & Rosaces Persa Ioniæ Lydiæque satrapes. Secundum Argivi: quorum duces Nicostratus & Aristazanes Persæ. Tertium Mentor, qui Sidonem prodiderat, & Bagoas eunuchus Persæ. Singulis autem agminibus multæ peditum equitumque barbarorum & trirremium copias sunt adjunctæ. Ex altera parte Nechtanebus, ex Græcia mercenariorum militum viginti milia, ex Libya totidem, & Ægyptiorum qui Belatores nominantur sexaginta milia sub vexillis habebat: cum navium fluviatilium, ad confectus in Nilo accommodatarum, incredibili prope numero. Postquam igitur oppida presidii non invalidis firmasset; ipse cum triginta millibus Ægyptiorum, & quinquæ millibus Græcorum, Libyæque dimidio, aditus irruptionibus maxime opportunos insedit.

Ad hunc modum rebus utroque instructis, Nicostratus Argivorum ductor duces nactus Ægyptios, quorum liberi & uxores à Persis obsides tenebantur, cum classe per fossam quandam in locum à conspectu remotiorem transmisit. Vicini Ægyptiarum munitionum presidarii, adventu hostium cognito, milites numero 7000 non minores, Clinio ex insula Co ductore, ad eos propulsandum emittunt. Prælio inito, Græci Persarum socii eorum plus quam quinque milia, una cum duce Clinio, trucidant. Qua suorum cæde Nechtanebus audita, ad regiam urbem Memphim tuendam, cum manu quam circum se habebat, regreditur. Interea primi agminis ductor Lacrates Thebanus ad obsidionem Pelusii festinat; alveoque fossæ aliorum derivato, eductoque per siccum aggere, machinamenta urbi admovet. Græci, qui per dies aliquot obsidentibus fortiter resisterunt, de regis discessu fama ad ipsos allata, de compositione legatos mittunt. Quibus cum Lacrates sub juramenti religione fidem dedisset, fore, ut Pelusii deditioe facta, cum rebus quas tum efferrent in Græciam reveherentur; propugnaculum tradiderunt.

Mentor tertii agminis ductor, cum urbes omnes duarum gentium, Græcorum videlicet & Ægyptiorum, presidii defendi considerasset; rumorem per castra spargi curavit, constituisse Artaxerxem quam humanissime accipere eos qui se sponte dedidissent, his autem quos vi expugnasset parem cum Sidoniis exitum expectandum esse. Atque hinc inter Græcos & Ægyptios ortum est certamen, utri alios in deditioe facienda anteverterent. Hac fraude Bubastus primum, deinde & cæteræ urbes certis conditionibus in Persarum fidem se dederunt.

Interim Memphi subsistens Nechtanebus, ubi hostium expeditos progressus vidit, spe regni abjecta, congregatis quas licuit opibus fugit in Æthiopiam. [*Diodor. ann. 3. Olymp. 107.*] Alii eum, rafa coma & mutato habitu, per Pelusium ad Philippum Macedonum regem Pellam transfugisse ferunt. [*Vide Excerpta Barbaro latina à Scaligero edita, pag. 58. Chronicon. Alexandrinum (sive Fastos Siculos) à Raderio edit. pag. 396. Cedrenum, edit. Basl. pag. 124. & Glycam, pag. 195. ex Pseudo Callisthenis de Alexandro fabulosa historia.*]

Artaxerxes Ochus, tota Ægypto occupata, urbium maxime nobilium mœnia destruxit; fanisque expoliatis, incertam vim auri argenticque coacervavit. Commentarios etiam ex tem-

plis

Anno  
Mundi.

plis antiquis tecum asportavit: quos tamen Bagoas aliquanto post grandi pecuniae summa redemptos Sacerdotibus restituit. [ *Diodor. ut supra* ] Sacra quoque eorum, & Apim in Deum receptum, Ochus irrissile traditur. [ *Sever. Sulpic. histor. sacr. lib. 2.* ] Cumque eum Aegyptii, ob inertem ejus animum, Asinum appellassent: ille Apim, vi abstractum, immolavit alino. [ *Alian. Var. histor. lib. 4. cap. 8.* ] Neque id solum, sed & a coquis carnes ejus dissecari, & ad cenam preparari voluit. [ *Suidas, in Alex.* ]

Gracos deinde Ochus, quorum opera militiam confecerat, pro merito cujusque muneribus amplissimis honoratos in patriam dimisit: & Pherendate Aegypti Satrapa constituit, ipse gloria clavis spoliisque onustus, Babylonem cum exercitu rediit. [ *Diodor. ann. 3 Olymp. 107.* ] Eo vero partem quandam Judaeorum captivam secum abduxit; pluribus in Hyrcaniam ad mare Caspium deportatis. Sic enim, ex Julio Africano, Georgius Syncellus retulit. *Οχρος Αγαμέμνωνος, ος Αιγυπτίους σπυρίους, μετεκλήθη Αχμεμανοίαν υδης Ιερουσαλ. ος τον π. ο. Τραυλια κτηνους απο το ε. κατιστα Σαυδαο, τον 5 ε, ον Βαβυλων, ος 2, οχρος νου σιου δαυιδ ος απο το 7 Ιερουσαλ εσποισ. Ochus Artaxerxis, filius, in Aegyptum expeditione suscepta, partem Judaeorum captivam duxit, quorum alios quidem in Hyrcania collocavit ad mare Caspium, alios vero in Babylone ipsa: qui & hucusque ibi sunt, ut Graecorum multi narant.*

Et multarum quidem myriadam à Persis in Babyloniam traductarum, in libro de Judaeis, Hecataeus Abderita meminit, à Josepho citatus in priore contra Apionem libro: de migratione vero in Hyrcaniam, ita in libri 31. cap. 7. scripsit Paulus Orosius. *Ochus, qui & Artaxerxes, post transactum in Aegypto maximum diuturnumque bellum, plurimos Judaeorum in transmigrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare praecepit: quos ibi usque in hodiernum diem, amplissimis generis sui incrementis consistere, atque exinde quandoque erupturos, opinio est. quae tamen opinio ex apocryphi Esdrae libro IV. cap. XIII. 40, 46. de decem tribubus à Salmanasare deportatis & Judaeorum de Hebraeis clavis & fluvio Sabbatione fabulis originem traxisse videtur. Nam quod Petrus Trecensis (in Histor. Scholastic. Esther cap. 5. indeque apud Vincent. Bellovacens. Specul. Historial. lib. 30. cap. 89.) istos 10 tribuum captivos intra montes Caspios arctiori postea custodia ab Alexandro conclusos narrat; Josephi (quem ille authorem hic laudat) historiae nullo modo, sed Pseudo-Gorionidis & Pseudo-Methodii ipsiusque Alkorani Muhammedici de Alexandro figmentis multo magis reperitur consentaneum.*

3655 Ochus Mentorem Rhodium, centum argenti talentis & magni pretii supellectile donatum, Asiae ora praefecit, bellique contra defectores administrationem ei cum summa potestate commisit. Qua gratia ille usus, Artabazum & Memnonem qui Persis bellum non ita pridem intulerant ( *vid. supr. ann. Mundi. 3648. & 3651.* ) jamque ex Asia profugi apud Philippum in Macedonia commorabantur, Regi reconciliavit; & statim utrumque cum omni familia ad se accersit. Erant enim Artabazo ex Mentoris & Memnonis sorore undecim filii & decem filiae: qua liberorum multitudine delectatus Mentor, filios adolescentes ad nobilissimas militiae praefecturas paulatim evexit. [ *Diodor. ann. 4. Olymp. 107.* ]

4365 349

Mentor Hermiam Atarnensium tyrannum Artaxerxi rebellem, cujus in potestate munitiones urbesque complures erant, promissione veniae à Rege impetranda ad colloquium pellexit: sed fraude circumventum in vincula conjecit, & annulo potitus, literas ad urbes passim dedit, ipsius nomine significans, ut iis qui literas attulissent arcus & oppida traderentur. Quod & factum est. [ *Id. ibid. Polyen. Stratagem. lib. 6.* ] Nec minus alios etiam duces à Persis alienatos, partim vi subactos, partim imperatoria arte circumventos omnes brevi Mentor debellavit: conductos aere milites è Graecia identidem Regi mittens, & res summa fide ac strenuitate administrans. [ *Diad. ann. 3. & 4. Olymp. 107. Demosthen. Orat. in Aristocratem.* ]

Mortuo Spartaco in Bosphori Cimmerici regno frater Patysfades succedens, per annos 38 illud obtinuit. [ *Diodor. ad ann. 4. Olymp. 107.* ]

3656 Olympiadis CVIII. anno 1. Theophilo Athenis archonte, Plato philosophus, Veteris Academiae Princeps, mortem obiit: ut Hermippus (apud Laërtium) Dionysius Halicarnassensis (in epistola ad Ammaeum, de Demosthene) & Athenaeus (lib. 5. cap. 13.) sentiunt. De quo nota est illa Numenii Pythagorici censura, ab Hesychio Mileto (in *Numenio*) commemorata: quod ex *Mosaicis* libris, quae de Deo & Mundo tradidit, subripuerit. Unde illud dictum ipseus celebre (non ab Hesychio solum & eum secuto Suida, sed ante illos etiam à Clemente Alexandrino in primo Stromate laudatum: ) *Τι γαρ εστ Πλάτων, η Μωσεις ανηλικος; Quid enim aliud est Plato, quam Moses Attica lingua loquens?* Ex Mosaicis quoque libris pleraque in suos eum derivasse, asserit (in libro, ad annum Mundi 3479. superius allegato) Aristobulus Judaeus: ut Justinus martyris, Clementis Alexandrini, Ambrosii, Theodoretii, Johannis Philoponi in Hexaëmeron scribentis, & aliorum Christianorum testimonia huc advocare non sit necesse.

4366 348

Mortuo Platone, discipulus ejus Aristoteles, Peripateticæ philosophiae conditor, ad Hermiam, eunuchum Atarni tyrannum (de quo in anno praecedente dictum) profectus est: cum quo per triennium est commoratus; ut ex Apollodori Chronicis Laërtius, & in jam citata ad Ammaeum epistola docet Dionysius. Assi, quae Hermiae ditioni suberat (& cujus in *Act. XX. 13.* facta habetur mentio) propter affinitatem cum eo initam commoratum eum fuisse, in libro 13. Strabo indicat. Pythadem enim Hermiae adoptivam filiam (sive soror ipsius, sive fratris filia

ea fuerit) uxorem duxit Aristoteles: licet post mortem Hermiæ, ob benevolentiam quam erga eum habuit Aristotelem eam matrimonio sibi sociavisse, ex ipsius ad Antipatrum epistolis, in libro 7. de Philosophia, confirmet Aristoteles Peripateticus. [ *apud Euseb. de Præparat. Evangelic. lib. 15.* ] Dum in Asia vero maneret, cum Judæo quodam, miræ prudentiæ & temperantiæ homine, qui de locis superioribus ad maritima descenderat, versatum fuisse Aristotelem, eumque cum multis sapientiæ studiosis ibi congregatis Græce differenter audivisse; in primo libro de Somno, primarius ipsius discipulus Clearchus Solensis ( à Josepho, libro 1. contra Apionem, citatus ) retulit. Ut huic acceptum fortasse fuerit referendum, quod Peripatetica philosophia legi Mosaicæ & Prophetarum scriptis tam multum debeat: ut ex jam dicto Aristobulo, ejusdem Peripateticæ disciplinæ alumno, in libro 5. Stramatium, confirmat Alexandrinus noster Clemens.

3658 Satyrus, Heracleæ in Ponto tyrannus, Timotheo fratris Clearchi seniore filio summa rerum tradita, non multo tempore post difficillimo corripitur morbo & immedicabili. Cancer enim inter inguen & ferotum enatus, ad interiora pascendo subinde acerbius prosperens, cum absumpsit; postquam 65 in vita, in tyrannide 7 annos complevisset. [ *Memnon, in Excerpt. cap. 3.* ] Timotheus vero fratrem suum Dionysium statim imperii consortem adscivit, & successorem sibi destinavit. [ *Ibid. cap. 4.* ]

3659 Memnon Rhodius Persarum dux, simulata amicitia Hermiam eunuchum Atarni tyrannum ad se vocavit, sub nomine hospitii & simulacrorum negotiorum: comprehensumque ad Regem misit; à quo suspensus periiit. Sed philosophi quos Hermias ad se acciverat, Aristoteles & Xenocrates ( Chalcedoniis à Bithynia ) evaserunt; fugientes è locis quæ Persæ obtinebant, [ *Strab. lib. 13.* ] Aristoteles vero, quum per triennium apud eum mansisset, Mitylenen secessit. Eubulo Athenis archonte, quarto hoc Olympiadis CVIII. anno: ut ex Apollodori Chronicis refert Laërtius, & in epistola ad Ammæum Dionysius Halicarnalæus. Extat vero apud Laërtium epigramma hoc in Delphicam Hermiæ statuam ab Aristotele scriptum.

Τὸνδ' αὖτ' ἄχ' εἶπες πρὸς αὐτὸν μακρὸν θῆναι ἀγλῶν

\* Ἐκπύει Περσῶν πηλοῦσιν βασιλεῖ.

Οὐδ' ἑσπέρως λήθησ' εὐκλείης ἐν ἀγλῶν κρατῆρας,

ἄν' ἀδ' εἶε πρὸς ἑταίρους δόλου.

*Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus*

*Mulstavit, violans jusque nefasque, virum.*

*Nam neque collato oppressit certamine, verum*

*Insidiosè hominis usus amicitia.*

Quod ideo adscribendum putavi; ne quis cædis Hermiæ conscium fuisse philosophum, ex illo Tertulliani concluderet, in cap. 46. Apologetici. *Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit.*

3660 Idrieus Caria dynasta (cujus opulentiam in oratione ad Philippum celebrat Isocrates) morbo extinctus est: cui succedens soror & conjux Ada, per annos 4 principatum obtinuit. [ *Strabo, lib. 14. Diodor. ann. 1. Olymp. 109.* ] cum usitatum esset in Asia, jam inde à Semiramide, ut & virorum uxores regnarent. [ *Arrian. in Exped. Alexandri, lib. 1. pag. 24.* ]

3664 Pexodarus, filiorum Hecatomi atate minimus, sorore Ada è principatu Caria ejecta, per annos quinque cum obtinuit. [ *Diodor. ann. 4. Olymp. 109.* ] Ada unica, sed munitissima urbe, Alinda nomine relicta. Pexodarus autem Orontobatem Persicum Satrapam accersit ad societatem regni: eique filiam suam Adam ex Aphneide muliere Cappadoeica susceptam matrimonio copulavit. [ *Arrian. lib. 1. Strabo, lib. 14.* ]

Philippus Macedonum rex Perinthum, Thraciæ urbem ad Propontidem, cum 30 armatorum millibus & telorum ac machinarum infinita copia tanto studio obsedit, nullam ut obsessis requiem præberet. Unde rex Persarum, nimia illius incrementa suspecta jam habens, regionum maritimarum Satrapis per literas mandavit, ut Perinthiis, quanto possent robore, subvenirent. Quod & sedulo ab illis factum est. [ *Diodor. ann. 4. Olymp. 109.* ] Unde & hanc unam ex præcipuis causis cur in Asiam contra Persas exercitum duxerit, in epistola ad Darium assignat Alexander. [ *apud Arrian. lib. 1. pag. 41.* ]

3666 c. Artaxerxem Ochum, quum 23 regnasset annis, ægrotantem Bagoas eunuchus militum tribunus veneno sustulit; medici ad hoc opera usus. [ *Diodor. ad ann. 3. Olymp. 104. & ad ann. 2. Olymp. 111. Sever. Sulpic. histor. sacr. lib. 2.* ] Cum enim natione esset ille Ægyptius, Ochum ob casum Apini tanto odio est persecutus, ut non solum contumeliam gentis ( ut loquitur Severus Sulpicius ) morte regis ultus fuerit: sed etiam ejus interempti cadaver in minutas partes concisum felibus projecit, & ejus loco aliud sepulchro regio condiderit; atque ex ejus femoribus gladiatorum manubria fecerit, ut ipsius animum ad cædes propensum repræsentaret. [ *Alian. Var. histor. lib. 6. cap. 8.* ] Cum autem in regno posse omnia, interfecto patre, filium ejus Arsen natu minimum regem constituit, simulque omnibus ejus fratribus necem intulit: ut desertus hoc modo Rex tanto plus obsequii illi præstaret. [ *Diodor. ad ann. 8. Olymp. 107. & 2. Olymp. 111.* ]

Timotheus, Heracleæ in Ponto tyrannus, annis, 15 post patris Clearchi obitum vita defungitur. [ *Diodor. ad ann. 3. Olymp. 110.* ] Hic ob præclare merita non ultra tyrannus, sed *Eusepius & Sæpius Benefactor & Servator* nuncupatus est. Ejus cadaver frater & successor Dionysius

Anno  
Mundi.

3667

368

34

34

344

34

358

fuis magnificis sumptibus rogo tradidit: ludos etiam equestres, & præter hos, gymnicos & thymelicos & scenicos, alios statim, alios postea, qui magnificentiores essent, peregit [ *Mennon in Excerptis cap. 4.* ]

Conventu publico apud Corinthum indicto, Philippus Macedo Græciæ totius cum summa potestate, in bello Persico gerendo, creatus Imperator magnificos in expeditionem illam apparatus facit; certoque militum auxiliatorum numero singulis urbibus indicto, in Macedoniam redit. [ *Diodor. ann. 4. Olymp. 110 Justin. lib. 9. cap. 5.* ]

Ariobarzanes quum in Ponto annos 26 regnavisset, diem suum obiit. Cui succedens Mithradates, 35 annos regnavit. [ *Id. ibid.* ]

Philippus initio veris, tres duces in Asiam Perfarum juris cum parte copiarum præmittit: Parmenionem, Amyntam & Attalum: ut Græcas in ea urbes in libertatem alserent. [ *Justinus lib. 9. cap. 5. Diodor. ann. 1. Olymp. 111.* ]

Bagoas eunuchus, cum certis deprehenderet argumentis, Arsen scelerum pœnas ab eo repetiturum; ipsum, cum liberis, tertio Imperii anno è vita sustulit, Regia vero domo sic ad solitudinem redacta, cum nemo ex ea gente superesset, qui successionem in regno sibi vindicaret, Darium, ex amicis quendam, Artanis (qui Artaxerxis Perfarum regis frater erat) filium, in regno collocat. Sic in libro 17 ( *ad annum 2. Olymp. 111* ) historiam refert Diodorus Siculus. Justinus vero ( *libro 10. cap. 3. Codomanum, ob memoriam pristinae virtutis, Regem à populo constitutum, & Darii nomine, nequid regia majestati deesset, honoratum fuisse narrat, Ne Darius quidem hereditarium Perfarum accepit imperium, sed in sedem Cyri beneficio Bagoas castrati hominis admittitur: inquit Alexander apud Curtium, lib. 6. cap. 4. Idemque in epistola ad Darium, apud Arrianum libro 2. ( pag. 41. ) eundem insinuat ut *ἡσολὼ ἀπακρίθη, ἐπεὶ ἦν Βαγόα, ὃς ἦν ἐπισημὸς καὶ παρὰ τὸν Δαρίον, εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀπὸ ἀδελφῶν τῶν βασιλέων. quod Arsen cum Bagoa interficiendum curasset, & imperium neque justè neque secundum Perfarum legem occupavisset, summa Persis injuria illata Ita & Strabo, libro 15. Ναρσῆς ἀπακρίθη Βαγόα, ὃς ἦν ἐπισημὸς καὶ παρὰ τὸν Δαρίον, εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Narsens occidens Bagoas eunuchus, Darium substituit qui ex Regum genere non fuerat. Plutarchus denique, in libro priorè de fortuna Alexandri, ita eum Fortunam alloquentem inducit. *Δαρίος τίς ἐστις ὃς ἐγὼ, ἢ τίς ἐστὶν ὃς ἐγὼ;* ( quæ vox hinc apud Alianum lib. 12. Var. histor. cap. 43. pro *Δαρίου* restituenda est ) *ἢ τίς ἐστὶν* ( quæ vox item apud ipsum Plutarchum in Vita Alexandri, pro *Δαρίου*, est reponenda, *Βαγόας, ὃς ἦν ἐπισημὸς παρὰ τὸν Δαρίον. Tuum erat opus Darius quem, ex servo & afsonda Regis, Dominum Perfarum fecisti, Aefychio autem *Ἀσπίδης, ἢ ἄσπιδος* est: Suidæ *Ἀσπιδæ & Ἀσπιδῶν*, Persica appellatione, *ἢ ἐκ τῶν ἀσπίδων χαλκισκῶν*, tabellarum qui literas ferunt aliis aliis succedentes. Ut ex regionum cursorum ordine Darius fuerit, qui *Ἐσθηρῶν* Estheræ VIII. 10, 14. nominantur.***

Bagoas eunuchus, sanguinaria crudelitate cui hæctenus assuetus fuerat inductus, medicata potione Darium necare instituit. Sed insidiis per indicium patefactis, rex Bagoæ comiter advocato poculum tradidit, & ad ebibendum illud vi hominem adegit. [ *Diodor. ad ann. 2. Olymp. 111.* ] hac executione popularibus satisfaciens; quod insidiantem interemisset. [ *Q. Curtius lib. 6. cap. 6.* ]

Darius, ante Philippi mortem futuram bellum in Macedoniam transferre studuit. [ *Diodor. lib. 17.* ]

A Dario in Samariam satrapa missus est Sanabelletes Cuthæus genere unde & Samaritis origo est: qui Nicaso filiam suam Manasse fratri Jaddi Sacerdotis summi nuptam dedit; ratus conubium hoc eum vadem futuræ cum Judæorum gente amicitia. [ *Joseph. Antiquit. lib. 11. cap. 7.* ]

Philippus Macedonum rex, dum nuptias Alexandri Epirotarum regis cum filia sua Cleopatra celebraret, apud Ægeas Macedoniæ oppidum à Paulania Cerastræ filio ex Orestarum gente occisus est. [ *Diodor. ann. 1. Olymp. 111. Justin. lib. 6. Joseph. lib. 11. cap. 8.* ] Alexander verò in epistola ad Darium, per insidiatores, quos ingentis pecuniæ spe Persæ sollicitaverant, parentem suum interfectum fuisse affirmat. [ *Q. Curtius, lib. 4. cap. 1. & Arrian. lib. 2. pag. 41.* ]

Paulo antequam caderetur Philippus Neoptolemum Tragædum ominosum carmen coram illo cecinisse, in libro 16, refert Diodorus: quod & coram Caligula repetitum, eodem quo trucidatus est die narrat in ejus vita Suetonius. *Pantomimus Mnester* (inquit) *tragædiam saltavit, quam olim Neoptolemus tragædus Iudis quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Eam Latina historiæ partem non rectè ( ut videtur ) assecutus Josephus, libro 19. Antiquit. cap. 1. postquam de illa à Mnestere saltata tragædia dixisset: οὐ γὰρ οὐκ ἐστὶν ἡσολὼς Κινύρας, ἐκ τῆς αὐτοῦ τῆς ἐπισημῆς, ἢ ἢ ἐπισημῆς Μίσσης. [ quod Rufinus reddidit: Pantomimus fabulam saltavit Cinyra, in qua & ipse occisus & ejus filia Myrrha videbatur: ] idem omen, quod eodem quo Philippus & Caligula ceciderant die contigisse fuit traditum, ad eundem cædis utriusque diem ita deinde pertrahit. *Οὐκ ἔστιν ἡσολὼς Κινύρας ἐκ τῆς αὐτοῦ τῆς ἐπισημῆς ἢ ἢ ἐπισημῆς Μανθῶν. Receptum autem est, eundem diem fuisse quo Philippum Amyntæ filium, & Macedonum Regem, in theatrum ingredientem, Pausanias sciorum unus è medio sustulit. Atque hinc nonnulli neci Philippi eundem ipsum quem cædi Caligula, Januarii diem 24. assignant. Sed tempus excessus Philippi, ex initio successoris Alexandri, rectius intelligitur.**

Sublato Philippo archontè Athenis sive *Pythodemo* ut Arrianus eum nominat, sive *Pythodoro* ut Diodorus ( anno primo Olympiadis CXI ) successit Alexander, annos 20. tum natus, ut

4377 337

4378 336





Plutarchus, ex Trogo Justinus scribunt. Et licet apud Arrianum in Historiæ Alexandri initio, *ἡλικὸν τῆς αἰσῶν ἑνῆς, ὡς ἑξήκοντα ἔτη*, viginti circiter annorum fuisse legatur, quum accepto post mortem patris regno in Peloponnesum profectus ille fuit; quod de vicenarii anni ratione præcisè nihil detrahè videatur: tamen, ut de spatio inter eadem Philippi & inter Alexandri Peloponnesiacum interposito nihil dicamus; plenitudinem numeri illius exactam satis adstruit, quod in fine ejsdem Historiæ habetur annotatum, vixisse Alexandrum annos 32 cum mensibus octo, atque regnavisse annos 12 ac menses illos octo. Subductis enim annis 12 & mensibus 8 ab annis 32 & mensibus 8, relinquuntur anni 20 pleni, & ab alicujus mensis vel adjectione vel detractione planè liberi. Et quum in fine Macedonici mensis *Ἰουλίου* cum decessisse, ex ipsius Ephemeridibus (suo loco producendis) appareat: circa principium mensis ante illum octavi, id est *Ἰουλίου*, regnum eum inisse; & quod inde est consequens, circa 24. diem *Septembris* (à quo *Diem* mensem cepisse, in Dissertatione de Macedonum & Asianorum anno Solari demonstravimus) potius quam 24. *Januarii* occisum fuisse Philippum, concludimus.

3669 a. In Peloponnesum profectus Alexander, exemplo patris, Corinthum evocatis civitatibus, communibus Græcorum (præter Lacedæmonios) suffragiis, in locum ejus Imperator & Dux eorum contra Persas substituitur. *Justin. lib. 11. cap. 2. Diodor. lib. 17. Arrian. lib. 1. pag. 1. c.* Inde in Macedoniam reversus, in eunte vere per Thraciam in Triballos & Illyrios excurrit. [*Arrian. lib. 1.*] ubi magno prælio ad Danubium fluvium inito, Syrium Tribalorum regem superavit. [*Plutarch. in Alexandro.*] Interim nunciatur, Athenienses, Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas defecisse, autoremque ejus defectionis magno auri pondere à Persis corruptum Demosthenem oratorem extitisse, qui Macedonum deletas omnes cum rege copias à Triballis affirmaverit. *Justin. lib. 11. cap. 2. cum Eschynis orat. in Ctesiphontem.* Athenienses quoque Attalum, ex Macedonum in Asia ducibus unum, per legatos cum Demosthenis epistola sollicitarunt ut ab Alexandro deficeret; Græcarum civitatum exemplo, quæ decretum de abrogando illi imperio fecerunt, [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 111. cum Demosthenis orat. pro Ctesiphonte.*]

d. Memnon Rhodius dux, cum quinque conductitiorum millibus à Dario in Phrygiam missus, Ida monte transenso, Cyzicenorum urbem subita impressione invadit. Conatu tamen frustratus, agrum eorum populatur, & ingenti præda onustus redit. [*Diodor. ibid.*]

Mortuo Pexodaro gener illius Orontobates, Regis Persarum autoritate fultus, Cariz principatum obtinuit. [*Sirabolib. 24. Arrian. lib. 1. pag. 24.*]

Alexander, devictis barbaris, exercitum in Græciam tumultuantem traducens, in transitu Thessalos sibi adjunxit, Thermopylasque trajecit, & Ambraciotas humanitate sibi devinxit. Tum ductis celeriter in Bœotiam copiis, & castris ad Cadmeam, quæ præsidio Macedonico tenebatur, positis; Atheniensibus per legatos petentibus veniam concessit, Thebanos eam contemnentis acriter oppugnavit. [*Diodor. ann. 2. Olymp. 111. Plutarch. in Alexandro.*]

Idem Hecataem, cum manu armatorum non exigua, in Asiam ad Attalum comprehendendum misit, Attalus interea, mutato consilio, epistolam sibi à Demosthene scriptam, ad Alexandrum, cum amica sui defensione transmisit. Sed Hecataem illum per dolum circumventum obtinuit: atque ita Asiaticus Macedonum exercitus ad defectionem propendere desit. [*Diodor. ibid.*]

Parmenio (qui erga Alexandrum optimè affectus erat) Gryniū vi capit, ac cives sub corona vendit. Hinc Pitanem oppugnat: sed Memnon superveniens, incusso Macedonibus terrore, obsidionem solvit: [*Id. ibid.*]

Callas cum Macedonum & conductitiorum agmine in Troade cum Persis, numero longè superioribus, configit: sed victus in Rhetæum se recepit. [*ibid.*]

3670 a. Alexander Thebas Bœotias solo æquavit. [*Diodor. ann. 2. Olymp. 111.]* mense Octobri Juliano: utpote circa mysteria. [*Plutarch. in Camillo.*] Unde Mysteriorum magnorum solennitatem, quæ in manibus tunc erant, ob luctum Athenienses intermiserunt. [*Idem in Alexandro & Arrian. lib. 1.*] Cæsa Thebanorum 90, in servitute abducta 30 millia: Sacerdotibus, & patris Philippi antiquis hospitibus, cum Pindari poetæ domo atque posteris, conservatis. [*Alian. Var. histor. lib. 13. cap. 7.*]

Alexander à communi Græcorum Concilio, in Istmo Peloponnesi habito, Imperator contra Persas denuò electus, Corinthi Diogenem Cynicum invisit. [*Plutarch. in Alexandro.*]

b. In Macedoniam deinde rediit. [*Arrian. lib. 1. pag. 11.* ubi in oppido Dio de ratione subigendæ Asiæ cogitanti, per quietem summi Sacerdotis Hierosolymitani species illi est objecta; qui eum forti esse animo hortatus est, & sine mora exercitum trajicere, utpote suo ductu potiturum Persarum imperio (ut ipse narrat, apud Josephum, lib. 11. Antiquit. cap. ult.)

c. Ineunte igitur vere, Alexander domo egressus, 20 dierum spatio Sestum pervenit: indeque cum exercitu trajecit in Asiam. [*Arrian. l. 1.*] archonte Athenis Euaneto, ante obitum suum annis undecim: ut ex antiquioribus Chronologis, in primo Stromatum libro, refert Alexandrinus Clemens, tertio videlicet mense ante initium præturæ *Cteselis*: sub qua Diodorus Siculus hanc *Dacari* collocat, quem simpliciter (ut videtur) secutus Zosimus in primo Historiarum suarum libro, ad tertium regni Alexandri annum eam retulit: quum secundo revera facta fuerit; Olympiadis CXI, anno secundo currente.

In Europa sub Antipatri administratione peditibus 12000 & equitibus 11500 relicis, ipse Alexander cum 60 navibus longis in Troadem trajecit. [*Diodor. ut supr.*] Parmenioni peditatus

maximam partem & equitatum ex Sesto in Abydum trajiciendi negotium dedit: qui trecentibus 160 aliisque navibus oneratis quam plurimis tranſveſti ſunt. [*Arrian. lib. 1.*]

De copiarum tranſveſtarum numero, etiam inter ipſos qui expeditioni huic interfuerant, non ſatis convenit. Apud Polybium (*lib. 12. pag. 663 ſp.*) Calliſthenes equites 4500, pedites 30000: apud Plutarchum (in priore de fortuna Alexandri libello) *Ariſtobulus* pedites quidem 30000, ſed equites tantum 4000. *Ptolemaeus* Lagi filius Ægypti rex, pedites item 30000, ſed equites 5000. *Anaximenes* verò Lampſacenus, aucto numero, 40000 pedites, 5500 equites, fuiſſi tradidit. In equitum 4000 numero, *Livius* (*libro 9.*) cum *Ariſtobulo*; in 4500, *Diodorus* (*libro 17.*) *Juſtinus* (*lib. 11. cap. 6.*) & *Oroſius* (*lib. 3. cap. 16.*) cum Calliſthene: licet ſupra 5000 fuiſſe, in libro primo *Arrianus* aſſerat; & apud ipſum *Diodorum*, particularis enumerationis numeri 5100 conſiciant. In peditum 30000 numero, cum Calliſthene, *Ariſtobulo* & *Ptolemaeo* *Diodori* congruens eſt ſententia. Non plus quam 30, *Livius*; non multo plus quam 30 peditum millia fuiſſe, *Arrianus* aſſerit. His 2 præterea millia *Juſtinus* & *Oroſius* adſciunt. Illum vero 40000 numerum, peditibus à Calliſthene & *Anaximene* tributum, univerſis copiis *Julius Frontinus* ſic aſſignat. *Alexander Macedo* 40 millibus hominum, jam inde à *Philippo* patri diſcipline aſſuefactis, orbem terrarum aggreſſus, innumeras hoſtium copias vicit. [*Frontin. Stratagem. lib. 4. cap. 2.*]

Stipendium his non amplius quam 70 talenta habuiſſe *Alexandrum Ariſtobulus*; *Duris* 30 tantum dierum commeatu: *Onesicritus* inſuper talenta 200 eum debuiſſe, memoria prodidit. [*Plutarch. in vita, & lib. 1. de fortuna Alexandri.*]

Cum delæxi in continentem eſſent, Macedonum primus haſtam *Alexander* è puppi in litus conjeſtam, quali *Aſtræ* poſſeſſionem occupaturus deſiit: armatuſque de navi tripudianti ſimili proſiluit; & caſis hoſtis precatus eſt, ne ſe regem illa terræ invitæ acciperet. Deinde ad tumulos *Achillis* (a quo per matrem genus ducebat) & *Ajacis* aliorumque ducum qui in Trojano bello ceciderant, parentavit. [*Diodor. Juſtin. Arrian.*] beatum prædicans *Achillem*, quod & dum viveret fidelem amicum nactus eſſet *Patroclum*, & poſt mortem magnum præconem nactus eſſet *Homerum*. [*Plutarch. in Alexand. cum Ciceron. orat. pro Archia poeta, & lib. 5. epiſt. 12. ad familiar. & Arrian. lib. 1.*]

Quam in Ilium veniſſet, *Palladi* Trojanæ ſacrificavit: ſuiſque armis in templo ejus fixis ſacra quædam alia ex adytis illius deſumpſit, quæ ex Trojano bello adhuc ſupererant. [*Diodor. Arrian.*] Et quam *Alexandri* ſive *Paridis* *Lyra* monſtranda aſſeretur: *Achillis* eam ſe videre malle dixit, qua fortium virorum laudes ille ceciniſſet. [*Plutarch. in Alexand. Alian. Var. hiſtor. lib. 9. cap. 38.*]

Ex Ilio deinde ab *Ariſben* eſt progreſſus, ubi exercitus ejus univerſus trajecta *Helleſponto* caſtra fixerat. *Poſtridie* *Percotam*, deinde *Lampſacum* prætergreſſus, ad *Proſactium* flumen conſedit. [*Arrian. lib. 1.*] *Lampſacenos* quidem, quod ad *Perſarum* regem vel jam deſeciſſent vel deſectionis eſſent ſuſpecti, *Alexander* excindere conſtituerat. Atque accedenti ad illum *Anaximene* hiſtorico *Lampſaceno* (tum ipſi tum patri *Philippo* ante probè cognito) conceptis verbis juravit, quod petiturus eſſet id ſe non facturum. Cui ille: *Peto*, inquit, ut *Lampſacum* diruas. Qua viri ſagacitate circumventus *Alexander*, *Lampſacenis* invitus pepercit. [*Valer. Maxim. lib. 7. cap. 3. Pausan. Eliac. lib. 2. Suid. in Anaximene.*]

*Granicò* (*Phrygiæ* annæ) magno cum periculo & labore ſuperato, cum *Perſarum* exercitu in *Adraſtiis* campis *Alexander* conſiſit. In acie *Perſarum* ſexcenta millia militum fuiſſe. *Juſtinus* & *Oroſius*; *Perſarum* equitatum fuiſſe 20 millium, externorum verò qui mercede conducti erant peditum paulo minus 20 millium fuiſſe, *Arrianus* parùm probabiliter aſſumat. Magis cautè *Diodorus*, equitum ſupra 10, peditum non infra 100 millia, fuiſſe ſcribit. Ex his, 20000 pedites & 2500 equites in prælio ceciſſe, *Plutarchus*; pedites plures quam 10000, equites non minus 1000 fuiſſe caſos, vivos verò in hoſtis manus ultra 20000 veniſſe, *Diodorus* refert. Equitum *Perſarum* mille circiter in fuga occiſos, externos mercede conductos penè omnes deſectos, vivos circiter 2000 captos fuiſſe nartrat *Arrianus*: ut de *Oroſio* taceam, qui quadringenta ſerè millia interſecti memorat, libro 4. cap. 1. immanimimis errore.

In hac pugna *Alexandro*, armatura ex *Palladis* Ilienſis adytis deſumpta induto, galea capillo tenus diſſecta eſt. De ejus exercitu deſiderati, ut ex *Ariſtobulo* (qui expeditioni *Alexandri* interfuit) refert *Plutarchus*, equites 25, pedites novem. Præter pedites illos novem, equites 120 ceciſiſſe, *Juſtinus* & *Oroſius* nartrat. Juxta *Arrianum* verò, Macedonum ex turma quidem regia circiter 25, in primo conſiſtu ceciſerunt; quorum æneæ ſtatue à *Lysiſippo* fuſæ ſunt: ex reliquo equitatu ſupra 60, ex peditatu circiter 30 ſunt deſiderati; quos *Alexander* poſtridie cum armis & reliquo cultu ſepeliit. Parta autem eſt inſignis hæc victoria, quæ viam *Alexandro* in univerſam *Aſiam* patefecit, menſe Macedonico *Deſio*, Attici *Thargelionis* die ſexto & *Maii* *Juliani* die 20, (*Olympiadis* CXI anno ſecundo adhuc currente:) ut in Diſſertationis noſtræ de Macedonum & *Aſianorum* anno *Solari* capitulo primo (pag. 4, 5, & 11.) declaravimus.

Reſectis inde copiis per *Lydiam* *Alexander* proceſſit, urbemque *Sardianorum* cum theſauris inibi conditis, *Mithrinne* (ſive *Mithrene*) præfecto voluntariam deditionem faciente, occupavit. [*Diodor. Arrian.*]

*Ephesum* deinde proſectus, oligarchia abrogata democratiam in civitate conſtituit, & tributa

barbaris

barbaris antea Diana assignavit. Ephesii eos qui templum Dianæ spoliaverant, & Philippi statuas in eadem æde subverterant, ad eadem poscunt: Syphacemque ejusque filium Pelagontem, & fratrum Syphacis liberos, & Templo protractos lapidibus obruunt. [ *Arrian. lib. 1.* ] Templum enim nocte Alexandri natali ab Heroltrato incensum, postmodum ad cultum augustiorem Ephesii reformarunt; fabro operi eodem Dinocrate præfecto, qui Alexandri jussu Alexandriam in Ægypto præmetatus est: ut in 40 capite tradit Julius Solinus. De quo videndus Artemidorus, apud Strabonem lib. 14. ubi & ipsum Alexandrum narrat promississe Ephesius, & factos sumptus se compensaturum, & facturum de suo reliquos, ea lege ut ipsum operi infcriberent: sed Ephesios id tenuisse.

Dum Ephesi versatur Alexander, legati ex Magnesia & Tralibus adveniunt, atque urbes illi dedunt. Ipse Parmenionem cum 2500 peditibus exteris, & Macedonibus totidem, atque equitibus, ex auxiliariis, 200 mittit. Alcimalum quoque Agathochis filium ad Æolicas & Ionicas urbes, quæ adhuc in Persarum erant potestate, cum non minoribus copiis emittit. Oligarchias ubique tolli jubet, & Democracias earum loco constitui, patriasque leges cunctis restitui, atque tributa, quæ Persis pendebant, rescindi. [ *Arrian. lib. 1.* ]

Ipse Ephesi commoratus, Dianæ sacrificavit: eique, cum universo exercitu armato ac veluti ad pugnam instructo, pompam misit. Postridie vero cum reliquo peditatu, sagittariis & Agriamis, Thracum equitatu, & sociorum copiis, ac cohorte regia, aliisque insuper tribus, Miletum profectus est. [ *Id. ibid.* ] Eo Persæ ex pugna ad Granicum elapsi, cum Imperatore suo Memnone se receperunt. [ *Diodor.* ] Sed triduo ante eorum adventum Alexander, Nicanore cum 160 navibus misso, Laden proximam Mileto insulam occupaverat; Thracumque & aliorum exterorum militum ad quatuor millia in ipsam transmiserat: itaut Persarum classis, quæ navium circiter 400 erat, ferius appellens, sub Mycalem montem se recipere coacta fuerit. [ *Arrian.* ]

Alexandro Miletum terra marique continenter oppugnante; & adhibitis machinis moenia disjiciente, Milesii supplices sese & urbem in ejus fidem tradiderunt. Græcos mercenarios 300, qui inde in parvam insulam urbi proximam se receperunt, Alexander in exercitum suum transcripsit: Milesii vitam & libertatem dedit; Barbaros captos vel trucidavit, vel mancipiorum loco distraxit. [ *Diodor. ann. 3. Olymp. 111 Arrian. lib. 1.* ]

367 a. Alexander classem illam suam 160 navium (totam isse fuisse, in lib. 11. cap. 6. Justinus refert) dissolvit: 20 auxiliariis Atheniensium & pauculis aliis navibus exceptis, quibus ad obsidionalia instrumenta vehendum uteretur. [ *Id. ibid.* ]

Memnon Rhodius, uxore & liberis ad Darium veluti obsidibus missis, summus belli totius imperator ab eo declaratus est. [ *Diodor. ibid.* ]

Alexander cum toto exercitu in Cariam contendit: quaque iter faciebat, Græcas urbes suis uti legibus & à vectigalibus immunes esse jussit; se pro liberatione Græcorum bellum in Persas suscepisse, identidem professus. [ *Id. ibid.* ]

Dum iter adhuc faceret, Ada illi occurrit, cui Pexodarus frater principatum Cariz ademerat. Ea adavatum regnum recuperandum Alexandri auxilium implorat, Alinda munitissimam Cariz urbem, ubi ipsa degebat ei tradit; operam suam in recipiendis oppidis quæ defecerant pollicetur, quod ea à suis necessariis teneri ostenderet; ipsumque Regem sibi in filium adoptat. Alexander Alinda ei custodiendam relinquit, Cariz eam reginam declarat, regnum vindicare sibi illam jubet, & filii nomen non aspernatur. Indeque Cariz civitates, missis ad eum legatis, aureis illum coronis honorant, promptamque ad cuncta operam illi deferunt. [ *Id. ibid. Strabo, lib. 14. Arrian. lib. 1. Plutarch. in Alexandro.* ]

Halicarnassum Cariz metropolim, jam inde à soceri Pexodari morte, tenebat Orontabates Persa: cui se cum copiis suis adjunxit Persici exercitus Imperator, Memnon Rhodius. Alexander positis ad urbem castris, oppugnationem acrem & terribilem instituit: in cujus defensione Ephialta Atheniensis virtus præcipue emicuit. Eo vero cum plurimis aliis cadente, Memnon cæterique duces ac Sarrapæ, optimorum militum præsidio in arcem imposito, reliquam hominum turbam & opes in Cón insulam secum transportarunt. Alexander, arce muro fossaque insigni cincta, urbem ipsam solo adæquavit: eique & reliquæ Cariz præsidio imposito, exterorum peditum trium millium, equitum ducentorum, ac Ptolæmo iis præfecto; totius provincie principatum matri suæ adoptivæ Adæ detulit. [ *Diodor. ann. 3. Olymp. 111 Arrian. lib. 1.* ]

Alexander militibus suis Macedonicis, qui paulo ante expeditionem uxores duxerant, ex Caria dimissis, hybernandi cum uxoribus potestatem fecit: Ptolæmo Seleuci filio, uno ex regis corporis custodibus, iis præfecto, ex ducibus verò copiarum, Cæno Polemocratis & Melegro Neoptolemi filio (quod etiam hi recens uxores duxissent) adjunctis, Imperavitque ut, quum ipsi reverterentur & eos qui una dimissi erant reducerent, equitatum ac peditatum quàm maximum possent ex ea regione conscriberent. [ *Arrian. ibid.* ] Cleandrum quoque Polemocratis filium ad conducendum ex Peloponneso militem cum pecunia misit. [ *Id. ibid. & Quint. Curtius in ipso lib. 3. initio* ]

Alexander Parmenionem Sardes mittit, data ei sociorum equitum præfectura: utque Thessalos equites aliosque auxiliares & plaustra ducat, atque Sardibus in Phrygiam procedat, jubet Ipse in Lyciam & Pamphyliam tendit, ut oris maritimis in potestatem redactis, classem hostium inutilem ipsis efficeret. Ac primò quidem ex itinere Hyparna oppidum munitum, extero milite mercenario qui arcem tenebat fide data exeunte, primo accessu cepit. Deinde Lyciam

cum exercitu ingressus, Thelmissæ pactis sibi conciliavit. Transmisso inde Xantho flumine, Pinara & Xanthum urbem & Patara deditione accepit, aliaque minora oppida circiter 30. [*Arrian. ibid.*]

b. His rebus gestis, media hyeme in Myliada, magnæ Phrygiæ regionem movit. Ibi cum legatis è Phaselide & inferiori Lycia ad eum missis fœdus inivit: urbibus omnibus ipsi traditis. Ipse paulo post in Phaselidem profectus, castellum quoddam munitum, quod ibi Pisidæ ad Phaselitas infestandos extruxerant, expugnat. [*Id. ibid.*]

Dum circa Phaselidem esset, nuntium accepit de insidiis vitæ ipsius structis ab Alexandro Aëropo, quem Thessalico equitatu ille præfecerat: licet suspectum, quod simul cum fratribus suis, Heromene & Arrabæo, necis Philippi regis conscius fuisset. Darius enim acceptis per Amyntam transfugam ab hoc Alexandro literis, Asinim Persam ad maritimam oram miserat, prætextu quidem legationis ad Aryziem Phrygiæ satrapam, revera autem, ut Alexandro huic fidem faceret, si regem Alexandrum interficeret, Macedonia regnum & mille insuper auri talenta se illi daturum. Sed Asines à Parmenione comprehensus, quum rem totam prodere talenta se illi daturum. Sed custodia ad regem Alexandrum missus est. Rex tota re perspecta, Amphotero ad Parmenionem cum mandatis clam misso, Aëropum capiendum & custodia tradendum curat. [*Id. ibid.*] Quo referenda regis Alexandri illa, in literis ad Darium; apud Q. Curtium, lib. 4. cap. 1. *Cum habeatis arma, licemini hostium capita: sicut tu proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti* Vid. Justin, lib. 11. cap. 7. init.

Alexander ex Phaselide movens, per litus Pamphylia maris exercitum Pergas usque deducit. Inde progressus Aspendum usque contendit, urbemque in edita aspera rupe sitam circumfedit, & ad deditionem compulit. In Pisidiam deinde tendens Telmisso urbe frustra tentata & cum Selgeis Telmissæorum hostibus fœdere inito, Salagassum urbem vi cepit: ex Pisidis circiter 500 cæsis, ex Alexandri vero parte Cleandro duce cum militibus circiter 20 desideratis. Inde in alios Pisidas movit: & nonnulla eorum castella vi cepit, nonnulla pactationibus ad deditionem adduxit. Posthæc in Phrygiam ad Afcaniæ paludem, & quintis castris Calenas pervenit. [*Arrian. lib. 1.*]

Arcem Celænatum, quam Phrygiæ satrapa præsidio Carum mille & Græcorum mercenariorum centum tenebat, post 60 dierum inducias (quibus auxilium à Dario expectaretur) Alexander per deditionem recepit. [*Id. ibid. Curt. lib. 3. cap. 1.*]

Alexander Celænis 1500 milites præsidio relinquit: & dies decem ibi commoratus, Antigonum Philippi filium Phrygiæ satrapam declarat; & Balacrum Amyntæ filium ejus loco auxiliaribus copiis præficit. Ipse Gordium proficiscitur: litteris ad Parmenionem missis, uti illuc sibi cum exercitu, obviam veniat. [*Arrian. ibid.*]

Parmenio cum exercitu; & Macedones qui uxores noviter nuptas visum ierant. Gordium veniunt, & cum iis exercitus recens conscriptus quem Ptolemæus Seleuci, & Cænus Polemocratis, atque Meleager Neopolemi filius ducebant; Erat is exercitus, peditum quidem Macedonum mille & equitum 300; Thessalorum equitum 200. & Eleorum (quibus Alcias Eleus præerat) 150. [*Id. ibid.*]

Memnon, quem Darius universæ classi oræque maritimæ præfecerat, bellum ex Asia in Macedoniam & Græciam transferre cogitans; trecentarum navium classe instructa, Chium insulam proditione capit; & præter Mitylenem, reliquas omnes Lesbii urbes in potestatem suam redigit. [*Diodor. ann. 4. Olymp. 111. cum Arriano: in libri 2. initio.*]

Hierosolymorum seniores agrè ferentes Manassem, Jaddi summi Pontificis fratrem, contra regem duxisse externi generis feminam; postularunt, ut aut uxorem ille dimitteret, aut ad altare amplius non accederet. Cumque ob id frater Pontifex à ministerio sacerdotali eum repellere cogeretur; ad fœderum Sanaballatem ille profectus, se quidem amare filiam ejus dixit, nolle tamen propter eam privari sacerdotio: qui honor & gentilitius ipsi, & apud Judæos semper in maxima exsultatione fuerit. Sanaballates contra recepit, se illi non Sacerdotium tantum servaturum, sed & Pontificatum paraturum, & totius suæ provinciæ Principem eum facturum, modo filiam suam retineret uxorem; ædificaturum quoque Templum in monte qui imminet Samariæ, Hierosolymitano simile: idque se Darii regis auctoritate facturum est pollicitus. His ille captus promissis, mansit apud fœderum: putans se Pontificatum, dante Dario, consecuturum. Omnes quoque Sacerdotes & Israëlitæ, qui alienigenarum similiter implicati erant conjugis, ad Manassem defecerunt: Sanaballate præbente eis & pecuniam & agros ad colendum, ac modis omnibus ambitionem generi promovente. [*Joseph. Antiquit. lib. 11. cap. ult.*]

Alexander nexum Gordium, vel exempto temonis paxillo (ut Aristobulus author est) explicuit, vel gladio ut alii malunt) abruptit. [*Plutarch. in Alexandro. Arrian. lib. 2. Curt. lib. 3. cap. 2. edit. Rader. Justin. lib. 11. cap. 7.*]

Gordio deinde Phrygiæ discedens Alexander, Ancyram Galatiæ urbem profectus est. Eo Paphlagonum legati ad eum venerunt; & fœdere cum eo inito, regionem suam dederunt: cui Calas Phrygiæ satrapa ab eo est præpositus. Ipse, assumptis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit: omnemque quæ cis Halym fluvium est regionem, & partem aliquam ejus quæ trans Halym est, subegit. [*Arrian. lib. 1. cum Curtio, lib. 3. cap. 3.*]

Mortuo in Mitylenes obsidione Memnone, Autophradates & Pharnabazus Artabazi filius (cui Memnon mortuus præfectionem suam commendarat, donec Darius aliquid de ea statueret)

4381

333

certis conditionibus eam receperunt. Deinde Pharnabazus, Autophradate apud classem relicto, in Lyciam navigat, exteros mercenarios ducens. [*Arrian. lib. 2. init.*]

Darius, post mortem Memnonis, ex omnibus locis milites evocat, & Babylonem convenire jubet. [*Diodor. Olymp. 111. ann. 4.*] Castris ibi positis, universas vires in conspectum dedit: & circumdato vallo quod decies millium armatorum numerum caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum iniit. *Persarum* erant centum millia; in quibus eques triginta millia implebat. *Medi* decem equitum, quinquaginta millia peditum habebant. *Barcanorum* (quam gentem Hyrcanis conterminam fuisse docet Stephanus) equitum duo, peditum decem millia fuere. *Armenii* quadraginta millia miserant peditum, additis septem millibus equitum. *Hyrcani* sex millia expleverant, equis militatura. *Derbices* quadraginta peditum, duo millia equitum armaverant. A *Caspio* mari octo millium pedester exercitus venerat, ducenti equites. Cum his erant ignobiles *aliae gentes*; quæ duo millia peditum, equitum duplicem paraverant numerum. His copiis triginta millia *Græcorum*, mercede conducta, accesserunt. Ita numerum copiarum recenset Curtius, [*libro 3. cap. 4.*] qui summam 311200 tantum efficit. Diodorus vero peditum 400 millia, equitum millia centum circiter, fuisse refert; quem numerum nuper etiam Justini editiones ex MSS. emendatæ retinent: licet priores editiones, una cum Justini sequace Orofio 300 peditum & 100 equitum millia exhibeant; & apud Arrianum lib. 2. & Plutarchum in *Alexandro*, 600 in universum millia nominata reperiantur.

Charidemus Atheniensis, belli peritus, (quem Athenis Alexander expulerat) Dario consulit, ut non ipse per se bellum gereret, sed per legatum, qui virtutis imperatoris experimenta dedisset: centum armatorum millia, quorum tertia pars è Græcia mercede esset conducenda, ad expeditionem istam sufficere confirmans. Quo sano dato consilio, in Satraparum invidiam & Regis iram ita incurrit, ut ad capitale supplicium statim abstractus fuerit. [*Diod. ut supr. Curt. lib. 3. cap. 5.*]

Darius Thymondam sive Thymodem Mentoris filium, impigrum juvenem, ad Pharnabazum misit; ut omnes peregrinos milites, quibus Memnon præfuerat, ab eo acciperet, opera eorum usurus in bello: ipsique Pharnabazo tradidit imperium, quod ante Memnoni dederat. [*Curt. lib. 3. cap. 6. Arrian. circa lib. 2. initium.*]

d. Alexander, *Abistamene* (ut Curtius) vel *Sabieta* (ut Arrianus) Cappadociæ præposito, cum omnibus copiis ad Pylas sive angustias aditus qui Ciliciam aperit contendit: quoniam ad castra Cyri, (sive à majore, ut Curtius, sive à minore potius, ut Arrianus vult, denominata, quæ 50 stadia ab aditu illo aberant, pervenisset: ut Pylas valido præsidio infestas compertit) Parmenionem ibi cum cohortibus peditum, qui gravioris armaturæ erant, reliquit; ipse sub primam noctis vigiliam, sumptis secum scutatis & sagittariis atque Agrianiis, ad Pylas movit, ut ex improvise præsidium invaderet. Præfidiarii vero in fugam se coniecerunt: & Arsames, qui Ciliciæ præerat, igne ferroque Cilicia vastata, ut hosti solitudinem faceret, ex Tarso ad Darium fugit. [*Arrian. lib. 2. Curt. lib. 3. cap. 8.*]

Cum Tarsum magna festinatione venisset Alexander, captus Cydni fluminis amœnitate, per mediam urbem influentis, projectis armis, plenus pulveris ac sudoris, in præfrigidam undam se projecit. Tum repente tantus nervos ejus occupavit rigor, ut interclusa voce non spes modo remedium, sed nec dilatio periculi inveniretur. [*Justin. li. 11. cap. 8.*] Æstatem tunc fuisse, ejusque calorem non aliam magis quam Ciliciæ oram vapore Solis accendere; addit Curtius. [*lib. 3. cap. 10.*] Et præ nimio labore in morbum hunc incidisse Alexandrum, refert Aristobulus. [*apud Arrian. lib. 2.*] Philippus Acarnan medicus regem salutari potione, quamvis suspectus à Parmenione factus curat. [*Justin. Curt. Arrian. Plutarch. Valer. Maxim. li. 3. cap. 8.*]

Orontobates Persa (qui Halicarnassi arcem, & Myndum & Caunum ac Theram & Callipolim tenebat) à Ptolemæo & Afandro prælio victus est; cæsis peditum circiter 700, equitum 50, vivis non infra mille captis: indeque Myndii & Caunii, & pleraque tractus ejus, ad Alexandri ditionem accesserunt. [*Arrian. lib. 2. Curt. lib. 3. cap. 11.*]

Darius, Euphrate pontibus juncto, quinque diebus trajecit exercitum. [*Curt. ibid.*]

Parmenionem Alexander ad præoccupandas alias Pylas sive angustias mittit, quæ Ciliciam ab Afsyria (sive Syria) dividunt. Ipse ex Tarso subssecutus, primo die Anchiolum pervenit. [*Arrian. lib. 2.*] Inde Solos profectus; arci præsidium militum, & civibus ducentorum argenti talentorum multam imposuit, quod propensiore erga Persas animo fuissent. [*Id. ibid. Curt. lib. 3. cap. 11.*] Inde cum tribus Macedonum agminibus, sagittariis omnibus, atque Agrianiis, Cilicas qui montes occupaverant adorlus, usque intra septem in universum dies partim vi partim pactionibus in potestatem suam redactis, Solos rediit. Ubi quum Esculapio sacrificasset, ipseque pariter ac totus exercitus pompam facibus circumgestatis peregrisset, ludis etiam gymniciis ac musicis editis; Solensibus democratiam concessit. [*Arrian. ibid.*]

Græci milites, quos Thymodes à Pharnabazo acceperat, præcipua spes & propemodum unica, ad Darium pervenientes, magnopere illi suadebant, ut retro abiret, spaciososque Mesopotamiae campos repereret, vel divideret saltem copias innumerabiles, neu sub unum fortunæ ictum totas vires regni cadere pateretur. Sed Dario consilium eorum displicuit: qui minime cunctandum hic esse ratus, quum jam hyems (ab autumnio inchoata) instaret; pecunia rerumque pretiosissimis Damascum Syriæ (per Copenem Artabazi filium, ut in libro 2. Arrianus indicat) cum modico præsidio militum missis, reliquas copias in Ciliciam duxit: insequentibus

Anno  
Mundi.

more patrio agmen conjuge & matre, cum filiabus & parvo filio [Curt. lib. 3. cap. 13.] ceteris impedimentis turbaque bellis inutili Damasci relicta. [Diodor. Olymp. 111. ann. 4.]

Sanaballates lætus descensu Darii aiebat se mox præstiturum quæ Manassi genero suo de Pontificatu fuerat pollicitus, quam primum reverteretur Darius post victoriam; quam illum sine dubio obtenturum, omnes Asiatici sibi persuaserant, [Joseph. Antiquit. lib. 11. cap. ult.]

3672 a. Alexander, negotio Philotæ dato ut equitatum per Aleium campum ad Pyramum amnem duceret, cum peditatu & turma regia Magarsum venit, & Minervæ Magarsidi sacrificavit. [Arrian. lib. 2.]

Inde Pyramo amne ponte juncto, ad urbem Mallon pervenit, [Curt. lib. 3. cap. 11.] ubi Amphilocho (urbis conditori) ut heroi parentavit: quumque cives seditione laborantes invenisset, ea sedata, tributa quæ Dario pendere solita erant iis remisit. [Id. ibid.]

Quum adhuc apud Mallon esset, nuntii ad eum veniunt Darium cum universo exercitu ad Sochos castra fixisse; locum à Pylis quæ Assyriam (sive Syriam) aperiunt duorum stathmorum intervallo distitum. [Id. ibid.]

Mallo deinde ad oppidum Castabalum pervenit. Ibi Parmenio illi occurrit, quem præmiserat ad explorandum iter saltus per quem ad urbem Isson penetrandum erat. Atque ille angustiis ejus occupatis, & præsidio modico relicto, Isson quoque desertam à Barbaris ceperat. Inde progressus, deturbatis qui interiora montium obsidebant, præsidii cuncta firmavit: occupatoque itinere, idem & author & nuncius venit. [Curt. lib. 3. cap. 11.]

Isson deinde Alexander copias admovit: ubi consilio habito, utrum ultra progrediendum foret, an ibi oppetendi essent novi milites, quos ex Macedonia adventare constabat: Parmenio non alium locum prælio aptiorem esse ostendit, quod illic utriusque regis copiarum numero futuræ essent pares, quum angustia multitudinem non caperent. [Id. ibid.] Alexandro vero, in Ciliciam intraturo, supplementum advenisse è Macedonia 3000 peditum & 800 equitum, retulit Callisthenes, apud Polybium. [lib. 12. pag. 664.]

Darius, superato monte qui prope Pylas Amanicas est, Isson versus movit, Alexandrum imprudens à tergo relinquens. Captà Isso, quotquot Macedones ibi propter invaletudinem relictos comprehendit crudeliter extruciatos interfecit. Postero die ad Pinatum amnem processit. [Arrian. lib. 2.]

Postquam vero ei nuntiatum est Alexandrum instructà acie adventare, triginta millibus equitum & expeditorum sive levis armaturæ viginti millibus Pinatum flumen transiit, ut reliquum exercitum securius instruat. Ac primo quidem ex armigeris Græcos mercede conductos, numero triginta millium, adversus Macedonum phalangem constituit. Ab utroque horum latere Cardacas, qui & ipsi armigeri erant, ad sexaginta millia collocat. Neque enim plures in simplice phalange constitui, locus in quo exercitus instruebatur, patiebatur. Reliqua expeditorum atque armigerorum multitudo, pro gentium varietate, in confertos inutilesque ordines redacta, post Græcos mercenarios & Cardacas illos stabat. Sic, in libro 2. Arrianus; Curtius vero, in lib. 3. cap. 17. ita. Nabarzanes (Darii prætor) equitatu dexterum cornu tuebatur; ad dextris funditorum sagittariorumque 20. ferme millibus. In eodem Thymodes erat, Græcis peditibus mercede conductis 30. millibus præpositus. Hoc erat haud dubie robur exercitus, per Macedonicæ phalangis acies. In laevo cornu Aristomedes Thessalus 20. millia Barbarorum peditum habebat. In subsidiis pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum Regem in eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum assueta corporis custodia, & pedestris acies 40. millia sequebantur. Hyrcani deinde Medique equites: his proximi cæterarum gentium ultra eos dextra laeva-que dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est instructum, sex millia jaculatorum funditorumque antecedeabant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copia, cornuaque hinc ab jugo, illinc à mari stabant: uxorem matremque Regis, & aliam faminarum gregem, in medium agmen acceperant. Callisthenes, qui prælio ipse interfuit, equites 30000. & auxiliares totidem in phalangem compositos fuisse significat: quem Polybius libro 12. in Alexandri exercitu pedites 42000. & equites 5000. ponens, multa absurda præ rei militaris & artis Tacticæ imperitiâ in hujus prælij descriptione temere effutisse demonstrat.

Cum de educendo in aciem exercitu Alexandrum Hephæstio moniturus, per imprudentiam dixerat βασιλεῦς, pro βασιλεῖς, dixisset, conturbatis qui aderant, atque ipso Hephæstione contremiscente, (ac si Regem ut dubie sanitatis hominem notavisset;) Accipio omen, respondit Alexander, nam nos salvos è pugna reversuros esse, hoc verbum mihi nunc pollicetur. Refert hoc in epistolâ ad Antipatrum Eumenes Cardianus; qui præsens tum adfuit, & in eundem errorem ipse quoque est lapsus. [apud Lucian. [εὐχὴ τῆς ἐπιπέρας ἀποστολῆς τῆς βασιλείας.]]

Pugnam hanc commissam fuisse, archonte Athenis Nicocrate (vel Nicocrate, ut apud Diodorum est, anno 4. Olympiadis CXL.) mense Memactierione, (cujus neomenia in 28. Octobris Juliani incidit:) atque in eâ, inter Persas, 10. equitum millia & peditum ad 90. millia cecidisse, scribit Arrianus. Cum quo in equitum cæsarum numero reliqui consentiunt: in peditum, & ab illo & inter se maximopere dissentientes. Nam 61. eorum millia numerat Justinus, 80. Orosius, 100. Curtius, plus 120. Diodorus Siculus. Plutarchus univèrse 110. militum millia cecidisse significat: 40. millia fuisse capta, Justinus & Orosius. At ex parte Alexandri quatuor & quingenti faucii fuere; triginta omnino & duo ex peditibus deliderati sunt; equitum centum quin-

quaginta interfecti: ut apud Curtium legitur. Cum quo de equitum numero similiter consentiunt Plutarchus, Justinus & Orosius: licet ex pedestribus, ad 300 Diodorus, 103 tantum cecidisse duo reliqui retulerint.

Ptolemæus Lagi filius, qui tum temporis Alexandrum cum suis Darium insequentem comitatus erat, author est, quum instructa phalange insequerentur, super strata hostium cadavera phalangem transiisse. [ *apud Arrian. lib. 2.* ] Alexandrum autem haud amplius quam mille equites sequebantur; cum ingens multitudo hostium caderet. [ *Curt. lib. 3. cap. 22.* ] Sed equa, cui ex curru excussus insedit Darius, relictæ domi pulli recordata, tantam celeritatem adhibuit, ut ab insequentium periculo eum liberaret. [ *Ælian. histor. Animal. lib. 6. cap. 48.* ]

Alexander, diu Darium persequendo fatigatus, postquam & nox appetebat, & consequendi spes non erat, 200 stadia emensus circa mediam noctem in castra, paulo ante à suis capta, pervenit. [ *Diodor. & Curt.* ] In iis capta est Darii mater (Diodoro *Silyngambri* Curtio *Silygambis* dicta) uxor (eademque soror, ut Justinus ait) cum filio (Ocho, nondum sextum ætatis annum egresso, ut Curtius notat) & filiabus duabus (adultis virginibus:) circum quas aliarum principum virotum uxores erant non multæ. Alii enim Persæ uxores suas cum impedimentis Damascum miserant, siquidem & Darii majorem pecuniarum partem, & quæcunque ad magnificum apparatum pertinentia reges etiam militantes comitari solent, Damascum miserant: adeo ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint. [ *Arrian.* ]

Reginas Alexander Hephæstione comite cum prima luce adivit: & Darii matri Hephæstionem pro Rege salutanti atque errorem deprecanti, *Etiã hunc Alexandrum esse*, comiter respondit. [ *Diodor. Curt. Arrian.* ] tam paucis verbis (ut est apud Valerium Maximum, lib. 4. cap. 7.) se cum comite suo partitus. Mulieribus vero regis omnem cultum & ornatum, quem cum Dario habuerant, restituit auxitque: neque eas dedecus ullum à quoquam pati passus est. [ *Id. cum Plutarcho, lib. 2. de fortun. Alexand.* ]

Darius fugiendo *Puchas* pervenit. (*Socbos*, ut videtur, quas à pylis Amanicis duorum stadiorum intervallo distitas fuisse, ex Arriano supra audivimus:) ubi Persas exterosque qui ex prælio evaserant recolligens, cum quatuor eorum millibus Thraplacum contendit; ut quam citissime posset Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret. [ *Curt. lib. 4. cap. 1. Arrian. lib. 2.* ]

Amyntas Antiochi & Thymodes Mentoris filius, & Aristomedes Phærens & Bianor Acarnan, omnes transfugæ, fugientes Tripolim Phœnicie pervenerunt, octo circiter militum millia habentes. Ibi sumptis navibus recens in navale subductis, quibus antea è Lesbos transfugæ fuerant (tot ac sibi ad vecturam sufficere viderentur in mare protractis, reliquisque in navali succensis, ne celeriter eos insequendi facultatem suppeditarent) in Cyprum fugerunt, atque inde in Ægyptum. [ *Arrian. ibid. cum Diodoro, ad ann. 1. Olymp. 112. & Curtio, lib. 4. cap. 3.* ]

Alexander Balacrum Nicanoris filium, unum ex regis corporis custodibus, Ciliciæ satrapam designans; custodiat corporis in ejus locum Menetem Dionysii filium suffecit, Polyperchonti Simæi filio agmen Ptolemæi Seleuci filii (qui in prælio ceciderat) ducendum dedit. Solensibus 50 talenta, quæ adhuc reliqua erant ex summa quam iis imperarat, remisit, & obsides reddidit. [ *Id. ibid.* ] Tribus aris in ripa Pinari amnis Jovi atque Herculi Minervæque sacratis, Syriam petiit; Damascum, ubi Darii gaza erat, Parmenione præmissa. [ *Curt. lib. 3. cap. 25.* ] cum quo illuc Thessalos equites, quod eorum fortissima opera usus in prælio fuisset, ex composito quo dicerent, misit. [ *Plutarch. in Alexand.* ]

Parmenioni eo proficiscenti traditæ sunt literæ à præfecto Damasci ad Alexandrum, de urbe ipsi prodenda, scriptæ. Quarto die ad urbem pervenit: quando proditor, quasi parum munimentis opidi fidens, ante Solis ortum pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum effertur jubet, fugam simulans, revera ut prædam hosti offerret. quo tempore procella subito nivem effuderat, & humus rigebat gelu. Inter fœminas tum fugientes & captas, erant tres virgines Ochi (qui ante Darium regnaverat) filia, uxor quoque ejusdem Ochi, Oxatrisque, frater hic erat Darii) filia; & conjunx Artabani principis purpuratorum, & filius, cui Ilioneo fuit nomen. Pharnabazi quoque, cui summum imperium maritimæ oræ Rex dederat, uxor cum filio excepta est. Mentoris filia tres, ac nobilissimi ducis Memnonis conjunx & filius: vixque ulla domus purpurati fuit tantæ cladis experta. [ *Id. ibid.* ] Ipse Parmenio in epistola ad Alexandrum, captas hic à se narrat pellices regias quæ callerent musicam 329. coronarum textores 46. obsonii parandi artifices 277. qui in illis coquerent 29. lactarios 13. qui pocula conficerent 17. apothecis vini præfectos cellarios 70. unguentarios 40. [ *Athena. Dipnosoph. lib. 13. cap. 21.* ]

Summa signata pecuniæ ibi repertæ fuit talentorum 2600, facti argenti pondus 500 æquabat. Præterea triginta millia hominum, cum septem millibus jumentorum dorso onera portantium capta sunt. [ *Curt. lib. 3. cap. 25.* ]

Proditorem (qui Cophenes ille fuisse videtur, per quem pecuniam suam Damascum misisse Darium Arrianus memorat) unus è conscis ejus interfecit; & caput ad Darium tulit. [ *Curt. ibid.* ]

Syriæ quam Cælen vocant Parmenionem (ut Curtius) vel Menonem Cerdiman (ut Arrianus vult) satrapam constituit: equitatu auxiliariorum ipsi in præsidium provinciæ commisso. Novum imperium Syri, nondum belli cladibus satis domiti, aspernabantur: sed celeriter subacti, obedienter imperata fecerunt. [ *Arrian. lib. 2. Curt. lib. 4. cap. 1.* ]

Parmenionem

Partemionem Alexander ad occupandam Persicam classē, aliosque amicos ad recipiendas Asiae civitates misit quae statim audita fama victoriae (ad Issum partae,) ipsis Darii praefecti, cum auri magno pondere tradentibus se, in potestatem victorum venerunt. Tunc in Syriam proficiscitur: ubi obvius cum infulis multos Orientis reges habuit. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit: aliis regnum ademit, suffectis in loca eorum novis regibus. [*Justin. lib. 11. cap. 10.*]

Aradi insula, oraque maritima & plerorumque longius etiam à mari recedentium, rex tum erat Gerostatus: qui, ut & alii Phoenicum ac Cypriorum reges, naves suas cum Autophradate classis Darii praefecto conjunxerat. Hujus filius (Aradiorum, absente patre, Prorex) strato, in Phoeniciam proficiscenti Alexandro factus obvius, auream coronam capiti ejus imposuit, Aradem & Marathum (ex adverso insulae in continente sitam, urbem magnam atque opulentam) & Mariannem urbem, caeteraque omnia quae ad ipsorum ditionem pertinebant, ei tradidit. [*Arrian. lib. 2. cum Curtio, lib. 4. cap. 1.*]

Eo in fidem accepto, Alexander ad urbem Marathon castra movit. Ibi illi literae à Dario reduntur, ut redimeret sibi captivarum potestatem faceret. Quibus alia epistola Alexander respondit: ad quam perferendam Terhippus missus. [*Justin. lib. 11. cap. 12. Curt. lib. 4. cap. 1. Arrian. lib. 2. Diodor. Olymp. 111 ann. 4.*] Legatos autem Graecorum qui ad Darium ante praelium adveniant, quum Damasci captos audiret Alexander, ad se mitti iussit. Ex quibus Thebanos Thessaliscum Ilinei filium & Dionysodorum olympionem, atque Atheniensem Iphicratem, celebris illius ducis Iphicratis filium, statim dimisit: Eutychem vero Lacedaemonium, primum quidem in custodiam (citra vincula tamen) tradidit; sed postea, ubi res magnae prospere successerant, dimisit. [*Arrian. ibid.*]

Maratho movens Alexander, Byblum pacationibus traditam cepit. Sidonem etiam, (ab Ocho non ita pridem tam male habitam) Sidoniis ipsis odio Persarum & Darii eum accersentibus. [*Id. ibid. Curt. lib. 4. cap. 2.* Regnabat in ea Strato: cui, quod deditionem magis popularium quam sua sponte fecerat, Alexander regnum ademit. ejus loco Abdalonymum quendam, suburbanum hortum exigua colentem stipe regem constituit: eique non Stratonis modo regiam suppellectilem, sed pleraque etiam ex Persica praeda tribuit; regionem quoque urbi appositam ditioni ejus adjiciens. [*Curt. ibid. Justin. lib. 11. cap. 10.*] Alynorum hunc Plutarchus (lib. 2. de fortuna Alexandri) appellat, & regem Paphi; Ballonymum Diodorus, & Tyri regem ab Alexandro factum narrat.

Jam tota Syria, jam Phoenicia quoque excepta Tyro, Macedonum erant: habebatque rex castra in continenti, à quo urbem angustum fretum dirimit. Tirii coronam auream magni ponderis per legatos, in titulum gratulationis, Alexandro miserunt; comenatusque large & hospitaliter ex oppido adduxerunt. Ille dona, ut ab amicis, accipi iussit: benignèque legatos allocutus, Tyrum se ire velle ad vota Herculi reddenda dixit. Cum legati responderent, esse templum Herculis extra urbem, in ea sede quam Palatyrion sive veterem Tyrum ipsi vocant; ibique in antiquiore templo rectius id eum esse facturum: in deprecantes ejus introitum ita exarsit, ut urbi excidium minaretur. Eò Carthaginensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tirii condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Pœni coeperunt, ut obsidionem forti animo paterentur, brevi Carthagine auxilia ventura: namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur. [*Curt. lib. 4. cap. 5. & 6. Justin. lib. 11. cap. 10.*]

Ita bello decreto, Tyrus septem mensium continuam obsidionem pertulit. [*Diodor. ad Olymp. 112. ann. 1. Joseph. lib. 11. Antiquit. cap. 15. Plutarch. in Alexandro.*] rege eorum Azelmico tum absente, & (filio in urbe relicto) cum Autophradate navigante. [*Arrian. lib. 2.*]

Palatyrion sive antiquam Tyrum confestim demolitur Alexander: magnaque visaxorum per suos, & universos urbium vicinarum quos acciverat incolas, inde abducta atque in mare injecta, molem jacere aggreditur, quae insulam in qua nova Tyrus sita erat cum continente, à quo stadiorum quatuor (ut cum Diodoro agnoscit Curtius libro 4. cap. 5. vel 700 etiam passuum, ut libro 5. cap. 19. Plinius vult) intervallo erat distita conjungeret. [*Diodor. ut supr. Curt. lib. 4. cap. 8.*]

Amyntas Antiochi filius, cum quatuor millibus Graecorum conductitiorum qui cum ipso ex praelio Issico (in quo Sabaces Persicus Aegypti praetor cecidit) aufugerant, è Cypro ad Pelusium ostium navigat: urbeque potitur, à Dario missum eò se praefectum esse simulans; quod Satrapes, Aegypti provinciam administrans, in Cilicia Persis militans occubisset. Inde Memphin copias ille promovit: ad cujus famam Aegyptii ex vicis urbibusque suis undique concurrentes, adversus Persas illi se conjunxerunt. Persas Memphis praesidiarios praelio superatos in urbem compulit: qui non multo post Mazaeis praefecti consilio ex urbe iterum erumpentes, solutis ordinibus ad praedam delapsos & victoriae fiducia incautos adorti, ad unum omnes cum ipso duce Amynta occiderunt. [*Curt. lib. 3. cap. 22. & lib. 4. cap. 3.*]

Darii praetores qui praelio apud Isson superfuerant, cum omni manu quae fugientes secuta erat, assumpta etiam Cappadocum & Paphlagonum juventute, Lydiam recuperare tentabant. Sed Antigonus praetor Alexandri, tribus praeliis alia atque alia regione commissis, eos fudit. Eodem quoque tempore classis Macedonum ex Graecia accita, Aristomenem, qui ad Hellepontiorum recuperandam à Dario erat missus; captis ejus aut demersis navibus, superavit. [*Diodor. ad*



ann. 1. Olymp. 112. Curt. lib. 4. cap. 4.]

Tyrum obsidens Alexander, scriptis ad Jaddum Judæorum Pontificem literis, auxilium & commeatum & tributum, quod prius Dario pendere solebat, ab eo postulavit. Pontifice verò nuntius respondente, juramento se obligatum Dario, idque transgredi se non posse quamdiu ille vixerit: iratus Alexander, se Tyro capta contra Pontificem esse venturum minatus est [Joseph. lib. 11. Antiq. cap. ult.]

Ad eundem, Tyri oppugnationem jam incipientem, Sanaballates Cuthæus, à Dario deficiens, cum octo suorum millibus se contulit. A quo libenter acceptus, petiit ut per eum liceret Templum in sua provincia excitare, cui generum suum Manassem Jaddi fratrem Pontificem præficeret. Quod ubi impetratum est, omni ope admitens, ( utpote jam senior, & morti proinquus ) Templum ædificavit, & Manassem ejus Sacerdotem constituit; amplissimum hunc honorem filia suæ posteris relicturum se existimans. [ Id. ibid. ]

Alexander latiore in continente aggerem ad oppugnandam Tyrum moliri orsus, novas machinas fabricari jubet. Quibus jam confectis, ipse cum scutatis & Agrianis Sidonem movit, triremes quotquot ibi habebat contracturus: quod difficilis admodum urbis expugnatio videretur. Tyriis mare obtinentibus. [ Arrian. lib. 2. ]

Inter hæc Gerostratus Aradi, & Enulus Bybliorum rex, certiores facti urbes suas ab Alexandro captas, deserto Autophradate & quas ille ducebat navibus, ad Alexandrum cum sua classe venerunt, unaque cum iis etiam Sidoniorum triremes: ita ut ad 80 Phœnicum naves Alexander jam haberet. Per eosdem dies etiam ex Rhodo triremes appulere; in quibus una peripolus dicta, & cum hac aliæ novem: ex Solis etiam & Mallo tres; ex Lycia decem, Ex Macedonia quoque navis una 50 remorum; cui præfectus erat Proteas Andronici filius. Neque multo post etiam Cyprii reges 120 navibus Sidonem venerunt; clade quam Darius apud Ilium acceperat audita, ea etiam re territi quod tota Phœnicia in Alexandri potestatem venisset. Iis omnibus Alexander præterita errata ignovit; quod necessitate potius quam sua ipsorum voluntate classem cum Persis junxissent. [ Id. ibid. ] Autophradate quoque relicto, Azelmicus Tyri rex ad urbem suam jam obsessam rediit: in qua & captum eum postea fuisse, Arrianus indicat.

In Libano monte, unde materies ratibus & turribus faciendis Alexandro vehebatur, Arabum agrestes, incompósitos Macedonas adorti triginta ferè interficiunt paucioribus captis. Alexander Perdicca Crateroque ( vel Parmenione, ut Polyænus innuit ) ad obsidionem Tyri relicto, expedita manu Arabiam petiit [ Curt. lib. 4. cap. 8. ] In Arabiam eum excurrisse, notat etiam in quarto Stratagematum libro Polyænus, quod Arrianus clarius explicat; quando illum cum aliquot equitum turmis atque scutatis, Agrianis, & sagittariis in Arabiam contendisse scribit, ad montem cui Antilibano nomen est. & Plutarchus, *ἐπὶ τῷ ἑσθλαῖ τῷ ἀνεστηκῶτι τῷ Ἀντιλίβανῳ, ἢ Ἀραβίᾳ, ἢ Ἀντιλίβανῳ, ἢ Ἀντιλίβανῳ*, in Arabas qui Antilibanum accolunt, eum movisse narrans.

Postquam jam ad montana pervenit, ac relicto equis iter pedibus fecit, aliis longius progressis, ipse nocte ingruente atque non longè ab hostibus festum & fatiscentem Lysimachum pædagogum deserere non sustinens; dum excitat eum & trahit, ab exercitu imprudens cum paucis est divulsus, noctemque in tenebris & acri gelu loco iniquo agere coactus est, Cernens autem procul multos ignes ab hostibus accensos, fretus agilitate corporis, ut Macedonum suorum incommodo mederetur, ad proximum accurrit ignem, & duobus barbaris assidentibus ense cæsis, torrem abreptum ad suos illos paucos pertulit: qui magno statim igne accenso, tantum terrorem barbaris injecerunt, ut noctem illam tuto transergerint. Hæc ex Charete ( Mitylenæo, rerum Alexandri scriptore ) Plutarchus retulit.

Ea regione partim vi subacta, partim pactationibus in suam potestatem redacta, undecim dierum spatio Alexander Sidonem est reversus; ubi Alexandrum Polemocratis filium ex Peloponneso cum Græcorum mercenariorum quatuor millibus venientem reperit. [ Arrian. lib. 2. ]

Parata jam classe ( navium 190 ut Curtius, vel 200 ut Diodorus numerat, ) Alexander ex Sidone solvens, Tyrum instructa acie navigat. In dextro cornu ipse erat, regia quinquaginta vectus: simulque Cypriorum reges, reliquique Phœnices, excepto Phytagora sive Pythagora Cypriorum rege. Nam hic & Craterus lævum totius aciei cornu tenebat. [ Arrian. ibid. Curt. lib. 4. cap. 10. ]

6. Carthaginiensium legati 30. Tyrum venientes, domestico bello Pœnos impediri declarabant, quo minus obsessis auxilium præstare possent. Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab ingenti spe destituti erant: sed conjuges liberosque devehendos Carthaginem traderunt; fortius quicquid accideret laturo, si charissimam sui partem extra communis periculi sortem habuissent. [ Curt. lib. 4. cap. 11. cum Diodoro, ad ann. 1. Olymp. 112. & Justino, lib. 11. cap. 10. ]

Cum Appollo per insomnia urbe se excessurum significasse diceretur: Tyrii superstitione inducti, catenis aureis simulacrum ejus, quod Syraculis ( ut Curtius ) vel Gela potius ( ut ad annum Mundi 3599 ex Diodoro supra notavimus ) eò devexerant Pœni, in basi devinxere; atque Hercules, cujus numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo deo Appollinem retenturi, ejusque ex urbe migrationem impedituri. [ Curt. & Diodor. ibid. Plutarch. in Alexandro. ]

Dum adhuc in obsidione Tyri versaretur Alexander, ad eum à Dario venerunt decem millia decies centum millia in Valerio Maximo perperam leguntur ) talentum pro matris, uxoris ac

liberorum

liberorum dimissione, omnemque regionem inter Hellespontum & Halyn amnem, una cum filia matrimonio, illi offerentes. Quæ legatione in amicorum conventu explicata, Parmenionem dixisse ferunt; se quidem, si Alexander esset, eas condiciones accepturum: Alexandrum vero respondisse; & se si Parmenio esset, ita facturum. Sed Dario, sua sibi dari, rescripsit; iussitque supplicem venire, & regni arbitria victori permittere. [ *Arrian. lib. 2. cum Justino. lib. 11. cap. 12. Curtio, lib. 4. cap. 16. Plutarcho, in Apophlegmatib. & Alexandro, ac Valer. Maxim. lib. 6. cap. 4.* ]

Tyrus capta est archonte Athenis Aniceto (vel Niceta potius, ut eum appellat Dionysius Halicarnassensis in Dinarcho) mense Hecatombæone: [ *Arrian. lib. 2. pag. 49* ] in cuius medio Olympias CXII acta est. Ex Plutarcho vero, Loi Macedonici mensis die 30, Attici Hecatombæonis die 5 & Julii Romani 24 respondente, in fine capitis quinti Dissertationis nostræ de Macedonum & Asianorum anno Solari, docuimus.

Urbem per prodicionem fuisse captam Justinus, ( *lib. 1. cap. 10* ) per stratagemata Polyænus, ( *Stratagem. lib. 4.* ) per apertam viam Diodorus, Curtius & Arrianus narrant. Post captam autem urbem, oppidanos pugnam eo usque continuasse, dum numero plures quàm 7000 conciderentur, Diodorus scribit.

Tyriorum octo millia interfecta, prodit Arrianus. Intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidata esse; & duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies, per ingens litoris spatium pependisse, Curtius refert. Et iuvenes quidem omnes, numero non infra 2000, Alexandrum suspendisse Diodorus memorat. Omnes qui prælio superfuertant, ob memoriam veteris cædis, crucibus eum affixisse Justinus affirmat: servili nimirum crucis hoc supplicio idcirco eos afficientem, quòd Tyrii olim servi conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interfecissent, ipsique rempublicam invasisent; uni Stratonis seni filioque venia data, atque regno ipsi & posteris eius tradito.

De Alexandro vero Justinus addit. *Genus Stratonis inviolatum servavit, regnumque stirpi ejus restituit;* (Ballonymo fortasse illo rege constituto, quem cum Abdalonymo Sidoniorum regulo Diodorus confudit: ) *ingenuis & innocuis incolis insula attribuitis, ut, ex stirpato servili germine, genus urbis ex integro conderetur.* Atque hoc modo Tyrios Alexandri auspiciis conditos fuisse, ex Trogo Justinus asserit. [ *lib. 18. cap. 34.* ] Sed alii omnes everlorem, non conditorem Tyri eum faciunt: Esaiæ quoque vaticinio consentiente, c. XXIII. 1. [ *collat. cum I. Maccab. I. 1.* ] Si Curtio enim credimus: Alexander, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque rectis injici iussit. Si Diodoro, imbellem ætatem femineumque sexum servituti addidit; tanta ejusmodi captivorum turba inventa, ut quamvis maxima pars Carthaginem deportata esset, reliquorum tamen ultra 13 millia numerarentur. Si Arriano: his quidem omnibus qui in templum Herculis confugerant (inter quos, præcipuos Tyriorum principes fuisse dicit, & regem Azelmicum, & Carthaginensium legatos, qui ex veteri consuetudine in honorem Herculis ad Metropolim conveniebant) veniam concessit, reliquos verò in servitutem redegit; Tyriorum & exterorum qui supererant venditis 30 circiter millibus.

Sidonios tamen qui urbem inter victores intraverant, cognationis cum Tyriis memores, (quippe utramque urbem Agenorem condidisse credebant (15 eorum millia furto subducta & navigiis suis occultata Sidonem perduxisse; Tyrumque post excidium renatam fuisse scribit Curtius [ *lib. 4. cap. 15.* ] Post cladem ab Alexandro acceptam, calamitates omnes superavisse & cum navigationibus tum purpurarum captura se recollegisse; Strabo [ *lib. 16. pag. 757.* ] *Parvonia & labore quærendi citò convalescisse;* Justinus. [ *li. 18. cap. 4.* ] & tam citò quidem; ut 18. post plagam ab Alexandro acceptam anno, ut Antigono Alie Domino eam denuò obsidenti non per 7 solum (ut sub Alexandro) sed per ipsos 15 menses resisterit. [ *Diodor. li. 19. ad Olymp. 116. ann. 2.* ] Neque priore sua insula contenta, nunc Alexandri oppugnantis operibus continens effecta, ita terminos suos dilatavit; ut Plinii ætate oppidum ipsum 22 stadia obrinuerit, circuitus 19 passuum millia, intra Palætyro inclusa. [ *Plin. li. 5. cap. 19.* ]

Admetus, qui primus murum ceperat, & cum eo scutati viginti, in ipso occupatæ urbis impetu, in universa vero obsidione, ex Macedonibus 400 ad summum ceciderunt. [ *Arrian. lib. 2.* ]

Alexander Herculi sacrificium fecit, & pompam cum exercitu armato & navibus illi peregit: ludos quoque gymnicos in æde illius multis collucentibus facibus edidit. Navem etiam Tyriam illi sacratam, quam navali incursione ceperat, eidem cum inscriptione dicavit. [ *Id. Ibid.* ] Apollinis vero simulacro aureas catenas & vincula detraxit; & *οὐρανὸς ἀστεὴρ* sive Alexandri amicum appellari iussit. [ *Diodor. Olymp. 112. ann. 1.* ] Eiusdemque nominis die eademque hora (ut Timæus refert) qua Carthaginenses simulacrum illud Gelois abripuerant, Græci magnifico sacrificiorum munereque apparatu illi litarunt, quasi ejus beneficio Tyrum expugnassent. [ *Id. ad Olymp. 93. ann.* ]

Alexander capta Tyro Judæam invadit. [ *Euseb. Chronic. cum Plin. li. 12. cap. 25.* ] & Syriam quæ Palestina vocatur in suam potestatem adduxit [ *Arrian. li. 2. pag. 50.* ] urbes imperii jugum adhuc recusantes, ipse obiens. [ *Curt. li. 4. cap. 17.* ] Cum vero Hierosolymam, sicut comminatus fuerat, peteret, Jaddus Pontifex, ejus iram timens, ad Deum pro salute publica supplicationibus sacrificisque confugit: à quo per somnium est monitus, ut coronata urbe portas aperiret, ipse cum sacerdotibus solenni sui ordinis ornatu sumpto, populus autem obviam pro-

cederet

cederet candidatus. Id agmen è longinquo conspicuus Alexander, ad Pontificem accessit solus; & adorato Deo, cujus nomen aureæ tiaræ laminæ cernebatur inscriptum, prior ipsum salutavit. Eiusque rei causam à Parmenione rogatus, respondit; in Macedonia adhuc, cogitanti sibi de Asiæ imperio, tali specie & habitu qualem hic cerneret visum virum, authorem fuisse hujus expeditionis suscipiendæ, & spem successuum fecisse. Inde sacerdotibus deducens ingressus in urbem est, & ascendens in Templum immolavit Deo ex Sacerdotis præscripto: ostenditque sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellaturum significat, (Dan. VIII, 7, 20, 21. & XI. 13.) hunc ipsum se esse interpretatus, lætus dimisit multitudinem. [Joseph. lib. 11. cap. ult.]

Sequenti vero die vocatis eis iussit ut quicquid vellent peterent. Perentibusque ut patriis legibus vivere sibi liceret, utque septimo quoque anno (quo agri non conserebantur) tributorum eis daretur immunitas; concessit omnia. Rogantibus deinde ut eos quoque Judæos qui Babyloniam ac Mediam colerent, sineret legibus uti propriis; hic etiam postulatis eorum satisfacturum se est pollicitus. (quum illorum sc. locorum futurus esset Dominus.) Et cum fecisset eis potestatem, si qui vellent, salvis suis ritibus sequi ejus militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Atque his apud Hierosolimam actis, inde in alias propinquas urbes movens exercitum, ab omnibus amicè excentus est. [Id. ibid.]

Samaritæ quorum tunc metropolis erat Sicima, sita ad montem Garizin & habitata à desertoribus gentis Judaicæ, Alexandro penè in Hierosolymitano agro, una cum militibus quos ad eum Sanaballates miserat, occurrunt: rogantes ut ipsorum urbem invasit, & quod apud eos erat Templum præsentia sua honoret, quod ille pollicitus est, post reditum se facturum. Cumque postularent ut septimi anni tributum sibi remitteretur, quod in eo nec ipsi quoque sererent: Hebræos se esse dicentibus, ( utpote à Josepho ejusque filiis Manassè & Ephraïmo oriundos) Judæos vero esse negantibus, rem ad suum reditum ille distulit. [Id. ibid.]

Ex prætoribus Alexandri, Callas Paphlagoniam ( quæ post Issicum prælium defecerat, ) Antigonus Lycaoniam, Balacrus Idarne prætorè Darii superato Miletum recepit. [Curt. l. 4. c. 17.]

Alexander Ciliciam Socrati tradiderat; Philota ( Parmenionis filio ) regioni circa Tyrum iussu præsidere, Syriam quæ Cæle appellatur Andromacho Parmenio tradiderat, bello quod supererat interfuturus. Rex, Hephæstione Phœnicis oram classe prætervehi iussu, ad urbem Gazam cum omnibus copiis venit. [Id. ibid.] atque in ea Perfarum præsidii defensione, oppugnanda duos menses absumpsit. [Diodor. Olymp. 112. ann. 1. Joseph. lib. 11. cap. ult.]

Perfici præsidii ibi præfectus erat Babemeses ( ut Josephus ) vel Batis ( ut Curtius & Arrianus eum appellant ) eumuchus eximie in regem suum fidei: qui mercenariis Arabibus conductis, multoque antea frumento collecto, modico præsidio muros ingentis operis tuebatur.

Alexander duo in obsidione urbis vulnera accepit. Batis, ab eo captus, loro crudeliter per talos trajecto religatus ad currum & equis circa urbem raptatus est. Cecidere Perfarum Arabumque circa decem millia: nec Macedonibus incruenta victoria fuit. [Curt. lib. 4. cap. 10.] Alexander Gazensum uxoris & liberis in servitutem redactis, coloniaque ex finitimis in urbem deducta, eo tanquam præsidio ad bellum est usus. [Arrian. fin. lib. 2.] Unde non simpliciter, sed ratione prioris urbis status habita, Strabonis illa de Gaza verba sunt accipiendæ. [lib. 16. pag. 759.] Ἰσθμὸς ἀπὸ τῆς Ἰερουζαλὴμ, καὶ τῆς Ἰερουζαλὴμ ὁ δὲ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐκ τῆς Ἰερουζαλὴμ, ὅλιμ ἰλιούρις ἦν; sed ab Alexandro dissoluta, manet deserta, nisi posteriolem Gazam alio in loco positam fuisse dicamus: quod, in libro de locis Hebraicis, ita affirmat Hieronymus. *Quaritur, quomodo in quodam Propheta dicatur Gaza futura in ætulum sempiternum. Quod solvitur ita: antiquæ civitatis locum vix fundamentorum præbere vestigia; hanc autem qua nunc cernitur, in alio loco pro illa qua corruit edificatam.*

Alexander res ad Gazam exsecutus, Amyntam ( Andremonis filium ) cum decem triremibus in Macedoniam misit; ut eximios quosque juvenes ad militiam delectos inde secum adduceret. [Diodor. ad Olymp. 112. ann. 2. Curt. lib. 4. cap. 19.]

3 6 7 3 4. Alexander inde in Ægyptum, quò primum iter instituerat, contendens, septimo postquam Gaza moverat die, in regionem Ægypti castra Alexandri postea vocatam & urbem Pelusium pervenit. [Arrian. init. lib. 3. Curt. li. 4. cap. 20.] non, retro converso itinere, Hierosolimam ( uti minus consideratè à Josepho est traditum ) Gaza expugnata petiit.

Ægyptiorum ingens multitudo, Alexandri adventum expectans, Pelusium convenerat: qui Perfarum insolentia, avaritia, & sacrilegio offensi, animo lubente Macedones receperunt. [Curt. ibid. Diodor. ad Olymp. 112. ann. 2.]

Præsidio Pelusio imposito, navibusque adverso flumine Memphim petere iussis, Alexander Heliopolim contendit, Nilum à dextra habens: oppidisque quotquot in itinere erant deditione receptis, Heliopolim per desertam pervenit. Inde, trajecto flumine, Memphim profectus est. [Arrian. lib. 3.] nec sustinuerunt adventum ejus Persæ, defectione Ægyptiorum perterriti. Jamque haud procul Memphi erat; cum in ejus præsidio Astaces prætor Darii relictus octingenta talenta Alexandro omnemque regiam suppellectilem tradidit: ut apud Curtium, lib. 4. cap. 20 legitur, in quem tamen Astacis nomen irrephisse videtur, pro Mazacis; quomodo & ipse in quarto ejusdem libri capite eum appellat; & Arrianus in lib. 3. initio ubi Mazacem Persam, Ægypti satrapam à Dario constitutum, Alexandrum in provinciam atque urbes amicè recepisse narrat.

Memphi

Memphi sacrificiis, ludisque gymniciis ac musicis (ad quos præstantissimi quique è Græcia artifices convenere) peractis, inde secundo flumine Alexander ad mare devehctus est: scutatos & sagittarios atque Agrianos, & regiam turmam equitum sociorum navibus imponens, quumque Canopum venisset, elegit urbi locum inter mare (Ægyptium) & Mariam (sive Mareotidem) paludem, quam nomine suo Alexandriam appellari voluit. [Arrian. lib. 3.] in cujus parte ea quæ mari & navalibus imminerebat, positus erat vicus, cui *Rhacotis* nomen fuit, [Strabo, lib. 17. pag. 792. Pausan. in Eliac. 1. pag. 169. Tacit. Histor. lib. 4. cap. 84.]

Alexandriam condidit Alexander anno regni sui, non 7. ut Eusebius in Chronico, & ex eo Cyrillus Alexandrinus in libro primo contra Julianum & Cedrenus referunt) sed 5. Olympiade CXII. (ut est apud Solinum, cap. 32.) & quidem anno ejus primo; non, ut apud Diodorum est, secundo, multoque minus, ut apud Eusebium, tertio. Verum enim tempus Alexandriae condictricæ, rerum inter Tyri expugnationem & pugnam ad Gaugamela gestarum series ignorare nos non sinit. Unde & a 5. anno Darii, & Thoth Nabonafari 417. (qui in 14. Novembris Juliani incidit, corrente Olympiadis CXII. anno 1.) Ptolemæus Alexandrinus in Regum Canone anno *Alexandri*, quem (in Præfatione *αλεξανδριανων*, quorum pars est Canon iste) Alexandrinorum more *αλεξανδριανων* five *Conditorem* suum nominat, deducit.

Urbem metatus est *Dinocrates* (quem Plutarchus tum in Vita tum in libro 2. de fortuna Alexandri *Stasieratem*, alii libri aliter nominant) nobilis ille architectus, cujus in Dianæ incenso Templo restaurando Ephesii opera sunt usi: alterum idcirco à conditore in memoria locum detinens. [Strabo, lib. 14. pag. 641. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 4. Vitruv. proem. lib. 2. Plin. lib. 5. cap. 10. & lib. 7. cap. 37. Solin. cap. 32. & 40. Ammian. Marcellin. lib. 22.]

b. Tunc instare operi quibus id demandaverat jussit, ad Jovis Hammonis oraculum Alexander profectus est [Plutarch. in Alexandro, cum Arrian. lib. 3.] ambitione quadam inductus, quod Perseum & Herculem prius eo adscendisse intelligeret: ut in ejus historia narrat Callisthenes. [apud Strabon. lib. 17. pag. 814.]

Parætonium igitur usque secus mare per solitudinem profectus, sed non omnino inaquosam, per 1600. stadia iter fecit: ut tradit Aristobulus. [apud Arrian. lib. 3. pag. 53.]

Circa itineris medium, legati Cyrenensium illi occurrerunt, coronam afferentes cum donis magnificis: inter quæ 300. equi erant ad bella condecesfacti, & 5. quadrigæ de præstantissimis. Quibus acceptis, amicitiam & societatem cum illis junxit. [Diodor. ad Olymp. 112. ann. 2.]

Dum Parætonio Mesogabam, ubi Hammonis templum est, per sticulas arenas pertenderet, & austrinis incidentibus flatibus per pulverem vagaretur; imbrium superventu, & duorum corvorum ductu, servatum esse narrat Callisthenes. [apud Strabon. ut supr.] illa quoque addita fabella: corvos illos vocibus & crocitu, si qui nocte aberrarent, revocasse atque ad vestigium viæ reduxisse. [Id. apud Plutarch. in Alexandro.] Ptolemæus Lagi filius dicit dracones duos, clamore edito, agmen præcessisse, eosque in oraculi sedem & duxisse & reduxisse. Sed Aristobulus (cui plures assentiunt) duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces extitisse. [Arrian. lib. 3.]

Ad amaram (ut nominant) paludem deveniens, atque inde stadiis 100. superatis, urbes Hammonis nomine celebres præteriens, hinc unius diei itinere peracto ad Hammonis lucum & templum pervenit. [Diodor. ut supr.]

Ibi, quum subornasset antistites, quid sibi responderi vellet, hi templum ingredientem statim Hammonis filium salutant. [Justin. lib. 11. cap. 11.] Ita certus Alexander fuit, nobisque prodidit, diis ipse mutis & surdis, vel in potestate est antistitis quid velit fingere, vel in voluntate consulentis, quid malit audire. [Oros. lib. 3. cap. 16.]

Soli Regi Sacerdotem concessisse, ut in Templum ingrederetur habitu consueto, (cæteris omnibus vestem mutare & foris oraculum adire jussis:) atque alia quidem magna ex parte nutu & signis, hoc vero expressis verbis eum Regi dixisse, esse ipsum Jovis filium; scripsit Callisthenes. [apud Strabon. ut supr.] Ipse vero in epistola ad matrem Alexander oracula quedam sibi ait arcana reddita, quæ reversus soli ei relaturus esset. [Plutarch. in Alexandro.]

Idem, vel in eadem vel in alia ad matrem epistola (quam & à Tertulliano, in lib. de Pallio cap. 3. citatam fuisse non dubito) à magno antistite sacrorum Ægyptiorum quodam Leone secretum sibi proditum retulit; quod Dii homines quondam fuerint; & in eorum cultu majorum & regum suorum memoriam gentes servaverint. [Augustin. de Civit. Dei, lib. 8. cap. 5. & de consens. Evangelist. lib. 1. cap. 23. Minutius Felix in Octavio; cum Cypriano, de idolol. vanitate.] Et quum in fronte epistolæ suæ ita is scripsisset; Rex Alexander, Jovis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit: scite rescriptis illa ad hanc sententiam. *Amabo mi fili quiescas, neque deseras me, neque criminere adversum Junonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, quum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris.* [M. Varro, in libro cui titulus *Orestes vel de insania*; apud A Gell. lib. 13. cap. 4.]

Alexander accepto responso sibi (ut dicebat) grato, in Ægyptum rediit: eodem, ut Aristobulus auctor est, quo venerat itinere, ut verò Ptolemæus scribit, rectiore via Memphim reversus. [Arrian. lib. 3.]

Quum Memphim pervenisset, novæ ad eum accesserunt copię: ab Antipatro mercenarii Græci 400, quibus præerat Menætas Hegesandri filius; ex Thracia equites circiter 500. quibus præfectus erat Astelepidorus Eumici filius. Eo loci Jovi regi sacrificavit, donaque

4383

331

cum exercitu armato misit: ludos etiam gymnicos & musicos exhibuit. [ *Id. ibid.* ]

Finitimis urbibus commigrare Alexandriam iussit, novam urbem magna multitudine implevit, & caput Ægypti esse iussit. [ *Curr. lib. 4. cap. 21. Justin. lib. 11. cap. 11.* ] Ad quam coloniam Judæos etiam devocavit: quorum virtutem approbans, & fide dignos inveniens, *γίεας ἢ συμμάχας ἴδους τὸ ματιόν κ' τῆν πόλιν ἐξ ἰουδαίας πρὸς Ἐρῶνας*, societatis premium eis dedit jus civitatis æquale cum Græcis; ita ut eorum ibi tribus, non Alexandrinorum solum, sed etiam Macedonum appellationem sortita fuerit. [ *Joseph. lib. 2. de Bello, κ. 9. 15. pag. 816. & lib. 2. contr. Apion. pag. 1063. edit. Græco latin.* ]

Alexander quoque Sanaballatis Cuthæ militibus, quos sequi se in Ægyptum iusserat; agros in Thebaide divisit: custodia regionis illius eis relicta. [ *Joseph. Antiquit. lib. 11. cap. ult.* ]

Cupiditate tenebatur ipse non interiora modo Ægypti, sed etiam Æthiopiam invivendi: sed imminens à Dario bellum otiosæ peregrinationi tempora exemit. Itaque Ægypto præfecit Æschylum Rhodium & Peucestem Macedonem, quatuor millibus militum in præsidium regionis ejus datis: claustra Nili fluminis Polemonem tueri iussit; 30. ad hoc tremibus datis. [ *Curr. lib. 4. cap. 21.* ] Et terrestribus quidem copiis quas in Ægypto reliquerat, duces illum præfecisse Peucestem Marcatati & Balacrum Amyntæ filium, classis (quæ Nili ostia & Ægyptium pelagus tueretur) Polemonem Theramenis filium, Arrianus affirmat. Civilem vero universæ Ægypti administrationem Doloaspi Ægyptio commisisse eum significat.

Africæ, quæ Ægypto juncta est, præpositum fuisse Apollonium, vectigalibus ejusdem Africæ Ægypticæ Cleomenem, scribit Curtius: atque in eandem sententiam Arrianus, Libyæ finitimæ (Ægypto ad Occidentem) Alexandrum præfecisse Apollonium Charini filium, Arabiæ vero quæ est ad urbem Heroum (ad Orientem, qua Petrææ Arabiæ Ægyptus est contermina) Cleomenem; mandato dato, ut huic tributa penderentur, legum autem imperium juxta veterem consuetudinem penes præfides esset. Apud Aristotelem in 2. Oeconomicorum libro, *Κλειρόνης Ἀλεξανδρὸς Ἀρῶνι καταστάσαν* apud Arrianum in 3. historiæ Alexandri, *Ἐρ. αὐκ. ε. 21.* ille fuisse legitur. Sed in hoc, *τὴν ἐκ Μυραετῶν* sive *Ναυκεστῶν*, in illo, *Ἀλεξανδρὸς Ἀρῶνι καταστάσαν*, restituendum censet sagacissimus Freinshemius: ut Naureratis (Milesiorum in Ægypto coloniarum civis) civis ille fuerit, Alexandriæ satrapa. Hujus enim porro ædificandæ & colonis complendæ curam illi fuisse commissam, partim ex Aristotele intelligitur, qui ab Alexandro illi injunctum narrat, ut urbem juxta Pharum (7. stadiorum freto ab Alexandria dirempta ea est) incolis frequentaret, & emporium quod prius Canopi fuerat eo traduceret; partim ex Justino, qui Cleomenem Alexandriam ædificavisse, in lib. 13. cap. 4. discrete asserit. Quo spectat & Alexandri anno post hunc octavo ad ipsum scripta epistola: qua Hephæstioni mortuo templum cum in urbe Alexandrina tum in Pharo insula exædificari mandabat; & tabulis contractuum quoscunque negotiatores inter se conficerent nomen illius inscribi. Refert Arrianus, in libro historiæ suæ 7. ubi Cleomenem hunc improbum hominem fuisse refert, & multis Ægyptios injuriis affectisse.

Alexandrum, cum secundo Nilo deflueret, assequi cupiens Hector Parmenionis filius, eximio ætatis flore, in paucis Regi charus, parvum navigium conscendit, pluribus quam capere posset impositis: indeque mersa nave perit. Rex amissi ejus desiderio vehementer afflictus est, repetitumque corpus magnifico extulit funere. [ *Curr. lib. 4. cap. 21.* ]

Oneravit hunc dolorem nuncius mortis Andromachi, quem præfecerat Syriæ. Eum vivum Samaritæ cremaverant. Atque ad ejus interitum vindicandum, quanta maxime celeritate potuit, Alexander contendit. [ *Id. ibid.* ]

c. Alexander igitur, Nilo flumine ejusque anfractibus omnibus circa Memphim ponte stratis, incunte vere Memphi in Phœniciam movit. [ *Arrian. lib. 3. pag. 55.* ] In itinere, traditis illi qui prætorem interemerant & supplicio affectis, in Andromachi locum Memnona substituit. [ *Curr. lib. 4. cap. 21.* ] Samaritam urbem captam Macedonibus ad inhabitandum tradidit; ut habet Eusebius (& ex eo Cedrenus) in Chronico: regionem vero Samaritidem Judæis ob fidem ab eis illi præstitam, à tributi pensione immunem adject; ut ex Hecateo Abderita refert Josephus. [ *lib. 2. contr. Apion. pag. 1063.* ] Templum tamen in Garizin monte situm mansit incolome: & si quis apud Hierosolymitas aut illiciti cibi sumpti, aut violati Sabbati, aut similis criminis reus ageretur; ad Sicimitas confugiebat, calumniam se passum dicitans. [ *Joseph. Antiquit. lib. 11. cap. ult.* ] cujusmodi non hic solum, sed in Ægypto etiam inter Alexandrinos Judæos & Samaritas, ob diversum utriusque Templi cultum, similitates deinceps extiterunt. [ *ut apud eundem libro 12. cap. 1. & lib. 13. cap. 6. videre licet.* ]

Alexander Tyrum perveniens classem, quam præmiserat, ibi reperit: & Herculi rursus sacrificavit, ludosque gymnicos & musicos edidit. [ *Arrian. lib. 3.* ] In eis Cypriorum reges erant choragi: ex quibus, ad histriones maxime conspicuos exhibendos, forte delecti; Nicocreon Salaminius Thessalum protulit, cui ipse favebat Alexander, Pasferates vero Solius Athenodorum, qui victor suffragiis est renuntiatus. [ *Plutarch. in Alexandro.* ] Cypriorum autem reges, à Dario ad Alexandrum deficientes, jam antea Tyrum oppugnanti classem miserant: indeque jam illis pro merito honor ab eo est habitus. [ *Curr. lib. 4. cap. 21.* ] De Nicocreonte tamen in cœna ad Alexandrum dixisse ferunt Anaxarehū Abderitam philosophum, (ut in Vita ejus habet Lærtius) oportuisse etiam caput satrapæ cujusdam illic apponi: quod dictum crudelissimæ mortis causa illi postea extitit.

Tributis

Tributis colligendis in Phœnicia Cæranum Berthæum Alexander quæstorem constituit; in Asia Philoxenum, qui trans Taurum vētigalia cogeret. Pecuniarum autem quas penes se habebat Harpalo, in horum locum suffecto, curam dedit. In Lydiam Menandrum unum ex sociis satrapam misit; Clearcho exteris, quorum dux erat Menander, suffecto. In Arimæ locum Aselepiodorum Eunici filium Syriæ satrapam constituit. [ *Arrian. lib. 3.* ]

His compositis, Alexander Herculi Tyrio ex auro craterem cum triginta pateris dicavit: imminensque Dario, iter ad Euphratem pronunciari iussit. [ *Curt. lib. 4. cap. 21.* ]

Ut ad Dariam fama pervenit, Alexandrum eum, quamcumque adisset regionem, esse periturum; omnia longinquarum gentium auxilia Babylonem contrahi iussit. Cumque dimidio ferme major esset exercitus, quam qui in Cilicia (ad Issum) fuerat; multis arma deerant: quæ summa cura comparabantur. [ *Curt. lib. 4. cap. 22.* ] Unde mendosus apud Curtium numeros esse liquet. [ *ibid. cap. 27.* ] ubi summa totius exercitus; equitum 45. millium & peditum 200. millium fuisse legitur: quum longe plures Dario in Issica pugna adfuisse constet. Minorque etiam iusto numerus est ille, qui apud Justinum [ *lib. 11. cap. 12.* ] & Orosium [ *lib. 3. cap. 17.* ] cernitur: 400. (vel 404, ut est apud Orosium) millium peditum, & 100. millium equitum. Plutarchus, in *Alexandro*, 10. myriadas (100. myriades, in *Apophlegmatibus* ejusdem, vitiose omnino, habentur) sive millena millia numerat: cum quo & Diodorus facit, [ *libro 17.* ] 80. peditum myriadas, & haud minus 20. equitum, fuisse dicens. Arrianus vero eundem aciei terrestri millium millenorum numerum tribuit, quem Plutarchus toti exercitui: 40. præterea equitum millia adjiciens ( licet pro τὴν ἐπιπλεονεκτήσιν alii τὸν ἀριθμὸν ἐπιπλεονεκτήσιν, sive 400 millia, hic reponi malint: tum ut æquior aliquanto inter equitum & peditum numerum servaretur proportio; tum ne tanto minor quam in Issico prælio compareret equitatus, quem in hoc majorem præfinito fuisse, in lib. 4. cap. 22. confirmat Curtius: ) cum curribus falcatis 100. ( in quem numerum Diodorus etiam & Curtius consentiunt ) & elephantis circiter 15, quos Indi adduxerant, quum totus Alexandri exercitus, equites ad 7. millia, pedites circiter 40. millia tantum haberet. [ *Arrian. lib. 3.* ]

Darius cum ingenti suo exercitu Babylone Ninum versus movens, à dextra parte Tigrim fluvium, à læva habebat Euphratem: agmen Mesopotamiæ campos impleverat. [ *Diodor. ad ann. 2. Olymp. 112. Curt. lib. 4. cap. 22.* ] Tigris deinde superato, cum audisset haud procul abesse hostem; Satropacem equitum præfectum cum mille delectis præmisit. Mazæo prætori sex millia data, ( tria fere millia equitum Arrianus hic habet; in quibus duo Græcorum mercenariorum mille fuisse ait ) quibus hostem transitu annis arceret. Eidem mandatum, ut regionem, quam Alexander esset aditurus, populareretur aut ureret: quippe credebatur inopia debellari posse nihil habentem, nisi quod rapiendo occupasset. Ipse Arbela profectus est: ibique commeatum sarcinarumque majore parte deposita, ad Lycum amnem pervenit; quem ponte junxit, & per dies quinque trajecit exercitum. Inde vero 80. stadia progressus, ad Bumellum amnem castra posuit. [ *Curt. ibid.* ] Arrianus castra eum Gaugamelis ad flumen Bumellum ( ita enim in lib. 6. pag. 131. non ut in lib. 3. cap. 57. Bamadam, appellat ) posuisse dicit, plano undique & patenti campo. Quicquid enim inæqualis soli erat, æquari Darius iussit; ut commodus ad equitandum fieret, liberque oculorum undique pateret prospectus. [ *Arrian. Curt.* ]

d. Thapfacum pervenit Alexander, mense Hecatombæone, archonte Athenis Aristophane. [ in anni videlicet 2. Olympiadi CXII. ipso initio. ] Hic Euphratis erat vadum: quod duobus pontibus junctum Alexander reperit; sed qui imperfecti ad alteram usque ripam non pertingerent. Mazæus, cui Darius annis tutelam mandaverat, statim atque Alexandrum appropinquare cognovit, cum omnibus copiis inde aufugit. Post ejus fugam pontibus in ulteriorem ripam jactis Alexander universum exercitum traduxit. Inde alterius per Mesopotamiam, ad lævam Euphratem & Armeniæ montes habens, Babylonem contendit, sed non recta via; quod alia via commodior exercitui propter pabuli copiam futura esset, neque æstus tantopere gradientes torreret. In itinere exploratores nonnulli longius ab exercitu Darii speculatum digressi, capti significarunt Darium ad Tigrim fluvium consedisse, & Alexandrum transitu prohibiturum; multoque majores copias habere, quam quibuscum in Cilicia pugnaverat. Verum Alexander eo profectus, neque Darium ipsum, neque ullum ab eo præsidium ibi relictum invenit. [ *Arrian. lib. 3.* ]

Alexander per Tigrim, non labore solum maximo, sed etiam extremo cum periculo ob fluminis rapiditatem, copias suas nemine prohibente traduxit: nec quidquam præter paucas sarcinas desideratum est. [ *Id. ibid. Diodor. Olymp. 112. ann. 2. Curt. lib. 4. cap. 23.* ] Ab Euphratis autem tractu apud Thapfacum, usque ad hunc Tigris transitum, stadia 1400. ( al. 2400. ) Eratosthenes numerat. [ *Strabo, lib. 2. pag. 79. & lib. 16. pag. 746.* ]

Motis castris, à Tigri per Assyriam Alexander exercitum duxit: à sinistra habens Sogdianorum montes, à dextra Tigrim. Quarto deinde post transitum die, Mazæus adversus eum mille præmisit equites: in quos Alexander præfectum Pæonum equitum Aristonem ferri iussit. Ille præfectum equitatus Persarum Satropacem directa in guttur hasta transfixit, fugientemque per medios hostes consecutus, ex equo præcipitavit, & obluccanti caput gladio abscidit: quod relatum ante Alexandri pedes posuit, dicens; Hoc donum, Rex, apud nos poculo auro penatur. Arridens Alexander, Nempe vacuo, inquit: ego vero plenum mero tibi propino. [ *Arrian. lib. 3. Curt. lib. 4. cap. 23. Plutarch. in Alexandro.* ]

Biduo ibi stativa Alexander habuit: in proximum deinde diem iter pronuciari iussit. Sed prima fere vigilia Luna deficiens, primum nitorem sideris sui condidit, deinde sanguinis colore luffuso lumen omne fœdavit: sollicitique sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio, & ex ea formido quædam militibus incussa est. [Curt. *ibid.* cap. 23. & 24.] Apud Arbela, Lunam defecisse noctis secunda hora, eandemque in Sicilia exorientem, recte retulit Plinius, lib. 2. cap. 70. non hora quinta in Arbelis, Carthagini hora secunda; ut in Ptolemai Geographia (lib. 1. cap. 4.) legitur. Recte etiam Plutarchus in *Alexandro*, eam mensis Boëdromione defecisse affirmat, *ἡ τῶν Μηνῶν ἡ Ἀδύων ἀρχὴ* in mediū videlicet Boëdromionis plenilunio; quo magna Atheniensium *Mysteria*, per dies aliquot continuata, peragi primum cœperunt. Hoc autem anno, in prima parte noctis quæ Septembris Juliani diem 20. terminabat, Eclipsim hanc contigisse, Astronomicus ostendit calculus.

Ut consternati militum Alexandri animi erigerentur, consulti ab Alexandro Ægyptii vates respondebant; Solem Græcorum, Lunam esse Persarum: quoties illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi. [Curt. *lib.* 4. cap. 24.] Alexander Lunæ, Soli, ac Terræ, a quibus eclipses fieri dicuntur, sacrificium fecit. Aristander, vates ipsius, felicem ac faustum successum Alexandro & Macedonibus per Lunæ defectum portendi pronuciabat; preliumque eo ipso mense committendum esse, & sacrificia ipsa victoriam Alexandro portendere. [Arrian. *lib.* 3. 9.]

Erectis jam ad spem & fiduciam militibus, Alexander impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra movit. Dextra Tigrim, læva montes Gordyæos habebat. Proxima luce, cum paucis suorum mille ferme Persarum exploratores assecutus, alios cæcidit, alios cepit; equitesque præmisit simul speculatum, simul ut ignem quo Barbari cremaverant vicos extinguerent: quippe fugientes raptim tectis acervisque frumenti iniecerant flammam: quæ cum in summo hæssissent, ad inferiora nondum penetraverant. Extincto igitur igne plurimum frumenti repertum est: & Mazæus, qui antea per otium vicos incenderat, jam fugere contentus, pleraque inviolata hosti reliquit. [Curt. *lib.* 4. cap. 24.]

Alexander haud longius 150. stadiis Darium abesse compererat. Itaque ad satietatem quoque copia commearum instructus, quatruiduo in eodem loco subsistit. [Id. *Ibid.*]

3674 4. Interceptis deinde Darii literis, quibus Græci milites sollicitabantur ut regem interficerent, aut proderent; castra movit. [Id. *lib.* 4. cap. 25.]

Statira, Darii soror & uxor, itineris continui labore animique ægritudine fatigata, ex collisione abjecti partus decessit: cuius morti illacrymatus Alexander, exequias ejus, nulli parcens sumptui, benigne est prosecutus. [Id. *ibid.* Justin. *lib.* 11. cap. 12. Plutarch. in *Vita.* & *lib.* 2. de fortuna Alexandri.]

Tireus vel Tyriotes spado, inter trepidationem lugentium elapsus, Dario mortem conjugis nunciavit: qui primum vehementissime perturbatus, deinde intellecta Alexandri clementia & continentia, ad cælum manus tendens precatus est ut, si de se jam transactum esset, ne quis alius in Cyri folio federet quam iste tam justus hostis, tam misericors victor. [Curt. & Plutarch. *ibid.*]

Darius humanitate & continentia Alexandri victus, ad novas pacis condiciones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: pro matre & duabus virginibus filiabus triginta millia talentum (auri additamentum, quod in *Curtio* bis hic occurrit, tollendum esse ex collatione cum *Justin*o liquet, & cum *Diodoro* etiam; si τάλαντα ἀργυρίου τελευταῖται, id est: pro rege, uti res postulat, apud eum reponamus) & alteram filiam (*Sapinam*, *Statipnam*, *Sartinam*, & *Statyram*, in variis editionibus Curtii, lib. 4. cap. 16. dictam) uxorem, & quidquid inter Hellespontum & Euphratem est, in dotem ejus offerens. Quibus ab Alexandro responsum est datum: modo milites suos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem ipsius, à Dario pecunia fuisse sollicitatos; ideoque ad interneconem eum persequendum esse, non ut justum hostem sed ut percussorem veneficum, & quæ ille amisit, & quæ adhuc habet, præmia esse belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum quod proxime lucis assignatura fortuna est. [Curt. *lib.* 4. cap. 26. Justin. *lib.* 11. cap. 12. Diodor. *Olymp.* 112. ann. 2.]

Dimissi legati, Dario nunciant adesse certamen. Ille confestim Mazæum cum tribus equitum millibus, ad itinera quæ hostis petiturus erat occupanda, præmisit. Reliqui, acie disposita, decem stadia procedebant, iussique subsistere armati, hostem expectabant. Alexander, omni graviore comitatu intra munimenta cum modico præsidio relicto, ad hostem contendit. [Curt. *ibid.* cap. 26 & 27.]

Panicus timor Alexandri exercitum invasit. Cæli enim fulgor tempore æstivo ardenti similis internitens, ignis præbuit speciem; flammæque ex Darii castris splendere, velut illati temere præsidii illius, credebant. Alexander per tubicinem signo securitatis dato, peditum antesignanis mandavit, ut ante pedes arma ponerent, atque idem sequentibus se dicerent. Omnibus ex ordine id facientibus, nullam subiti causam esse terroris, sed procal stare hostem, Alexander indicavit. Tandem compotes sui, pariter arma & animos receperunt: nec quidquam ex præsentibus tutius visum est, quam in eodem loco castra munire. [Id. cap. 28. Polyan. *Strategem.* lib. 4.]

Nectru Alexander copiis eductis, circiter secundam vigiliam movit, ut prima statim luce manus cum barbaris confereret. [Arrian. *lib.* 3.]

Postero die Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle ex quo Macedonum prospiciebantur castra confederat, ad Darium rediit. Macedones cum ipsum collem occupaverunt: quod & tutior plantie esset, & inde acies hostium quæ in campo explicabatur conspici posset. [Curt. lib. 4. cap. 29.]

Mercenarium deinde ex Pæonia militem præcedere Alexander jubet. Ipse peditum phalangem in duo cornua extenderat: quorum utrumque tegebant equites. [Id. ibid.] Distabant castra à castris 60. ferme stadiis. Jamque ad ipsos prope tumulos exercitus Alexandri processerat: quum, inspectis barbaris, cum suis ille consultavit; an ex eo loco phalanx in hostem agenda esset, an positis tum ibi castris, omnis ille locus in quo prælium erat committendum, accuratius esset perlustrandus. Prior plurium erat sententia: Parmenionis posterior, quam & Alexander probavit. [Arrian. lib. 3.] Melius igitur ille ratus in eodem tumulo castra munire, vallum jaci jussit: strenueque opere perfecto in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conspiciebatur, secessit. [Curt. ut supr.]

Servitia, quæ Alexandri castra sequebantur, per ludum inter se velitabantur; unius partis duce Alexandro, alterius Dario ab ipsis nuncupato. Quod ubi accepit Alexander; ipsos jussit solos congregari duces. Alexandrum ipse armavit, Philotas Darium. Spectavit exercitus pugnam, omen ex eventu capturus. Acri conferta pugna, ille qui Alexander dicebatur vicit; donoque duodecim vicos & jus stola Persica utendi accepit. [Eratosthenes: apud Plutarch. in Alexandro.]

Accedentes ad Alexandrum amici, de militibus sunt conquesti; quod in tentoriis colloquia agitantibus componerent inter se, totam se in suum lucrum versuros prædam, nihilque inde in ætærium regis illaturos. Tum subridens Alexander: *Bona*, inquit, *nunciatis, audio enim colloquia hominum, non fugere sed vincere paratorum.* Multique tum ad eum accesserunt milites, bono esse animo jubentes, neque multitudine hostium terri: quod ne ipsorum quidem vociferationem (barritum enim militarem; *εὐροὶ* hic denotat, non *axillarum fectorem*, ut Xylander reddidit) essent toleraturi. [Plutarch. in Apophthegmatibus.]

Noctæ, quæ à defectione Lunæ erat undecima, quum exercitus utrinque in conspectu essent; continuit Darius copias suas in armis ad faces ordines suos lustrans: toto campo inter Niphatem & Gordyæos montes interposito barbaricis luminibus undique collucente. Alexander, quiescentibus Macedonibus, cum vate Aristandro pro tabernaculo suo sacris quibusdam arcanis operabatur, atque Apollini immolabat. [Id. in Alexandro.] vel, ut res à Curtio est expressa: Aristander in candida veste verbenas manu præferens capite velato, præbat preces regis, Jovem, Minervam Victoriæque propitiantis.

Parmenioni & aliis amicorum pluribus suadentibus, ut intempesta nocte hostes adoritur, & contegeret tenebris summum instantis terrorem certaminis, Alexander respondit; se non futuraturum victoriam. [Plutarch. Curt. Arrian.] Darius vero metuens ne ejusmodi quid accideret, & castra accurate munita non haberet; cum exercitu, quemadmodum initio aciem instruxerat, ita totam noctem stetit. Quæ longa in armis mora, si quid aliud, Persarum rebus sequente die damno fuit. [Arrian.]

Alexander, de summa rerum anxie sollicitus, noctem illam insomnem duxit. Circa excubias vero matutinas somno tam profundo correptus quievit, ut nec orta jam luce expergescere potuerit. Amicisque causam tam alti somni quærentibus respondit, omni se metu ac sollicitudine à Dario exoneratum, qui copias in unum locum congregasset: quod uno jam die diuturnorum laborum & periculorum se finem facturum speraret. [Diodor. Olymp. 112. ann. 2. Justin. lib. 11. cap. 13. Curt. lib. 4. cap. 30, 31. Plutarch. in Alexandro.]

Prælium hoc commississe Alexandrum refert Justinus, [lib. 11. cap. 14.] quinto post acceptum regnum anno; exacto nimirum quinto, & incunte sexto: licet eum septimo imperii sui anno superavisse & occidisse Darium, minus considerate ad Danielis cap. XI. Hieronymus scripserit. Arrianus pugnam hanc archonte Athenis Aristophane, mense Pyanepsione, factam fuisse narrat: atque ita Aristandri vaticinium completum fuisse; eodem illo mense quo Lunæ defectus visus erat, Alexandrum & prælium commissurum, & victoriam potiturum. [lib. 3. pag. 63.] Et quidem ad Aristophanis præturam, cum Diodoro Siculo recte victoriam istam ille retulit: quæ sub sequentis anni archonte, appellationis non dissimilis Aristophonte, in Dionysii Halicarnassei epistola ad Ammæum perpetam locata legitur: Neque in eo fallax fuit Aristandri vaticinium, eodem quo Luna defecit mense insignem hanc ab Alexandro reportatam fuisse victoriam: sed in ipso mense designando Arrianus lapsus est; Pyanepsionem fuisse dicens, quem Boëdromionem fuisse astronomus eclipsos illius demonstrat calculus. Eoque mense & eclipsim, & die ab ea undecimo pugnam fuisse factam, Plutarchus in Alexandro; victoriamque Alexandro obtigisse, *πέντηκα ἑξήκοντα Βοῦδρῶμιονος*, idem nos docuit in Camillo, qui quidem Boëdromionis (undetriginta diebus constantis) dies XXV, Kalendis Octobribus anni Juliani respondebat.

Gaugamelis ad Bumelum fluvium pugnam fuisse commissam, Ptolemæus Lagi filius, & Aristobulus (qui eadem interfuerunt) confirmant: quos & Strabo (lib. 16. pag. 737.) Plutarchus in Alexandro (apud quem tamen, in quibusdam exemplaribus, ut & Zonaram, *γαυγαμेलῶν* vitiatum nomen legitur) Ariantus (lib. 6. pag. 131.) & Ammianus Marcellinus (lib. 23.) merito hic secuti sunt. Quia vero Gaugamela non civitas est, sed vicus non magnus, neque locus celebris, aut gratum auribus nomen (quod quidem *Domum cameli* apud Strabonem & Plu-



tarchum denotare dicitur, vel *Corpus cameli* potius: id enim propriè מ'דל-ג' Chaldæis & Syris sonat) præ se ferens; inde factum Arrianus putat, ut *Arbelis*, utpote urbi celebri, gloria pugnae apud illam commissa adscripta fuerit. Similiter & Strabo, quod tenuis esset ille pagus, Arbela vero habitatio memorabilis (quam & ab Hofea propheta celebratam, ad annum Mundi 3276. supra indicavimus) circa Arbela & prælium & victoriam fuisse, Macedonas famam sparsisse refert, eamque scriptoribus tradidisse. Neque admodum tamen vicina loca fuerunt ista. Nam inter Bumelum annem ad quem Gaugamela sunt posita & Lycum fluvium 80 fere stadia fuisse, confirmat Curtius. [lib. 4. cap. 22.] Inter Lycum vero, *Aturie* sive *Alyria* (quomodo *Assyriam* ab indigenis fuisse appellatam, Dio in *Traiano* indicat) & Babylonæ regionis, (in qua Ninus & Gaugamela erat) terminum, atque Caprum fluvium, in æquali inter utrumque distantia, Arbela & Nicatorim montem (à victoria hac sic ab Alexandro nominatum) fuisse sita, sub libri 16 initium nos docuit Strabo. Qua ratione, eo in loco constitui debebant *Arbela*, quo in Ptolemæi 5. Asiæ tabula posita sunt *Gaugamela*; quæ non cis, sed trans Lycum locata ibi cernuntur, contra non Strabonis solum, sed etiam Eratosthenis (apud eund. lib. 2. pag. 79.) Curtii & Arriani fidem. Quibus omnibus diligenter inter se collatis, Gaugamela ab *Arbelis*, non quidem 500 vel 600 (quæ aliorum, apud Arrian. lib. 3. pag. 57. & 63. & lib. 6. pag. 130. fuit sententia) sed paulo tamen pluribus quam 100 stadiis, remota fuisse colligimus.

Aciei Darii dispositionem, scripto comprehensam, post pugnam fuisse repertam, tradit Aristobulus; ut refert Arrianus: [lib. 3. pag. 52.] apud quem, ut etiam apud Curtium, [lib. 4. cap. 27. & 32.] utriusque exercitus ordinatio plenius habetur descripta.

Darius currum armisque relictis, equam (ut ferunt) recens enixam conscendens, effudit se in fugam. [Plutarch. in *Alexandro*.] quod & in Issica pugna eum fecisse, ex *Æliano* jam ante audivimus: qui & in eodem loco monuit, Darium consuevisse in aciem secum ad hunc usum equas deducere, domique frequentes alere. Ita cum paucis fugæ comitibus ad Lycum annem contendit. Quo trajecto, quibusdam suadentibus ut pontem, ad iter hostium impediendum, solveret; quum tot millia suorum, quæ nondum ad annem pervenerant, ponte reciso prædam hostis futuram videret, malle se dixit insequentibus iter dare, quam auferre fugientibus. [Curt. lib. 4. cap. 36. 37. Just. lib. 11. cap. 14.] Ubi, cum pro *Lycu*, apud Justinum *Cydnus* habeatur positus, cujus nominis fluvium per mediam *Tarsum* influere, supra (ad ann. M. 3671.) dictum est: inde Orofio data erroris videtur occasio; ut apud *Tarsum* postremum hoc inter Darium & Alexandrum prælium pugnatum fuisse scriberet. [lib. 3. cap. 17.]

Mazæo lævum Macedonum cornu vehementer urgente, Parmenio Alexandrum, qui in persequendo Dario usque Lycum annem processerat, ad suis auxilium ferendum revocavit. Interim Mazæus, Darii fugâ intellectâ, & ipse fugiens, non recto itinere sed majore & ob id tutiore circuitu Tigriam superat, & Babylonem cum reliquiis devicti exercitus intrat. [Curt. lib. 4. cap. 37.]

Darius mediâ fere nocte Arbela pervenit: quo & magna pars amicorum ejus ac militum fugerat. Quibus convocatis, consilium suum exposuit: urbibus & gazâ Alexandro relictis, se ultima regni cum expeditâ manu petiturum, indeque bello vires reparaturum. [Id. lib. 5. cap. 1.] Nullâ igitur morâ ibi factâ, trans montes Armeniæ in Mediam fugit; Persis nonnullis consanguineis, paucisque eorum qui melophori, appellantur, comitatus. Accesserunt etiam ad eum post fugam mercenariorum exterorum duo millia; quorum duces erant Paron Phocæus & Glaucus Æolus. [Arrian. lib. 3.]

Alexander à *Lycu* flumine rediens, acrius quam usquam antea equestre prælium cum Parthis & Indorum nonnullis ac Persarum plurimis fortissimisque commisit: in quo, ex sociis ejus circiter 60. cæsi sunt, Hephæstione & Cæno ac Menidâ vulneratis. Sed & his Alexander superior evasit. [Id. ibid.]

Ab Alexandri partibus in toto prælio centum summum capita sunt desiderata: equi, partim vulneribus acceptis partim ex nimia in persequendo fatigatione, mille; ex quibus prope dimidia pars sociorum erat. Ex barbaris vero circiter trecenta millia cæsa ferebantur: multoque major numerus captorum quam cæsoꝝ fuit. Elephantum etiam omnes, & currus quotquot in prælio contracti non fuerant, in potestatem venerunt. Ita Arrianus. Sed Diodorus, de Barbaris in hac pugna amplius 90 millia equitum peditumque interisse, Macedonum vero ad quingentos interemptos, & vulneratos quamplurimos fuisse affirmat. Curtius vero, [lib. 4. cap. ultim.] cecidisse Persarum, quorum numerum victores inire potuerunt, millia quadraginta; Macedonum minus quam 300 desideratos fuisse dicit. De numero cæsoꝝ tum in hoc tum in duobus præcedentibus ad Issum & Granicum præliis, ita scribit Orofius libro 3. cap. 17. præteriti triennii (4 tantum mensibus & diebus aliquot adjectis) calamitates simul recensens. In tanta malorum multitudine; difficillima dictis fides; tribus præliis totidemque annis quinque decies centena millia peditum equitumque consumpta sunt: & hac quidem ex eo regno illisque populis, unde jam ante annos non multo plures decies novies centena millia prostigata referuntur. Quamquam extra has clades per eosdem tres annos & Asia civitates plurimæ oppressæ sint, & Syria tota vastata. Tyrus excisa, Cilicia exinanita, Cappadocia subacta, Ægyptus addicta sit: Rhodus quoque insula ultra ad servitutem tremefacta successerit; plurimæque subiectæ Tauro provincia, atque ipse mons Taurus diu detrectatum, jugum domitus & victus acceperit.

Alexander, equitibus qui circa ipsum erant quiete data, ad mediam noctem Arbela contendit: quod Darium, & pecuniam, omnemque regium apparatus se ibi capturum speraret. postero itaque die eo perveniens, Darium quidem ibi non invenit; pecuniam verò nactus est, & scutum Darii atque arcum cepit. [Arrian. lib. 3.] Tria millia talentum argenti ibi fuisse, scribit Diodorus; quatuor Curtius: totius exercitus opibus in illam sedem congestis. [Curt. lib. 5. cap. 2.]

Quum hunc pugna illa nactus fuisset exitum; Persarum quidem planè dissolutum videbatur Imperium, Rex verò Asiæ declaratus Alexander magnificè diis suis sacrificavit; atque amicis opes, domos & provincias est largitus. [Plutarch. in Alexand.]

Cum vicinum aëris tractum, ex odore cadaverum tōris jacentium campis, infectum iri facile colligeret, maturius Arbelis castra movit. [Diodor. init. part. 2. libri 17. Curt. lib. 5. cap. 2.] Quartis vero hinc castris ad Mennin urbem pervenit; ubi caverna est, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit. [Curt. ibid.]

Babylonem inde procedenti Alexandro Mazæus, qui ex acie in urbem eam confugerat, cum adultis liberis suppliciter occurrit, urbem seque dedens: cumque ille benignè cum liberis exceperit, Bagophanes arcis & regniæ pecuniæ custos, ne studio à Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque constravit; argenteis altaribus utroque latere dispositis, quæ non thure modò, sed omnibus odoribus tumulavit. Rex armatis stipatus, oppidanorum turbam obviam egressam post ultimos pedites ire iussit. Ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intrans; postero die supplicitem Darii recognovit. [Curt. li. 5. cap. 3.] Justinus [li. 11. cap. 14.] Alexandrum, donatis refectisque militibus, 34. (cum enim numerum meliores libri habent; astipulante quoque Orofio, lib. 3. cap. 17.) diebus recognovisse scribit: per quot etiam dies illius exercituum saginatum in hac urbe fuisse, in lib. 5. cap. 5. agnoscit Curtius; pluribusque quam 30, commodorum abundantia & civium hospitalitate detentum, ibidem hæsisse, in libri 17. partis posterioris initio confirmat Diodorus.

Inter alios qui Alexandrum hic exceperunt, Chaldæi fuerunt; qui siderum motus & stas temporum vices ostendere. [Curt. li. 5. cap. 3.] A quibus acceptas 1903 annorum observationes cœlestes hinc in Græciam ad Aristotelem misit Alexandri comes Callistenes: ut supra, ad annum Mundi 1771, ex Porphyrio est annotatum.

Chaldæos quoque hic Alexander consuluit: atque ex eorum consilio Belo sacrificavit; & quæcunque circa templorum instaurationem faciendâ monuerunt, per egit. Babylonis enim, ut templa quæ ibi Xerxes subverterat restaurarent, imperavit: Beli præcipuè, in media urbe situm; cuius idcirco rudera exportari iussit. [Arrian. li. 3. pag. 63. & li. 7. pag. 156.] quod ipsum tanti erat operis, ut ad expurgandam duntaxat terram, decem millium hominum labor bimestris requiretetur. [Strabo, li. 16. pag. 738.] Alexandro verò cunctis militibus suis ut terram exportarent præcipiente, soli Judæi id facere recusarunt: quos multas ob id plagas & detrimenta petulisse non modica, donec eis ignoscere rege securitas præberetur, qui tum cum eo vixit Hecataeus Abderina, in libro de Judæis, prodidit. [Josephus contra Apionem lib. 1. pag. 1049.]

Maximè miratus est Alexander hiatum ignis à *Eucorisis*, vel à *Bavriis* (ut alia habent exemplaria: *Batana* enim juxta Euphratem à Stephano Byzantino collocata, non *Ecbatana* Mediæ metropolis hic intelligenda) perpetuo sicut ex fonte subvecti, & scaturiginem naphthæ ex abundantia non longè ab illo hiatu stagnantis: de cujus igneæ naturæ experimentis Alexandro hic ostensis, in ejus Vita pluribus agit Plutarchus.

Alexander, Bagophane qui arcem Babylonis tradiderat sequisse jussu, Agathonem Pynæum cum 700 Macedonum & 300 arte conductorum præsidio arcis illius custodiæ præfecit, Babylonis satrapam Mazæum transfugam constituit. Apollodorum Amphipolitam & Menetem Pelæum prætores, qui Babylonis & satrapiarum ad Ciliciam usque militiæ præessent, reliquit: duobusque millibus peditum cum mille talentis argenti traditis, ut quantas possent militum copias conducerent, eis mandavit. Aselepiodorum Philonis filium tributis cogendis præfecit. Mithrinem, qui Sardium arcem ipsi prodiderat, satrapam in Armeniam misit. [Diodorus Arrian. & Curt.]

Ex pecunia Babylonis inventa, Macedonico cuique equiti minas senas & peregrino quinas; pediti Macedonico binas, & peregrino bimestre stipendium, honoris causa donavit. [Diodor.] Mina Attica 100 drachmis constabat: quas cum Romanis denariis confundens Curtius Macedonicis equitibus 600 denarios, peregrinis 500, & pedestribus 200 tributos fuisse scripsit. [lib. 5. cap. 6.]

Jamque promotis Babylonis castris in itinere rex erat: quum Amyntas Andromenis filius, cum exercitus supplemento ab Antipatro prætore Macedonia missu, ad eum venit. Erant autem ex Macedonia, 500 equites & 6000 pedites: ex Thracia 600 equites cum 3500 peditibus; & ex Peloponneso, 4000 pedites, equites vero vel 380 ut Curtio, vel, ut Diodoro placet, paulo minus 1000. Quos quinquaginta principum Macedoniae liberi adulti, ad custodiam regii corporis destinati, comitabantur. [Diodor. & Curt.]

His receptis, in processione instituta perrexit Alexander, sextisque castris in regionem quæ Sitacine (Curtio, Satrapene) vocatur, pervenit. Et quia hæc regio quicquid ad usum vitæ necessarium esset largè suppeditabat, complures in ea dies substitit: quibus de virtute militari inter

suos egregio instituto certamine, octo qui fortissimi judicati essent, singulis militum millibus præfecit; tum primum in hunc numerum copias distribuit. Namque antea quingenariæ cohortes erant, nec fortitudinis præmia gesserant. Cùmque antea equites in suam quisque gentem describerentur, seorsum à cæteris, exempto nationum discrimine, præfectos non utique suarum gentium, sed delectos attribuit. Quum militari denique disciplina in multis reformata effecisset, ut exercitus totus benevolentia eximia imperatorem complecteretur, & imperiis quam obsequentissimum se præberet: ad quæ restabant certamina deinceps contendit. [ *Diodor. Curt. lib. 5. cap. 6.* ]

Jamque Susa aditurus, in itinere obvium habuit filium satrapæ Susorum & tabellarium cum literis à Philoxeno, quem Alexander statim ex prælio Susa miserat. Literarum sententia erat; Susios urbem tradidisse, omnemque pecuniam Alexandro salvam esse. [ *Arrian. lib. 3.* ] Quod & per filium suum Abulites Susorum ille satrapa significavit, sive sua sponte, sive (ut nonnulli scribunt) Darii jussu, ut præda Alexandrum retinente, ipse interim ad instaurandum bellum sat temporis haberet. [ *Diodo. & Curt. li. 5. cap. 7.* ]

Benignè juvenem excepit rex, & eo duce ad Idaliam (sive Choaspem) amnem venit, delicatam vehementem aquam. Hic Abulites cum donis regalis opulentia occurrit: inter quæ dromades cameli erant velocitatis eximie, & duodecim elephantia à Dario ex India acciti. [ *Curtius ibid.* ]

Vicesimo post discessum è Babylone die, Alexander Susa pervenit; urbemque ingressus, millia quinquaginta argenti talenta, reliquumque apparatus regium accepit. [ *Arrian. lib. 3.* ] Totidem talenta argenti, non signati forma sed rudi pondere, commemorat etiam Curtius. Diodorus auri & argenti forma non signati plus quadraginta millia talentum, & novem millia talentorum auri sub Darica forma excusi, inventa fuisse refert: Plutarchus, numismatis quadraginta talentum millia, & quinque millia talentum purpuræ Hermionica; quæ 190 annos ibi servata, florem recentem adhuc & novitium retineret.

Eo loco Alexander patrio more colluculentibus facibus sacrificavit, ludosque gymnicos edidit. [ *Arrian.* ] Confedit deinde in regia sella, multo excelso quam pro habitu corporis. Itaque pedes cùm inum gradum non contingerent, unus ex regis pueris mensam subdidit pedibus, in qua Darius vesci erat solitus. Quod ut pro dextro omine acciperet, Philotas illi persuasit. [ *Diodor. & Curt. lib. 5. cap. 7.* ]

Macedonicas vestes multamque purpuram dono ex Macedonia sibi missam, cum iis qui confecerant, Alexander matri Darii Syngambi, quam omni honore & filii quoque pietate prosequeretur, tradi jussit. Mestam vero ex monito simul addito, ut si cordi vestis esset, conficere eam neptes suas assuefaceret, ipse præsens, dicto ob ignorationem Persicorum morum excusato, solatus est. [ *Curt. ibid. cap. 8.* ] Atque eam, cum Darii filiabus & filio Ocho Susis reliquit: magistris, qui Græcam eos linguam edocerent, adhibitis. [ *Diodor.* ]

Persidis fines aditurus, Susa urbem Archelao cum præsidio trium millium tradidit, Xenophilo arcis curam mandavit, thesaurorum Callicrati tutelam permisit, satrapiam regionis Susianæ Abuliti Persæ restituit. [ *Curt. ibid. cap. 8.* ] Ad mare Menetem misit, Syriæ, Phœnicia; & Cilicia; præsidem. [ *Arrian. lib. 3.* ]

Alexander quartis castris ad fluvium Pasitigrim pervenit: eoque superato, cum novem millibus peditum & equitum tribus aut quatuor millibus regionem Uxiorum adiit. Finitima Susis ea est, & in primam Persidem excurrit, arcem inter se & Susianos aditum relinquens. Madates erat hujus regionis præfectus, qui Syngambis sororis filiam secum matrimonio junxerat. Ab Alexandro 1500 mercede conducti & Agriani ferè 1000 Tauroni præfecto dati, ac post Solis occasum iter ingredi jussi; ducibus peritis locorum per calles & occultas vias ad urbem à rege obsidendam deducebantur. Ipse, sumptis secum corporis custodibus regis & securatis atque ex reliquo exercitu octo circiter millibus, tertia vigilia movens circa lucis ortum superavit angustias; posteaque urbem obsidere cepit. Auxiani undique circumfessi, ex arce 30 oratoribus ad Alexandrum missis, veniam frustra precantur. Syngambis deinde literis ille flexus, non Madati modo propinquo ipsius ignovit, sed omnes & deditos & captivos libertate atque immunitate donavit; urbem reliquit intactam, agros sine tributo colere permisit: ut scribit Curtius. [ *lib. 5. cap. 9.* ] Nam Arrianus, ex Ptolemæo Lagida quidem refert, Darii matris rogatu agrum illis incolendum esse datum: sed addit tamen, annum tributum eis fuisse impostum; equorum 100 jumentorum 500, & ovium 3000. Diversimodè enim à Diodoro, Curtio & Arriano, hæc narratur histona.

Uxiorum gentem subactam Alexander Susianorum satrapia; contribuit: divisisque cum Parmenione copiis; sarcinas & impedimenta Thessalosque equites, ac socios, mercenarios externos, reliquumque exercitum gravioris armaturæ, campestri itinere procedere cum illo jussit. Ipse peditatu Macedonum secum sumpto, equitatuque sociorum, atque equitibus antecursoribus, simulque Agriani & sagittariis; iter per juga montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. [ *Curt. lib. 5. cap. 10. Arrian. lib. 3.* ]

Quinto die Alexandrum angustias Persidis, quas Susidas Pylas vocant, intravisse, Diodorus & Curtius confirmant. Has Ariobarzanes Persarum satrapa, cum peditum 23. millibus & equitibus 3000 (Diodoro) vel peditibus propè 4000 & equitibus circiter 700 (ut Arriano placet) occupaverat: à quo Alexander cum damno ac pudore repulsus, ad 30 stadia ex angustias

illis

illis retrocedere coactus est. Tandem à captivo pastore, patre Lycio Perfide matre otto, per angustos, abruptos, & nivibus obstitos colles deductus, fufis fugatifque hostibus, liberum transitum obtinuit. Ariobarzanes tamen 40 ferme equitibus & quinque millibus peditum stipatus per mediam aciem Macedonum cum multo fuorum atque hostium sanguine erupit, Persepolim urbem, caput regionis occupare festinans. Sed à custodibus urbis exclusus, consecutus strenue hostibus, cum omnibus fugæ comitibus renovato prælio cecidit. [Vid. Diodor. Curt. Plutarch. Arrian. & Polyen. lib. 4. Stratagem.]

Persepolim procedenti Alexandro literæ redduntur à Tiridate custode regis pecuniæ, indicantes, eos qui in urbe essent, audito ejus adventu, diripere velle thesauros: ideoque properato opus esse. Ille igitur, pedestribus copiis relictis, tota nocte cum equitibus itineris tanto spatio fatigatis ad Araxem amnem prima luce pervenit: eoque ponte juncto, milites transmisit. [Diodor. & Curt. lib. 5. cap. 11.]

Jamque duobus ab urbe stadiis aberat, cum 800 circiter (tot enim Diodorus, Justinus, & Suidas in *Alexand. egr.* numerant, non, ut Curtius, ad quatuor ferè milia) captivi Græci, Eucnemone Cymæo ductore, supplicantium ritu obviam illi processerunt. Eos superiores Persarum reges in servitutem abstraxerant: pœnamque captivitatis, pedibus aut manibus aut auribus aut naribus amputatis, iniustisque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant. Rogabant hi Alexandrum, ut sicuti Græciam, se quoque ab hostium crudelitate vindicaret: dataque ab eo redeundi potestate, agros accipere maluerunt; ne non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui conspectum reportarent. Rex, consilio eorum comprobato, ter millenas unicuique *drachmas* (quas *denarios* hic quoque Curtius reddidit) quinque stolas viriles & totidem femineas, bina insuper juga boum, 50 oves, & 50 tritici medimnos dat; ut coli serique attributus iis ager posset. Immunes etiam ab omnibus tributis Regi perfolvendis facit; ac curatoribus mandat, ut ne à quoquam injuria afficiantur, diligenter provideant. [Diodor. & Curt. *ibid.* cap. 12. cum Justino, lib. 11. cap. 14.]

Postero die convocatos duces copiarum docuit, nullam infestiorum urbem Græcis fuisse, quam Persepolim, regni Persarum metropolim: ideoque diripiendam militibus eam, regia tantum excepta, concessit. Indeque strages ingens captivorum illic edita. Scribit enim ipse, ratum id è re sua esse, imperasse ut hostes contrucidarentur. Argenti reperisse eum ibi parem ac Sufis summam, Plutarchus scribit. Diodorus, arcem ingressum Alexandrum, centum & viginti talentorum millia illic invenisse ait, auro ad argenti rationem reducto: quam eandem summam habet & Curtius. [lib. 5. cap. 13.]

Cùm Persepoli Alexander sub aurea testudine in folio regio primum consideret; Demaratus Corinthius (Alexandri familiaris & amicus paternus) senili more illacrymans fertur, ac dixisse, fraudatos magna voluptate Græcos, qui antequam in Darii folio Alexandrum spectassent sedentem vita essent functi [Plutarch. in *Alexandro.*]

Alexander arcem Persepolis, tribus millibus Macedonum præsidio relictis, Nicarithidem tueri jubet. Tiridati quoque, qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus patre & impedimentis ibi relictis, urbi Parmenionem Craterumque præfecit. Ipse cum mille equitibus peditumque expedita manu interiorem Persidis regionem sub ipsum Vergiliarum sidus petiit: multisque imbribus, & propè intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen quo intenderat perseveravit. Ventum erat ad iter perpetuis obstitum nivibus, quas frigoris vis gelu adstrinxerat: quum, territis militibus, Rex equo desiliit, pedesque per nivem & concretam glaciem ingredi cœpit. Incolæ, qui sparsis tuguriis habitabant, ut conspexere hostium agmen, interfectis qui fugientes comitari non poterant, devios montes & obstitos nivibus petiverunt. Inde per colloquia captivorum paulatim feritate mitigata, tradidere se regi; nec in deditos gravius consultum. [Curt. lib. 5. cap. 14.]

b. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem, ventum est in Mardorum gentem bellicosam, & multum à cæteris Persis cultu vitæ abhorrentem: quam ipsam quoque Alexander domuit. Itaque trigesimo die, postquam à Persepoli profectus erat, eodem redit. Dona deinde amicis cæterisque pro cuiusque merito dedit: propemodum omnibus, quæ in ea urbe ceperat distribuitis. [Id. *ibid.*]

Istam Persicæ expeditionis, sub ipsum Vergiliarum sidus (ut dicitur) susceptæ, historiam solus Curtius memorat: quum Plutarchus Alexandrum, quod esset hyemis tempestas, ut exercitum fecerit, quatuor menses in Perfide transegit scribat. *Idibus Novembr. Antic. Vergiliaras occasu suo hyemem inchoare*, notat Plinius. [lib. 18. cap. 31.] Sed ante Decembrem Alexandrum Persepolim non pervenisse, temporum series à prælio ad Gaugamela eousque deducta demonstrat. De Mardis quoque dubium movent alii; quos post Darii demum mortem ab Alexandro domitos, refert ipse Curtius. [lib. 6. cap. 9.] nisi Mardos Persidis (de quibus Herodotus lib. 1. cap. 125. Nearchus apud Strabon. lib. 11. pag. 524. & Arrian. in Indicis, pag. 196.) à Mardis Hyrcania confinibus placeat hic distinguere. Neque quod propemodum omnia distribuita ab Alexandro fuisse dicit Curtius, quæ in urbe Persepolitana (de ea enim apertè ille loquitur, non de Pafargadis, ut ad ann. M. 3669. persuadere nobis voluit Jacobus Capellus) fuerant capta, cum eo satis consonat, quod in fine præcedentis capituli ab eodem fuerat dictum: Alexandrum, ad vehenda 120000 talenta in hujus urbis gaza reperta, quæ ad usus belli secum portare decreverat, jumenta & camelos & à Sufis & à Babylone contrahi jussisse. Quod cum

4384

330

Strabonis illis conferri poterit. [lib. 15. pag. 731.] Pecunia quicquid in Persia erat, Susa exportavit, & ipsa quoque thesauris & suppellectile plena: Traditum est, præter ea quæ Babylone & in castris erant & in hanc summam non venere, in Persia & Susis inventa fuisse talentorum quadraginta millia: sunt qui dicunt quinquaginta, & illis Diodori. Cum pecunia illius partem ad necessarios belli usus auferre, partem Susi deponere, ut ibi custodiretur, constituisset: mulos tum dossuarios tum jugales magno numero, & cum his 3000 camelos clitellarios, è Babylonia & Mesopotamia contrahi iussit: quibus omnia ad loca destinata transvexis. Reliquum quoque instrumentum regium & opes decem millibus jugorum mularium & quinque millibus camelorum egesta fuisse, Plutarchus in *Alexandro*, refert.

Ecbatanis in Media subsistens Darius, relictos à fuga milites ad se recepit, armisque nudatos rursus instruxit. A finitimis etiam gentibus militem evocavit; Satrapaque ac duces in Bactris & præfecturis superioribus, per nuncios eò missos, ut in benevolentia ac fide erga ipsum persisterent, admonuit. [Diodor. in part. 2. libri 17. ipso initio.] Stetit verò apud se, si Susi & Babylone hæteret Alexander, ipse apud Medos opperiretur, an qui circa eum erant novi aliquid molirentur: si verò in se exercitum duceret, in Parthiam & Hyrcaniam usque ad Bactra se recipere, tota queregione vastata, omnem illi progrediendi potestatem præterire. Itaque mulieres, reliquumque apparatus universum quem penes se habebat, vehiculaque omnia ad pylas Caspias misit: ipse, cum copiis quas pro tempore collegerat, in Ecbatanis expectavit. [Arrian. lib. 3.]

Alexander epinicia Persepoli celebrans, magnifica Diis suis sacrificia obtulit, amicosque splendidissimo epulo excepit; cui & meretrices interfuerunt, quæ commensatum venerant ad amatores suos. Ex his una Thais fuit, Ptolemæi Lagi filii amica, genere Attica: cujus jam temulentæ hortatu, temulentus & ipse Alexander, licet Parmenione multum dissuadente, cum cantu tibiisque & fistulis arcem & urbem incendit. Sed sobrius postea factum doluit: majores pœnas Græcis Persas daturus fuisse dicens, si ipsum in solio regiaque Xercis conspiciere coacti essent [Diodor. Plutarch. Arrian. Curt. lib. 5. cap. 15.]

Postero die Alexander viro Lycio, itineris quo Persidem intraverat, duci, 30. talenta dono dedit. [Curt. ibid.]

Pasargadas, urbem à Cyro conditam, præfecto ejus Gobare tradente, & in ea sex millia talentorum, Alexander cepit. [Id. cap. 13.] ubi & Cyri sepulchrum vidit: ut ex Aristobulo, qui præsens adfuit, refert Strabo. [lib. 15. pag. 730.]

Reliquas deinde Persiæ urbes adortus, partim vi partim benevolentia, sub potestatem suam eas redegit. [Diodor.] quod sub exortum matutinum Vergiliarum factum fuisse videtur, à quo æstatis initium ducebant veteres: non sub matutinum earum occasum & initium hyemis; qua tempestate interiorem Persidis regionem ab Alexandro subactam fuisse subindicavit Curtius.

Persis Alexander satrapam constituit Phrasaortem Rheomitris filium. [Arrian. lib. 3.] Deinde in regionem Mediæ transit: ubi supplementum novorum militum è Cilicia occurrit. Peditum erant quinque millia, equites mille: utrisque Plato Atheniensis præerat. His copiis auctus, Darium persequi statuit. [Curt. lib. 5. cap. 16.]

Darius, relictis Ecbatanis, adire Bactra decreverat: sed veritus ne celeritate Alexandri occuparetur, consilium iterque mutavit. Aberat ab eo Alexander stadia 1500. sed jam nullum intervallum adversus celeritatem ejus satis longum videbatur. Itaque prælio magis quam fugæ se præparabat. Triginta millia peditum eum sequebantur, in quibus Græcorum erant quatuor millia (ducente Patrone fide erga Regem ad ultimum invicta) funditorum quoque & sagittariorum manus quatuor millia expleverat. Præter hos, 3300 equites erant, maximè Bactrianorum: quibus Bessus, Bactrianæ regionis præfectus, præerat. [Curt. ibid.] Triginta millia Persarum & conductitorum Græcorum, Diodorus; tria tantum equitum & peditum sex millia Arrianus hic commemorat. Pecuniæ quoque ex Media ad septem millia talentum Darium secum tulisse, apud Arrianum legimus. Strabo verò [lib. 15. cap. 731.] octo millia cum Dario è Media fugiente exportata, ab iis qui eum necaverunt direpta fuisse; & Diodorus [ad ann. 4. Olymp. 112.] eundem talentorum numerum Alexandrum Darium persequentem à gazarum custodibus accepisse, scribit. Apud Persarum etiam reges in more fuisse positum, ex Charetis Mitylenæi libro quinto historiæ Alexandri, refert Athenæus, [lib. 11. pag. 514. edit. Græcolat.] ut ad verticem regii cubiculi supernè esset cœnaculum cum quinque loculis, in quo auri talenta quinquies mille semper asservantur, quod cervical regium appellabant; cubilis vero pedibus vicinum alterum cum tribus loculis, ubi talentorum argenti tria millia reponabantur, quod subfellium regium nuncupabant.

Bessus Bactrianorum satrapa, & Nabarzanes mille equitum qui cum Dario fugerant præfectus, regem suum, per milites quibus præerat comprehensum, vinciri jusserunt: ea mente, ut si Alexander ipsos insecurus foret, tradito rege vivo inirent gratiam victoris; sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dario, regnum sibi occuparent, bellumque renovarent. [Curt. lib. 5. cap. 18, 22. & 23. Arrian. lib. 3. pag. 67, 68. & 79. init.] In vico Parthorum Thara (vel Dara potius, ita ab Arface primo Parthorum rege, in Darii ibi capti memoriam, postea appellata) fato quodam factum hoc fuisse, ex Trogo notat Justinus: [lib. 11. cap. 15.] ut in terra eorum, qui successuri imperio erant, Persarum regnum finiretur.

Pecunia regis (de qua dictum est) & supellex quasi jure belli diripitur. Bessus & Nabarzanes, cum Brala (sive Barzaente) Arachotorum & Drangorum satrapa, Darium captivum in curru abducunt. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus eum vinciunt. Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pellibus vehiculum intexerant. Ignoti jumenta agebant, ne percunctantibus in agmine monstrari posset: custodes procul sequebantur. Perse promissis Bessi onerati, maxime quia nemo alius erat quem sequerentur, conjungere se Bactrianis; agmen eorum tertio assecuti die. Bessus loco Darii à Bactrianis equitibus aliisque barbaris qui cum Dario fugerant, dux assignatus est. Artabazus vero & ejus filii, cum iis qui imperio ejus parebant, Græcique milites (quorum dux Patron erat) secessione à Besso facta, à publica via ad montes descedentes, Parthienem petierunt. [Curt. lib. 5. cap. 23. Arrian. lib. 4. pag. 68.]

Alexander in Mediam pergens, Paritacas, impetu in eorum regionem facto, subegit: satrapamque iis dedit Oxoathrem Abuleci filium, qui antea apud Susas satrapatum gesserat. [Arrian. pag. 66.]

Tabas oppidum est in Paritacene ultima: ibi transfugæ nunciant, præcipitem fuga Bactra petere Darium. [Curt. lib. 5. cap. 24.] Certiora deinde, quum ab Ecbatanis trium dierum itinere abesset, ex Bisthane Ochi (qui ante Darium in Perside regnarat) filio cognoscit: quantum jam diem esse, ex quo Darius fugisset. [Arrian. lib. 5.]

Alexander, ubi in Ecbatana venit, Thessalos equites aliosque socios in patriam remisit: ac præter integrum stipendium duo millia talentum illis donavit. [Arrian. ibid. Plutarch. in Alexand.] Diodorus & Curtius (historiam hanc post Darii mortem de Græcis militibus generatim, singulari Thessalorum mentione nulla facta, referentes) equitibus singulis talentum, sive denariorum sena millia, (ut in lib. 6. cap. 3. expressit Curtius; denario, suo more, pro drachma sumpto) regem dono dedisse narrant. Addit Diodorus, pediti cuique denas minas (sive mille drachmas) illum donavisse: & regressuris in patriam quantum sufficeret viatici adjecto, eos quibus deinceps cum ipso militiam obire lubitum esset trinis talentis muneravisse. Remanentibus vero cum eo non paucis; reliquos per Epocillum Polyidis filium ad mare deduci iussit alio equitum præsidio adjuncto. Thessali enim equos ibi reddiderunt. Meneti etiam per literas mandavit, ut quum eo pervenissent, navibus in Eubœam tranfvehendos curaret. [Arrian.]

Hujus in milites munificentie occasione, Alexandrum in persequendo Dario maximam pecuniarum vim in potestatem suam redegeisse, Diodorus refert, Agazarum enim custodibus octo millia talentum acceperat. Extra quorum numerum, in militem distributa, cum ornamentis & poculis, XIII. millia talentum efficebant. Summa autem furto sublatorum & per vim abstractorum longè amplior censetur. Hæc Diodorus: [pag. 547. edit. Græcolatin.] cum quibus illa Curtii [lib. 6. cap. 2.] sunt conferenda. Viginis sex millia talentum proxima præda redacta erat: è quæis XII. (XIII. habet Justinus, lib. 12. cap. 1.) millia in congiarium militum absumpta sunt. Par hujus pecunia summa custodum fraude substracta est. Nunc vero Parmenioni negotium dedisse Alexandrum, ut pecuniam omnem ex Persis allatam in Ecbatanis Harpalo custodiendam traderet, cum præsidio sex millium Macedonum, & equitum amicorumque nonnullis relicto, apud Arrianum [pag. 67.] legimus. Eam pecuniam, undique Ecbatana comportatam, nonnulli CLXXX. millia talentorum fuisse dicunt: [Strabo, lib. 15. pag. 731.] inter quos Diodorus est; qui & Parmenionis fidei thesauros illos concreditos fuisse affirmat. [pag. 552.] Pecuniam omnem CXC. millia talentum Ecbatanis congestam, eique Parmenionem fuisse præpositum, Justinus narrat. [lib. 12. cap. 1.] Ubi ab utroque thesauri hujus custodia Parmenioni rectius tribuitur quam, ab Arriano, Harpalo; quem Babylone relicto, atque pecuniis & vectigalibus ibi præpositum fuisse constat.

Parmenionem vero, assumptis exteris, & Thracibus, reliquoque equitatu, præterquam amicorum, per Cadusiorum fines in Hircaniam hoc tempore Alexandrum misisse, Arrianus ibidem refert. Clito quoque regie turmæ duci scripsisse; ut quum è Susis in Ecbatana venisset (ibi enim valetudinis causa relicto erat) receptis Macedonibus, qui pecuniarum præsidio positi fuerant, in Parthos moveret, quo & ipse venturus erat.

Alexander, assumpto equitatu amicorum, & antecursoribus, equitibusque mercede conductis quos Erigyus ducebat, ex phalange Macedonica (iis exceptis qui pecuniarum præsidio relicti fuerant) Agrianis etiam & sagittariis sibi conjunctis, in Darium movit. Quumque summa festinatione contenderet, multi in itinere milites præ lassitudine relicti, multi etiam equi extincti sunt. Alexander nihilo secius institutum iter urgebat, & undecimis castris Ragas pervenit. [Arrian. lib. 3.] undecim illis diebus: 3300 stadiis confectis. In quo prolixo itinere equites, licet aque inopia summe laborantes, magna alacritate Alexandrum sunt secuti: se tamen, ut 60 soli ad finem itineris comitati eum fuisse perhibeantur. [Plutarch. in Alexand.]

Ragarum locus iste (cujus in Tobit. I. 14. & IV. 1. facta habetur mentio) unius diei itinere à Caspiis pylis distabat, equitanti ita ut Alexander ducebat. Darius vero jam Caspias portas prætergressus: & eorum qui fugientem comitabantur, plerique in domos suas se recipiebant, non pauci etiam Alexandro sese dedebant. [Arrian. ut sup.]

Alexander, deposita spe Darii nulla celeritate abs se comprehendi posse, quinque diebus

ibi substitit: recreatoque exercitu, Ozydatem nobilem Persam Medie satrapam constituit; qui à Dario capitali supplicio destinatus, Susis in vinculis colubebatur. [*Id. ibid. cum Curt. lib. 6. cap. 2.*]

Hinc in Parthos exercitum Alexander duxit. Ac primo quidem die juxta Caspias pylas castra posuit: postmodum ipsas pylas ingressus est, ad loca cultoribus frequentia. Quumque inde commeatum in exercitum intulisset, quod interiorum regionem incultam esse audisset, Cænum cum equitatu exiguoque peditatu frumentatum misit. [*Arrian. ibid.*]

Inter hæc Bagistanes Babylonius vir illustris è Darii exercitu ad Alexandrum venit: ex quo cognovit, non quidem vincum regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum. [*Id. ibid. Curt. lib. 5. cap. 24.*]

Alexander majore adhuc celeritate sibi utendum putans, non expectato Cæni qui frumentatum iverat reditu, amicos tantum, equitesque antecursores, ac peditum fortissimos simul atque expeditissimos, qui secum irent delegit; arma solum & duorum dierum cibaria gerentes. Reliquo exercitui Craterum præficiens, ut itinera moderatius faceret mandavit. Tota deinde nocte, & postero die ad meridiem usque continuato itinere, aliquantulum temporis militi ad quietem dedit. Inde rursus tota nocte progressus, diluculo in castris pervenit, unde Bagistanes discesserat: atque inde iterum magno itinere per noctem & insequentem diem ad meridiem usque confecto, in pagum quendam pervenit, ubi qui Darium ducebant pridie confederant, ut est apud Arrianum; vel in vicum, in quo Darium Bessus comprehenderat, ut apud Curtium.

Ibi (decurfus 500. stadiis à loco in quo Bagistanem convenerat) Alexander Melonem Darii interpretem excepit. Is, quum corpore æger non potuisset agmen sequi, deprehensus celeritate regis, transfugam se esse simulabat, ne pro hoste haberetur. Ex hoc Alexander acta cognoscit: sed fatigatis necessaria quies erat. Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos dimachas appellant (de quibus videndi Julius Pollux & Hesychius) adjungit. Dorso hi graviora arma portabant, cæterum equis vehabantur: cum res & locus posceret, pedestris acies erat. Ita rem narrat Curtius [*lib. 5. cap. 24.*] Arrianus vero [*lib. 3. pag. 68.*] ita. Quum intellexeret non posse pedites se festinanter equitatem sequi: equites circiter quingentos equis desistere jubet, & duces peditum aliosque præstantissimos quosque, ita ut pedites armati erant, equos conscendere. Nicanori vero sententiarum præfecto, & Attalo Agriarum duci, per viam qua Bessus cum suis processerat reliquos (qui quidem levissime armati essent) ut ducant injungit; cæteri pedites ut quadrato agmine sequantur.

Hæc agentem Alexandrum adeunt Orsillos & Mithracenes, qui Bessi patricium exosi transfugerant: nunciabantque, stadia 500 abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos. His itaque ducibus rex prima vespera cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur; phalange, quantum festinare posset, sequi iussa. Jamque 300 stadia processerant, cum occurrit Brocubelus (Antibelus Arriano, pag. 67. dictus) Mazæi filius, Syriæ quondam (sub Dario) prætor. Is quoque transfuga, nunciabat Bessum haud amplius quam 200 stadia abesse: exercitum, utpote qui nihil præcaveret, in compositum inordinatumque procedere; Hyrcaniam videri petiuros; si festinaret sequi, palantibus superventurum. [*Curt. lib. 5. cap. 24.*]

Bessus & cæteri facinoris ejus participes, quum Alexander eis immineret, vehiculum Darii affecti ceperunt hortari eum, ut conscenderet equum & se hosti fuga eriperet. Quod cum ille facere recusasset: Satibarzanes & Barzaentes tela in eum conjecerunt, multisque confossum vulneribus reliquerunt. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerant; duobus servis, qui regem comitabantur, occisis. [*Curt. lib. 5. cap. 25. cum Arriano, lib. 3. pag. 69. & 72.*] solo fidei cane, quem educaverat, cum eo permanente. [*Ælian. histor. animal. lib. 6. cap. 25.*]

Hoc edito facinore, Satibarzanes & Barzaentes cum 600. equitibus sese in præcipitem fugam dederunt. [*Arrian. pag. 69.*] Et, ut vestigia fugæ spargerentur, Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra paucis equitum comitantibus petierunt. Reliqui ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat aut pavor, dissipabantur, quingenti tantum equites congregaverant se, incerti adhuc resistere melius esset, an fugere. [*Curt. ut supr.*]

Alexander hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam præmittit: ipse cum cæteris sequitur. Tria ferme millia resistentium occisa sunt: reliquum agmen more pecudum intactum agebatur; jubente rege ut cædibus abstineretur. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt. At in eos, qui lentius sequebantur, incidabant universa fugientium agmina. Vix credibile dictu, plures captivi quam qui caperent erant: adeo omnem sensum terretis fortuna penitus excusserat, ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent. [*Id. ibid.*]

d. Interim jumenta, quæ Darium vehabant, nullo regente decesserant militari via; & errore deviata per quatuor stadia, in quadam valle confiterant, astu simul & vulneribus fatigata. Haud procul erat fons, ad quem monstratum à peritis Polystratus Macedo siti maceratus accessit. Ad dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum deficientium corporibus infixæ conspexit. [*Id. ibid.*] cumque propius accessisset, in vehiculo Darium, multis quidem vulneribus confossum, sed spirantem adhuc invenit. Darius vero aqua, quam postulaverat, hausta; gratias illum ad Alexandrum, ob humanitatem matri & uxori & liberis exhibitam, perferte jubet.

Pro se, justam magis quam gravem sepulture veniam orare. Quod ad ultionem pertineat: jam non suam, sed exempli, communemque omnium regum esse causam, quam negligere, illi & indecorum & periculosum esse; quippe cum in altero justitiæ ejus, in altero etiam utilitatis causa verteretur. In quam rem unicum pignus fidei regiæ, dexteram se ferendam Alexandro dare. Post hæc, porrecta Polystrato manu, exspiravit. [Justin. lib. 11. cap. 15. cum Plutarcho in Alexandro]

Atque hic Dario vitæ exitus fuit, archonte Athenis *Aristophonte*, mense Hecatombæone; quum annos circiter 50 natus ille fuisset, *Arrian lib. 3. pag. 69.*] & 6 annos regnavisset, anno à morte Cyri, imperii Persici conditoris, 200, in ipso tertii anni Olympiadis CXII. initio: à quo & Calippum Cyzicenum (ab Aristotele, qui tum in Lycæo claruit, in 12 Metaphysicorum libro laudatum Mathematicum) & *quædam antiquiora scripta* suam, sive 76 annorum Periodum, deduxisse; ex Astronomicis observationibus variis, in magna Ptolemæi Syntaxi ad eam accommodatis, intelligimus. Etsi enim prælio ad Gaugamela, ante 9 menses pugnato, & exutum principatu Darius, in libro 16 Strabo, & *Asia imperium rapuisse* Alexandrum, in libro 11 scribat Justinus: quum hic tamen Darius à cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finivisse (ut in fine libri 10 idem Justinus loquitur) aperte liqueat; in monarchiæ Alexandri Asiaticæ memoriam, Calippum hanc Periodi suæ epocham constituisse, dubitare non possumus.

Huic vero Alexandri monarchiæ quinque tantum annos, ex Eusebii Chronico, Isidorus & Beda tribuunt; *sex* Julius Africanus, *septem* qui sub Alexandro Severo scripsit Chronographus, (tomo 2. antiqu. lect. Henr. Canisi, pag. 600.) *decem* vel *undecim* in fine libri 15 Strabo, *duodecim* Nicephorus Constantinopolitanus in Chronico, & *olodecim*, omnium longissime a scopo aberrans, in libro primo Stromatum Alexandrinus Clemens, quum à mense Hecatombæone, quo extinctus est Darius in Aristophontis prætura usque ad mensem *Thargelionem*, quo Alexandrum mortuum esse docemus archonte Hegesia, annos *sex* & menses *decem* decurrisse constet. Quo tantulo temporis spatio tot ac tanta in Oriente ille gessit; ut pervolasse illum potius, quam peragrasse merito dici posse videatur. Unde in prophetia Danielis VIII. 5. sub typo describitur *Hirci venientis ab occasu in superficiem totius terræ, & terram non tangentis*; & VII. 6. Pardo alato comparatur, bestię (ut ad eum locum annotat Hieronymus) velocissimæ & *spuivosa*. Nihil etiam enim (ut subdit idem) *Alexandri victoria velocius fuit; qui ab Illyrico & Adriatico mari usque ad Indicum Oceanum & Gangem fluvium non tam præliis quam victoriis percurrit*. Quæ autem post Darii excessum ab illo sunt gesta in Diodori lib. 17. parte altera, Justini lib. 12. Curtii lib. 5. posterioribus, Plutarchi *Alexandro*, Arriani lib. 3. & quatuor sequentibus, habentur explicata: è quibus omnibus, suis dispositam temporibus, rerum seriem hic exhibendam curavimus.

Vix jam spiritum exhalat Darius, cum Alexander equitatu secum rapto illum assequitur, & viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lacrymis prosecutus est: chlamydeque sua injecta corpus involvit, illudque ad matrem missum regio more sepeliri, & majorum tumulis inferri jussit. Fratrem quoque ejus Oxathrem recepit in cohortem amicorum, omni vetustæ claritatis honore servato. Bessò etiam persequendo statim operam dedit. Sed cum longissimis ille spatiis anticipatis in Bactrianam fuga evasisset; assequi se hominem non posse animadvertens, retro se convertit.

Dum Hecatomppli, quæ urbs in Parthiæ à Græcis erat condita, stativa haberet Alexander, commeatibus undique advectis; rumor otiosi militis vitium sine auctore percrebuit, Macedonibus in patriam redeundi datam esse potestatem. Alexander, pacato exercitu patriam cogitante, & subentibus militibus quocumque veller duceret, tertio per Parthienem die ad fines Hyrcaniæ (quam Nabarzanes occupaverat) penetrat. Cratero relicto cum iis quibus præerat, & ex manu quam Amyntas ducebat additis sexcentis equitibus & totidem sagittariis, ut ab incursione barbarorum Parthienem tueretur. Erigyium impedimenta, modico præsidio dato, campestri itinere ducere jubet. Ipse, sumptis scutatis & Macedoniæ phalangis expeditissimis quibusque & sagittariorum nonnullis, centum & quinquaginta stadia emensus, in planitie juxta annem non magnum castra posuit.

Quartum jam diem eo in loco quietem militi dederat, quum literas Nabarzanis, qui Darius cum Bessò interceperat, accepit: quibus illi se dedit. Hinc rex 20 stadia processit, semita propemodum in via; nullo tamen hoste obvio penetravit, tandemque ad ulteriora perventum est. Triginta hinc stadia processerat, cum Phradapharnes Hyrcanorum ac Parthorum satrapa occurrit, se & eos qui post Darii mortem profugerant dedens: quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas pervenit; Hic ei Craterus occurrit: qui omnem regionem per quam iter fecerat, partim vi partim deditione incolarum receperat. Erigyus quoque cum impedimentis & curribus eodem pervenit. Hi secum Phradatem sive Autophradatein Tapuroorum gentis præfectum adduxerunt: quem in satrapiam suam Alexander restituit.

Quum in ultima Hyrcaniæ Alexander intravisset, Artabazus Persa (qui hospes Philippi fuerat, quum Ocho regnante exularet; & Dario fidissimus permansit) 95 annum agens, una cum Cophene & octo aliis filiis eadem matre (Mentoris & Memnonis sorore) genitis, ab Alexandro humanissimè sunt excepti. Aribarzanes quoque & Arfames, Darii præfecti, in potestatem ejus se dederunt.

Alexander Mardorum gentem Hyrcaniæ confinem invasit: qui, occupatis montium faucibus,



cum 800. armatorum manu illi occurrerunt. Eos rex adortus, multos eorum interfecit, ple-  
rosque vivos cepit, reliquos in montium angustias fugere coëgit. Reddito denique equo Bu-  
cephalo, quem ceperant, per 50. legatos veniam sibi dari petierunt. Alexander vero, acceptis  
obsidibus, Autophradatem eis, ut & Tapuris, satrapam præfecit.

Inde quinto die in castra reversus rex est unde in Mardos moverat. Eo Andronicus Agerri  
filius & Artabazus, ipsius iussu, Græcos milites 1500 qui auxiliarem Dario operam navave-  
rant, & legatos 90 ad Darium missos, adduxerunt. Quatuor Lacedæmoniorum legatos, ac  
Dropidem Atheniensium, Alexander in custodiam tradidit. Nam Democrates Atheniensis,  
qui maximè Macedonum opibus semper obstiterat, desperata venia, gladio se transfixit. Sino-  
peorum legatos, & legatum Carthaginiensium Heraclidem, reliquosque Græcorum legatos  
Alexander liberos dimisit. Militibus secum retentis Andronicum præfecit, qui illos adduxerat.  
Artabazum vero, geminato honore quem Darius habuerat ei, remisit domum.

His rebus peractis, ad maximam Hyrcaniæ urbem Zeudracarta vel Zadracarta exercitum  
duxit: atque ibidem dies quindecim commoratus est. Hic Nabarzanus ad eum venit, dona  
ingentia ferens: inter quæ Bagoas erat specie singulari spado; qui plurimum apud eum postea  
poterat.

Thalestris sive Minithæa Amazonum regina, terris inter Phasim & Thermodontem fluvium  
imperitans, cum 300 mulieribus (reliquis copiis ad fines Hyrcaniæ relictis) ad Alexandrum,  
liberos ex eo quæsitura, accessisse, & 13 cum eo diebus commorata fuisse dicitur. Amazonum  
gentem hanc Hyrcaniæ finitimam fuisse, contra omnium Geographorum auctoritatem affirmat  
Curtius. [lib. 6. cap. 6.] Albanis vicinas Amazones has fuisse, Justinus asserit; lib. 42. cap. 3.  
& 25 (al. 35) dierum inter confertissimas gentes itinere confecto, Alexandro occurrisse. [lib.  
12. cap. 3.] Clitarchus ait Thalestris à Caspiis portis & Thermodonte profectam ad Alexan-  
dram venisse quod iter stadiorum amplius 6000 est. [Strabo, lib. 11.] Congressus hujus,  
præter Clitarchum, meminerunt Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Hister, & alii multi.  
Sed Aristobulus, Chares ἱστορικός, Ptolemæus Lagides, Anticlidus, Philo Thebanus, Phi-  
lippus ὁ ἰστορικός, Hecataeus Eretrienfis, Philippus Chalcidenfis, & Duris Samius, commen-  
tum hoc esse dicunt. Quibus adstipulari apparet & ipsum Alexandrum: qui Antipatro omnia  
exacte scribens, Scytham quidem ait filie sibi nuptias obtulisse, Amazonis vero nusquam  
meminit. Fama quoque est, multis annis post Lysimacho jam regnanti Onesicritum quar-  
tum librum suum recitavisse, in quo meminit Amazonis; ac Lysimachum subridentem dixisse:  
*Et ubi tunc ego eram?* [Plutarch. in Alexand.] Vid. Strabon. lib. 11. pag. 505. & Arrian. lib. 7.  
pag. 155, 156.

Alexander in Parthienem rediens, fastui & luxui Persico se totum tradidit. Amicos quoque  
suos longam vestem auratam purpureamque sumere iussit: & militibus suis, si quarum captiva-  
rum consuetudine tenerentur, uxores ducere permisit.

Besus tiara erecta & veste regia sumpta, Artaxerxem se & Asiæ regem appellari iussit. Per-  
sas qui in Bactra profugerant, & ex Bactrianis complures, confederatosque Scytas & cæteros  
Tanais accolæ contraxit; hostili animo Alexandro occursurus.

Satrapam Parthorum & Hyrcanorum Alexander Ammynapem Parthum constituit; qui sibi  
una cum Mazæo (vel Mazæe potius) Ægyptum tradiderat. Adjunxit autem illi Tlepolemium  
Pythophanis filium, unum ex amicis; qui rerum Parthicarum & Hyrcanicarum simul curam  
gereret. [Arrian. lib. 3. pag. 60.] Curtius ait satrapam Hyrcaniæ datum esse Menapim  
(ita enim contracte Ammynapem appellat;) qui exul, regnante Ocho, ad Philippum perve-  
nerat. [lib. 6. cap. 8.] Justinus, Parthis domitis præfectum fuisse ex nobilibus Persarum An-  
dragoram; unde postea originem Parthorum reges habuere. [lib. 12. cap. 4.] quum præfe-  
cto, quem Parthici regni conditor Arsaces oppressit, id nominis fuisse confirmet idem.  
[lib. 41. cap. 4.]

Susiam, urbem Ariorum, Alexander pervenit: quo Satibarzanes Ariorum satrapes ad eum  
accessit. Huic satrapatum ille reddidit: unaque cum eo Anaxippum unum ex amicis misit, 40  
equestribus jaculatoribus ei adjunctis; quos custodes locorum disponderet, ne Arii ab exercitu  
illac transeunte damni aliquid acciperent.

Alexander adversus Besum profecturus, cum grave spoliis apparatuque luxuriæ agmen vix  
moveri animadverteret, suas primum, deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum ne-  
cessariis, incendi præcepit.

Nicanor Parmenionis filius, argyraspidum præfectus, subita morte correptus, magno desi-  
derio sui affectus cunctos. Rex ante omnes mæstus cupiebat quidem subsistere, funeri affutu-  
rus: sed penuria commeatuum festinare cogebat. Itaque Philota cum 2600 relicto, ut iusta  
fratri persolveret, ipse contendit ad Besum.

Satibarzanes, cui Ariorum Satrapiam Alexander restituerat, Anaxippo & equitibus jacula-  
toribus qui cum eo relictis fuerant interfectis, ad urbem Ariæ primariam Chortacana sive  
Artacoana copias congregavit. Inde vero (quod Alexandrum ulterius profectum audisset)  
cum exercitu ad Besum ire constituit; ut commune cum illo bellum Macedonibus inferret.

Ista resciscens Alexander, intermisso itinere in Bactra, stadiisque sexcentis biduo emensis, ad  
Artacoana pervenit. Cujus cognito adventu, Satibarzanes cum duobus millibus equitum  
(nec plures subito contrahi poterant) Bactra ad Besum profugit: cæteri proximos montes

occupaverunt.

occupaverunt. Rex Satibarzanem longius jam progressum frustra insecutus, prærupta rupe ad quam Ariorum tredecim millia armata se receperant expugnata, ad Craterum qui Artacoana obsidebat rediit. Ille omnibus præparatis, regis expectabat adventum, captæ urbis titulo (sicut par erat) cedens. [*ut in II. Sam. XII. 27, 28.*] Rex vero supplicibus semet deditibus venia data, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua etiam incolis reddidit. Omnibusque provinciæ hujus urbibus 30. dierum spatio in ditionem suam redactis, Ariorum satrapam Arfacem Persam constituit.

Alexandro supplementum novorum militum occurrit. Zoilus quingentos equites ex Græcia adduxerat: tria millia ex Illyrico Antipater miserat. Philippus Menelai filius ex Media (ubi Thessalos equites, qui sub ejus præfectura fuerant, militiæ hujus sacramento absolutos Ecbatanis Alexander domum remiserat) equites mercenarios, cum 130. equitibus Thessalis qui voluntarii remanserant, secum tulerat. Ex Lydia 2600. pedites advenerant: quos 300. equites gentis ejusdem sequebantur. Eorum dux (ex Ariano) videtur fuisse Andromachus.

Hac manu adjecta, ad Drangas (Zarangæos ab Arriano appellatos) venit: quorum satrapes Barzaentes, unus ex iis qui Darium in fuga oppræsserant, suppliciorum quæ meruerat metu, ad Indos qui cis Indum flumen incolunt statim profugit.

Jam nonum diem in Drangianæ gentis urbe regia Alexander stativa habebat, cum domesticis insidiis est petitus. Dimnus quidam, ex Chalæstra urbe Macedonia oriundus, Nicomacho unaso suo aperit; in tertium diem insidias regi comparatas; seque ejus consilii fortibus viris & illustribus esse participem. Nicomachus licet fidem silentii jurejurando pollicitus, tamen fratri Ceballino negotium dat, ut rem totam regi significet. Sed Ceballinus, cum regis adeundi potestas non fieret, Philotæ primum, deinde ob cunctationem suspectum illum habens Metroni (nobili juveni, armamentarii præfecto) rem patefacit; & ut quamprimum eam ad regem perferat, illum admonet. Alexander, eo audito, omnes comprehendi & interrogari jubet. Dimnus, haud ignarus quam ob causam accerferetur, gladio quo cinctus erat se interemit. Ceballinus clamitat, eodem temporis momento quo audierat, se Philotæ ut rem regi nunciaret mandavisse. Philotas id non negat: verum non prævaricatione, sed per incuriam se id omisisse affirmat, & quod res nihili videretur. Tormentis autem postea adhibitis conjugationem confessus, cum aliis insidiarum conscis capitale subivit supplicium.

Tum quoque ad judicium Senatus Macedonum Lyncestes Alexander eductus est: quem, ob veterem in regem conspirationem, jam triennium in custodia detentum fuisse Diodorus & Curtius memorant. Hic Alexander Aëropus ille est, quem ante pugnam Issicam, hoc est, ante quadriennium integrum, ob insidias Alexandro structas custodiæ fuisse traditum, ex Diodoro, Justino & Arriano constat. [*Vid. ann. Mynd. 3971. b.*] Et non semel intentati hujus patricidii reum illum fuisse compertum illa Alexandri ad Macedonicum Senatum verba, (apud Curtium, lib. 8. cap. 16.) ostenderunt. *Lyncestem Alexandrum bis insidiarum capiti meo à duobus judiciis liberavi: rursus convictum, per triennium tamen [sic enim & hic in Palatino MS. legebatur; non, ut in editis, per biennium] distuli, donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret.* Hoc enim tempore, cum hæsitans & trepidus causam diceret, ab iis qui proxime adstabant lanceis confossus occubuit.

Lyncestæ corpore ablato, rex amicissimos Philotæ Amyntam Andromenis filium, cum Atalio Simmiaque fratribus suis, introduci jussit: nam Polemon minimus ex fratribus cum Philotam torqueri comperisset, profugit; sed captus ad judicium reductus est. Tandem vero, cunctis deprecantibus, Amyntam & fratres ejus Alexander sua sententia absolvit.

Ad Philotæ patrem Parmenionem Mediæ præfectum & dignitate regi proximum, è medio tollendum, Polydamantem longè illi acceptissimum & duos Arabas camelis dromadibus impositos, ut citatis itineribus famam de Philotæ supplicio anteverterent, cum literis ad Cleanderum, Sitalcem & Menidam (Medici exercitus duces sub Parmenione constitutos) Alexander misit. Quorum opera 70. jam annorum senex, dum post Alexandri ad se epistolam, filii nomine scriptam alteram secus legeret, confossus periit. Cleander, capite ejus ad regem misso, ut truncus humaretur agre permisit. Triginta aut quadraginta dierum itinere diebus undecim peracto, rem confectam fuisse Strabo indicat. [*lib. 15. pag. 724.*]

Alexander, verens ne victoriarum suarum gloria sevitæ macula in Macedonia infusceretur, eadem techna qua Gaos (supra, anno Mundi 3620.) usus, simulat se ex amicis quosdam in patriam misurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem, propter militiam remotiorem. Datos fascès epistolarum tacite ad se defetri jubet; ex quibus cognito de se singulorum judicio, eos qui tedium laboris questi aut de rege durius opinati fuerant in unam cohortem, quam ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν nominabat, contribuit: duce illis Leonida dato, qui Parmenioni quondam intima familiaritate erat conjunctus. Amicorum vero equitatu, in duas partes divisò, Hephæstionem Amyntoris & Clitum Dropidis filium præfecit.

Rebus in Drangiana constitutis, ad eos qui olim agriaspæ vel Arimaspi à Cyro vero majore, ob beneficium ab eis acceptum, Euergetæ dicti sunt, duxit exercitum: atque amice ab eis est exceptus.

Quinto postquam in eorum regionem pervenerat die, cognoscit Satibarzanem cum duobus millibus equitum quos à Bello acceperat, in Ariorum agros rursus ingressum, eos à fide ipsius abduxisse. Adversus quem sex millia Græcorum peditum & 600. equites, Erigyii & Caran.

(vel Stafanoris, ut habet Diodorus) ductu, cum Artabazo Persa, Andronico & Phratapherne Parthorum satrapa, Alexander misit.

Ipsè apud Euergetas Apollini sacrificavit: & Demetrium, unum ex corporis custodibus, quem Philotæ consiliorum participem fuisse suspicabatur, comprehendit & Ptolemæum Lagi filium in ejus locum suffecit. Euergetas magna pecunia donavit: tantumque ex finitimis locis agri quantum petiere (exiguam autem petiere) dedit. A finitimis quoque Gedrosiis amice receptus, meritam eis gratiam retulit.

3 675

4. Diebus 60. apud Euergetas actis, Amenidem (qui Darii scriba fuerat) Alexandrum eis præfectum reliquisse scribit Curtius. Liberos eos dimisisse, affirmat Arrianus. Illorum simul & Gedrosiorum prætorem Teridatem constitutum Diodorus narrat.

In Bactra deinde & Bessum Alexander movit, Drangis Dragogisique in ipso itinere subactis. Subegit etiam Arachosiam: ibique exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit. Sex millia Macedonum erant, & 200. nobiles, & quinque millia Græcorum, cum equitibus 200. (al. 600. rectius! haud dubie robur omnium virium regis. Arachosius datus Menon prætor: quatuor millibus peditum & sexcentis equitibus in præsidium relicto.

Tum Alexander in Paropamisadas exercitum duxit: quod sub occasum Vergiliatum & initium hyemis factum, ex Strabone colligimus. [lib. 15. pag. 724. fin.] Regio nivibus tota operta est: & obscura cæli verius umbra, quam lux, nocti similis pressit terram, vix ut quæ prope sunt conspici possent. In hac tamen solitudine, quidquid malorum tolerari potest, inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem, Alexandri pertulit exercitus. Multos exanimavit rigor insolitus nivis, multorum adussit pedes. Tandem ad cultiora perventum est, comæatuque largo recreatus exercitus, simul & qui consèqui non poterant in illa castra venerunt. Et brevi, quicquid hominum ibi fuit, in ditionem Regis concessit.

Hinc ad Caucasum montem, qui à quibusdam Paropamisus nuncupatur, Alexander progressus, cum 16. aut 17. dierum spatio superavit: urbemque sub ejus radicibus condidit ad portam qua in Mediam via aperitur, quam Alexandriam nominavit. Alias etiam urbes condidit, per unius ab Alexandria iter diei remotas. In has Barbarorum septem & extra ordines sequentium tria millia, & militum quorum opera uti desisset quotquot vellent, collocavit. Satrapam illi regioni constituit Proxem Persam: ex amicis vero Niloxenum Satyri filium *ἐπιτορν* sive speculatorem cum exercitu ibi reliquit.

Commisso inter Macedones & Arios prælio; Satibarzanes qui Barbaris præerat, galea è capite detracta, si quis viritum dimicare vellet, provocavit ad pugnam. Huic Erigyus occurrit, & hasta transfossum interemit. Barbari duce amisso, quem magis necessitate quam sponte secuti erant, fide accepta, se cum armis Erigyio tradiderunt.

b. Bessus Persis, qui participes consiliorum in capiendo Dario fuerant, comitatus, Bactriamque circiter septem millibus, & Dahis ultra Tanaim fluvium habitantibus, regionem Caucasum adjacentem depopulatus est; ut præ vastitate regionis inter se & Alexandrum interjecta, rerumque necessariorum penuria, Alexandrum quo minus progrediretur impediret. Is vero nihilominus processit, difficulter quidem ob nivium altitudinem & comæatus inopiam: processit tamen.

Exacta enim hyeme habens Indiam superne ad dextram, per summa montium transiit in Bactrianam. Via erat nuda arborum, nisi quod rari aderant terebinthi frutices. [Strabo, lib. 15. pag. 725.] Succo ex sesama expresso haud secus quam oleo (ad mitigandum frigus) milites artus perungebant. At hujus succi 240. denariis amphoræ singulæ, mellis 390. denariis, 300. vini æstimabantur: tritici nihil, aut admodum exiguum, reperiebatur. In frugum penuria milites fluviatili pisce & herbis sustinebantur. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant, cum jumenta quibus onera portabant cadere jussi sunt: quorum carne, dum in Bactrianos perventum, traxere vitam. [Curt. lib. 7. cap. 7.] Addit Strabo, etiam crudis jumentorum carnibus propter lignorum penuriam vesci fuisse coactos: sed ad eam cruditatem concoquendam sulphur copiam præsentem auxilio fuisse.

Bessus Alexandri celeritate perterritus, diis patriis facto sacrificio, sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. Ubi ferox ille verbis, & parto per scelus regno superbus, ac vix potens mentis dicebat, socordia Darii crevisse hostium famam: sibi placere in Sogdianis recedere; atque Oxum annem velut murum hosti objicere, dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. Temulentis vero convivis salubrem esse hanc sententiam conclamantibus; Cobares (ut Curtius, vel Bagodorus, ut eam Diodorus appellat) natione Medus, professione Magus, ut validioris potius occuparet gratiam, & Alexandro se dederet, consuluit. Quod Bessum commovit, ut, stricto acinace, quo minus eum occideret vix ab amicis contineretur, Cobares autem inter tumultum elapsus, noctu ad Alexandrum transfugit.

Quintodecimo die Alexander ab urbe à se condita (Alexandria) & hybernaculis, *Adrapsa* pervenit, Bactriam urbem; ut refert Strabo, [lib. 15. pag. 725.] *Drapsaca* profectus, (inquit Arrianus) recreato exercitu, in Aornos & Bactra, maximas Bactriam urbes, movit: quibus primo impetu captis: præsidium in arce Aorni constituit; cui Archelaum Androclis filium, unum ex amicis, præfecit.

Septem vel octo millia Bactrianorum habebat armata Bessus; quæ, quamdiu propter cæli

intempe-

intemperiam Indiam potius Macedonas petitorios crediderant, obedienter imperata fecerunt. Postquam autem adventare Alexandrum compertum est; in suos quisque villos dilapsi, Bessum reliquerunt. Ille, cum clientum manu qui non mutaverant fidem, Oxo amne superato, exustisque navigiis quibus copias transvexerat, ne iisdem hostis uteretur, in Nautaca Sogdianæ regionis se recepit; novas copias in Sogdianis contracturus. Sequebantur eum Spitamenes & Oxyartes, Sogdianos equites habentes, & Dahæ à Tanai profecti.

Alexander, Artabazo Persa Bactrianorum regioni Satrapa dato, sarcinas & impedimenta ibi cum præsidio relinquit. Ipse cum expedito agminis loca deserta Sogdianorum intrat, nocturno itinere exercitum ducens. Ubi cum per 400 stadia ne modicus quidem humor existeret: actu sitique die sequente ab ejus exercitu vehementer laboratum est. Et qui aquam postea intemperantius hauserunt, intercluso spiritu extincti sunt: qui multo major hominum numerus fuit, quam ullo amiserat prælio.

Ad fluvium Oxum Alexander pervenit prima fere vespere: totamque eam noctem perpetuis vigiliis agens, exercitus partem magnam quæ consequi non potuerat expectavit.

Antequam vero flumen trajiceret, ex Macedonibus qui aut præ ætate aut vulneribus inepti ad pugnam erant, & ex Thessalis qui voluntarii remanserant, 900 fere seligens; equiti bina talenta dedit, pediti terna denarium (sive drachmarum) millia; monitosque ut liberos generarent, remisit domum. Cæteris gratiæ actæ, quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur.

Stafanorem quoque, unum ex amicis, ad Arios misit, qui Arfacem eorum satrapam comprehenderet, quod mali aliquid moliri videretur: utque ejus loco satrapatum obtineret jussit.

Cumque materia navigiis aut pontibus struendis deesset: more impatiens Alexander pelles sub quibus milites in tentoriis degebant, aut utres stramentis refertos quam plurimos colligari & quam accuratissime committi jussit: atque ita quinque dierum spatio exercitum per amnem traduxit.

Spitamenes, inter omnes amicos præcipuo honore cultus à Besso, ut Alexandrum flumen Oxium superasse cognovit, consilio cum Datapherne & Catene (quibus à Besso maxima fides habebatur) communicato, Bessum comprehendit; direpto ex capite regni insigni, lacerataque veste quam spoliū occisi regis induerat.

Alexander trajecto Oxo, celeriter eo exercitum duxit, ubi Bessum cum copiis esse acceperat. Interea nuntii ad eum à Spitamene & Datapherne veniunt, pollicentes, si aliquid ex ducibus suis cum aliquantis copiis mitteret, sese Bessum esse tradituros. Ad quos ille Ptolemæum Lagi filium misit, cum tribus amicorum equitum cohortibus, & hastatis equitibus omnibus; ex peditibus vero, Philotæ agmine, & argyraspidibus mille, Agrianisque omnibus ac sagittariorum parte dimidia. Cum his Ptolemæus decem stathmorum iter quadriduo emensus, eo pervenit ubi pridie barbari cum Spitamene castra habuerant.

Dum Bessus perducitur, in parvulum Branchidarum oppidum Alexander pervenit. Hi Mileto quondam jussu Xerxis transferant; & in ea sede constiterant; quia in illius gratiam templum Didymi Apollinis violaverant. (ut supra, ad annum Mundi 3526, est notatum.) Urbs ut proditorum receptaculum, tota direpta & subversa est; incolis ad unum, sine omni misericordia, trucidatis. Quæ si in ipsos proditoris auctores excogitata essent, justa ultio esse, non crudelitas videretur: nunc culpam majorum posteris luere, qui ne viderant quidem Mileto, adeo Xerxi non potuerant prodere. [Curt. lib. 7. cap. 12. cum Strabone. lib. 11. pag. 517, 518.]

Ad Alexandrum cum exercitu transeuntem perductus est Bessus, non capistro modo vincus, sed etiam omni velamento corporis spoliatus; tam Barbaris quam Macedonibus gratum spectaculum. Dona omnibus qui eum adduxerant data sunt. Ipsum Alexander Oxatræ Darii fratris, quem inter corporis custodes habebat, tradi jussit: ut cruci affixum, mutilatis auribus naribusque, sagittis confingerent Barbari; asservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent. Deinde flagellis cæsum in Bactra remisit: sed supplicium ejus distulit; ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.

Alexander, supplemento equorum sumpto, (quorum multos tam in transitu Caucaſi montis, quam in itinere ad Oxum amnem & discessu ab Oxo amiserat) ad Tanaim fluvium profectus est: non illum qui Europam ab Asia disternans in paludem Maotidem delabitur, sed Faxartem; quem Plinius [lib. 6. cap. 16.] à Scythiis *Sylin*, à finitimis *Orwantem* appellari Aristobolus dicit:

Hic nonnulli ex Macedonibus ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, à Barbaris qui de proximis montibus decurrerunt opprimuntur: pluresque capti sunt quam occisi. Hi ad 30 (vel, ut Curtius, 20) millia erant: adversus quos Alexander assumptis expeditioribus totius exercitus celeriter profectus, sagitta idus est, quæ in medio crure fixa reliquerat spiculum. Collem nihilominus captum fuisse, atque ex 30 millibus non plures 8 millibus evasisse, refert Arrianus. Sed proximo quam ex acie subductus est rex die, Barbaros ultro deditione facta & captivis redditis pacem ab Alexandro impetravisse, Curtius narrat.

Castris inde motis, rex lætica militari vehebatur; quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Hinc quarto die ad urbem Maracanda, Sogdianorum regiam, cujus murus 70 stadia amplectebatur, perventum est. ubi, præsidio urbi relicto, proximos vicus Alexander depopulatus est atque ussit.

Paucis post diebus legati venerunt à Scythis Abiis; qui liberi à morte Cyri, tum se Alexandro permiserunt.

Barbari fluvio finitimi Macedonum milites, qui in Scythicis urbibus præsidio constituti erant, comprehensos interficiunt; urbesque suas majoris securitatis causa muniunt. Conjunxerunt se illorum defectioni Sogdianorum plerique, sollicitati ab iis qui Bessum ceperant: qui & Bactrianorum nonnullos ad se pertraxerunt. Sufianorum & Bactrianorum septem millia equitum erant; quorum autoritatem ceteri sequabantur. Ad quos coercendos missi ab Alexandro Spitamenes & Catenes, à quibus traditus ei fuerat Bessus, primarii defectionis auctores extiterunt: sparsa fama, Bactrianos equites à rege omnes ut occiderentur fuisse accersitos.

Hisce cognitis, Alexander Gazam, Craterus Cyropolim aggreditur. Gaza capta, puberes omnes interfecti, mulieres & pueri mancipati, urbs diruta est: ut ceteri cladis exemplo continerentur. Hic & alii quatuor urbibus biduo captis & direptis; Cyropolim ille contendit: in quam ut omnium maximam & munitissimam octodecim armatorum millia se receperant. In ejus obsidione & promptissimi quique militum cecidere, & ipse Rex ad ultimum periculum venit. Namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caliginè offusus collaberetur, ne mentis quidem compos. Sed invictus adversus ea quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Et primo quidem tumultu captæ urbis caesi sunt ex hostibus 8000. reliqui in arcem confugerunt. Quos quam Alexander uno die obsessos tenuisset; aquarum inopia pressi deditionem fecerunt.

Cyropoli, jussu Alexandri, diruta; ex septem urbibus, in quas barbari ejus regionis confugerant, una sola jam supererat. Eam primo insultu ille cepit: & quidem deditione, ut Ptolemæus scribit. Aristobulus vero etiam hanc vi captam tradit, omnemque in ea comprehensos, interfectos fuisse. Ptolemæus captivos in exercitum distributos narrat, victosque custodiri jussos, donec ipse ex regione discederet: nequis eorum qui defectionem fecerant relinqueretur.

Dum hæc geruntur, Scytharum Asiaticorum exercitus ad ripas Tanais fluvii venit, quod audissent nonnullos barbarorum trans flumen incolentes ab Alexandro defecisse: ut si qua insignis defectio fieret, ipsi quoque in Macedones irruerent.

Interim Spitamenes muris Maracandæ se includens, Macedonum præsidium in arce relictum obsidebat. Adversus hunc Alexander Menedemum, & Andromachum, ac Caranum misit: cumque his equites ex amicis 60, ex mercenariis 800, quos ducebat Caranus; pedites autem mercenarios 1500. (vel 3000, ut habet Curtius.) His adjunxit Pharnuchem interpretem, qui barbarorum linguam callebat, aptusque qui cum iis ageret videbatur.

Alexander ad Tanaim amnem rediit, & quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit. Sexaginta stadiorum urbis murus fuit. Hanc quoque urbem Alexandriam appellari jussit. Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die quam munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. Ita Curtius. [*lib. 7. cap. 17.*] Intra diem septimum decimum, murum sex millium passuum consummatum, Justinus ait: [*lib. 12. cap. 5.*] viginti dierum spatio urbem muro cinctam Arrianus retulit. Eam Græcis mercenariis habitandam dedit, & finitimi Barbaris quibus sua sponte eo commigrandi voluntas fuit, nonnullis etiam Macedonibus qui inepti bello erant. Incolas quoque novæ urbi dedit captivos, quos reddito pretio dominis libertavit: & trium civitatum populos, quas Cyrus condiderat, eo transtulit.

Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanaim imperium erat, ratus eam urbem suis impostam esse cervicibus, fratrem Carthasim nomine cum magna equitum manu misit ad diruendam eam, proculque à se submovendas Macedonum copias. In conspectu Alexandri obequitabat hostis, & cum telis, quæ trans flumen ejaculabatur, etiam probra barbarico more jaciebat. Alexander autem adhuc æger ex vulnere, voce deficiebat; nec insistere in terra, nec equo vehi, nec suos docere poterat vel hortari.

Spitamenes, Daharum sive Nomadum Scytharum circiter 600 equitibus suo equitatu adjunctis, eos qui Maracanda auxilio obsessis missi ab Alexandro fuerant, oppressit. Macedonibus in ipso conflictu ex improvise supervenisse Scythas, qui in hortis abditi fuerant, tantaque eorum copias occisione occidisse, ut equites non plures 40 & pedites circiter 300 tantum evaserint; Aristobulus auctor est. Cecidisse eo prælio peditum duo millia, cum 300 equitibus, scribit Curtius; eamque cladem Alexandrum solerti consilio texisse, morte denunciata iis qui ex prælio venerant, si acta vulgassent.

*d.* Alexander, in præparatas rates exercitu imposito, & levius armatis super utres farmento repletos nare jussis, Tanaim mira industria trajecit: frustra obtinentibus qui in adversa fluminis ripa stabant Scythis. Quos in fugam datos, quamquam vexationem invalidi corporis pati non poterat, per 80 tamen stadia insequi perseveravit. Jamque linquente animo, suis præcepit, ut donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhærent. Quumque in summo æstu acerrime eos insequerentur, universus exercitus magna siti laboravit. Ipse etiam Alexander aqua (qualem ea regio fert) vitiosa epota, vehementi profluvio alvi correptus est. Ex Scythis caesi circiter mille, capti 150 equique 1800 abacti. Ceciderunt autem Macedonum equites sexaginta, pedites centum fere; mille saucii fuerunt.

Haud multo post legati Scytharum ad Alexandrum venerunt, factum excusaturi. Non esse ei illata arma communi totius gentis Scythicæ consilio, sed ab iis qui latronum more ex rapto viverent: se vero imperata facere velle dicentes. Quibus humaniter ille respondens;

captivos

captivos omnes sine pretio remisit: ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ita fuisse certamen.

Ea clementia moti Sace, legatos quoque ad eum miserunt, qui pollicerentur gentem imperata facturam. His etiam benigne exceptis, comitem Excipinum dedit, juvenem sibi gratissimum & Hephæstionem alterum.

Alexander, assumpta amicorum equitum parte dimidia, scutatis omnibus, & sagittariis atque Agrianis, & ex phalange expeditioribus, Maracanda contendit: quo Spitamenem reversum esse acceperat, denuoque eos qui in arce erant obsidere. Ipse tridui spatio 1500 stadia emensus, quarto die sub auroram ad urbem venit. Spitamenes cum suis copiis, ut Alexandrum adventare intellexit, non expectato ejus adventu, relicta obsidione, fugit. Quem ille acriter insecutus, ad eum locum pervenit, in quo milites ejus a Seythis cæsi fuerant. Horum ossa tumulo contegi jussit, & inferias more patrio dedit. Deinde fugientes hostes ad deferta usque insecutus est.

Jam Craterus, cum majore parte exercitus modicis itineribus subsequi jussus, ad Regem pervenerat. Itaque ut omnes qui defecerant patiter belli clade premerentur, copias divisit: utriusque agros, & interfici puberes jussit. Totam vero eam regionem, quam Polyrmetus annis irrigans transit, percurrit: inde enim, ubi sub terram ille se condidit, omnis ulterior regio deferta est.

Sogdianorum pluribus quam 120000 interfectis (ut lemma Diodori in alteram partem libri 17 indicat) 30 eorum nobilissimi, corporum robore eximio, captivi ad Alexandrum perducti sunt. Quorum invictum adversus mortem animus ille admirans, eis fide data vitam donavit. Neque promissum illi officium fefellerunt. Nam qui remissi domus iterant, in fide continere populares. Quatuor inter custodes corporis, nulli Macedonum in Regem charitate cesserunt.

In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus peditum (neque enim majore præsidio indigebat) relicto, Bactra pervenit. Hic, conventu omnium quotquot aderant habito, Bellum introducit: accusataque ejus in Darii perfidia, naves ei summasque aures præcindi jubet; deinde in Ecbatana mittit, ut ibi in Medorum Persarumque concilio morte multaretur. Plutarchus eum reclinatis duabus arboribus Alexandri jussu alligatum fuisse refert; ut ad naturalem statum valido cum impetu redeunte utraque, ille in diversa avelleretur. Diodorus, fratrem Darii cæterosque propinquos omni contumelia & cruciatu genere in hominem grassatos, corpore tandem minutim conciso, particulas huc illuc fundis disjecisse, narrat.

Per idem tempus venerant ad Alexandrum Phrataphernes Parthorum satrapa, & Stafanor ad Arios missus ut Arsacem comprehenderet: quem quidem vinctum adduxerunt, & Barzancem quem Bessus satrapam dederat, ac nonnullos alios qui tum una cum Bello defecerant.

E maritima quoque ora accesserunt Epocillus, & Melanidas, ac Ptolemæus Thracum dux; qui pecunias cum Menete missas & socios ad mare deduxerunt. Ptolemæus & Menidas peditum tria millia & equites mille adduxerunt mercede militaturos. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum & quingentis equitibus venit. Totidem è Syria Bessum Syriæ satrapam atque Asclepiodorum mari præfectum sequebantur. Antipater Græcorum mercenariorum octo millia, in quibus quingenti equites erant, miserat; Afandro & Nearcho ducentibus.

Exercitu ita aucto, ad ea quæ defectione turbata erant componenda Alexander processit. Plerique enim Sogdianorum in arces se receperant, neque satrapæ quem iis Alexander constituerat morem gerere volebant. Polysperchonte igitur & Attalo & Gorgia atque Meleagro apud Bactrianos relicti, ut regionem illam præsidio tenerent; ne barbari ejus loci novi aliquid molirentur, utque eos qui disjuncti ab ipsis essent expugnarent: ipse quarto die ad Oxum fluvium castra posuit. Hic quia limum vehit, turbidus semper & insalubris est potu. Itaque puteos miles cæperat fodere, nec tamen humo egesta exsistebat humor; quum in ipso tabernaculo Regis conspectus est fons: quem quia tarde notaverant, subito extitisse finxerunt; Rexque ipse credi voluit donum Dei id fuisse. [Curt. lib. 7. cap. 25.] Plutarchus narrat, Proxenum Macedonem, præfectum eorum qui stragulis erant appositi; dum tabernaculo regio locum foderet, juxta Oxum amnem, fontem detexisse pinguis & oleosi liquoris: idque Alexandrum, in epistolis ad Antipatrum, inter maxima à Deo sibi oblata ostenta reposuisse. Arrianus duos ibi fontes, alterum aquam, alterum oleum fundentem, non procul ab ipsius tabernaculo ortos fuisse narrat. Quod cum à Ptolemæo Lagi filio esset Alexandro nuntiatum: ille statim ex vatum præscripto sacrificium fecit. Responditque Aristander, fontem oleo manantem labores portendere, victoriam tamen ex labore consecuturam.

Superatis deinde amnibus Ocho & Oxo, ad urbem Margianam sive Margianam pervenit. Circa eam sex oppidis condendis electa sedes est. Duo ad Meridiem versa, quatuor spectantia Orientem, modicis inter se spatiis distabant; ne procul repetendum esset mutuum auxilium. [Curt. ut sup.] Omnes urbes Alexandrum in Bactriana & Sogdiana condidisse, refert Strabo; [lib. 11. pag. 517.] duodecim Justinus; [lib. 12. cap. 5.] qui & distribuisse eas addit his, quoscunque in exercitu seditiosos habebat.

3676

4. Arimazes Sogdianus cum triginta armatorum millibus petram (*Oxi*, ut eam Strabo nominat) occupavit: alimentis ante congestis, quæ tantæ multitudini vel per triennium suppetere. Petra in altitudinem 30 eminebat stadia, circuitu 150 complectebatur. Juvenes 300, propositorum ab Alexandro præmiorum magnitudine incitati, ferreis fulcris, quæ subinde defigebant, conmissi in altum paulatim ad montis cacumina pervenerunt: 32 tantum ex eo numero, quos instabilis gradus fefellerat, ex præcipiti devolutis. Barbari inopinato spectaculo attoniti, plures eos quam erant & bene armatos esse rati, ultro se dederunt. Arimazes igitur, desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes verberibus affectos, sub ipsius radicibus Petræ Alexander crucibus affigi jussit. Multitudo deditiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est. Artabazus in Petræ regionisque ei appositæ tutela relictus est. [*Curt. lib. 7. cap. ult. Vid. & Polyan. Strategem. lib. 4. in Alexandro, num. 29.*]

Alexander, in deditionem redacta Sogdianorum Petra, cum propter vagum hostem spargendæ manus essent, in quinque partes divisit exercitum. Hephæstionem tribus partibus præesse jussit: quartæ Cœnum & Artabazum præfecit. Ipse quinta parte secum sumpta, regionem ingreditur Maracanda versus, reliqui, ut quisque potuit, progressi, alios qui in arcem confugerant vi expugnavit, alios deditionem voluntariè facientes receperunt. Postquam vero universæ copiæ, majore Sogdianæ provinciæ parte peragrata, ad Maracanda convenerunt: Hephæstionem emittit, qui in Sogdianorum urbes colonias deducit; Cœnum autem & Artabazum in Scythas, quod nuntiatum fuerat Spitamenem ad eos confugisse. Ipse cum reliquo exercitu Sogdianorum ditionem ingressus, cætera oppida quæ ab iis qui defecerant occupabantur parvo negotio expugnavit: & iis qui ante certamen imperata fecerunt, eorum qui armis fuerant subacti urbes agrosque jussit attribui.

Dum hæc aguntur, Spitamenes & Bactrianorum exules, cum Sogdianorum profugorum manu qui in Scytharum regionem profugerant, & 600 (vel 800) Massagetarum equitibus, ad arcem quandam Bactrianis oppositam profecti, & præfectum præsidii nihil hostile expectantem adorti, militibus qui in præsidio erant interfectis, præfectum in custodia tenuerunt. Ipsi capta hac arce, animis elati, paucis post diebus Zariaspis appropinquantes urbem oppugnare statuerunt, multamque prædam inde abegerunt.

Ad hos coercendos Attinas regionis ejus præfectus 300 equites, insidiarum quæ parabantur ignarus, eduxit. Cui se adjunxerunt equites ex amicorum regionum cohorte, qui Zariaspis invaletudinis causa relictus jam convaluerant armaque ferre & equos conscendere poterant; cum Pithone Soficlis filio (iis qui ex regia familia Zariaspis erant præfecto) & Aristonico citharædo. Hi enim collectis mercenariis equitibus circiter 80, qui præsidio Zariaspis relictus fuerant, & regionum puerorum nonnullis cum Attina in Massagetis ferebantur. Sed Spitamenes & milites quos in sylvis campo junctis ille condiderat, ex improvise eos adorti, ex amicis quidem septem, ex mercenariis equitibus 60, & Aristonicum citharædum, (qui in ea pugna se non ut citharædum sed strenuum militem gesserat) Attinam vero cum suis omnibus interemerunt. Pithon faucibus in hostium potestatem vivus venit. Celeriter ad Craterum hujus cladis fama perlata est: qui cum omni equitatu superveniens, fugientes Massagetis usque ad solitudinem est insecutus. Ubi acri pugna inter eos inita, victoria penes Macedones fuit. Et ex Massagetis quidem, 150 equitibus caesis, reliqui facillè per solitudinem evaserunt, Dahæ autem mille oppressi sunt: quorum clade totius regionis finita defectio est.

Alexander, Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetiit: Ibi à rege Scytharum Europæorum super Bosphorum colentium dona & legationem accepit. Filia suæ nuptias illi obrulit: cujus rei & ipsum Alexandrum meminisse in epistola ad Antipatrum, ex Plutarcho jam ante notavimus. Quod si assinitatem hanc ille dedignaretur; ut principes Macedonum cum prioribus suæ gentis connubio coire pateretur, rogavit: se quoque si juberetur, venturum ad eum pollicitus; ut ab ipso coram imperata acciperet.

Eodem quoque tempore Phrataphernes, sive Pharamanes, qui Chorasinis præerat, Massagetis & Dahis regionum confinio adjunctus, misit qui facturum imperata pollicerentur. Ille utraque legatione benignè audita, Hephæstionem & Artabazum opperens stativa habuit.

Postquam hi advenerant, in regione *Bazaria* (vel *Bassitis*, ut in lemmatibus libri 17 Diodori legitur) Alexander cum toto exercitu ingressus saltum, qui quatuor continuis ætatibus intactus fuerat, agitari undique feras jussit. Inter quas cum leo magnitudinis raræ ipsum regem invasurus incureret: fortè Lysimachus (qui postea in Thracia regnavit) venabulum objicere feræ cœperat. Quo rex repulso & abire jussus, feram non excepto modo, sed etiam uno vulnere occidit. Deinde quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est.

Maracanda reditum est: & Artabazo à satrapatu Bactrianorum propter senectutem absoluto, veteri Philippi militi Clito Dripidæ Macedonis filio provincia ejus destinata est; fratri Hellenicæ (sive Lanicæ) nutricis Alexandri, quæ haud secus quam mater à Rege diligebatur. Sed in quiete Clitum pullatum Alexander videre sibi est visus, inter Parmenionis filios, qui mortui erant omnes, confidentem.

Tertius à somnio hoc oblato dies erat apud Macedones Baccho sacer: in quo Alexander quottannis Baccho sacrificare solitus, jam eo neglecto Diocuris sacrificium cum epulo instituit.

Quidam

Quidam tum ab ora maritima poma Græca regi attulerant: quorum viriditatem & speciem ille miratus, accivit Clitum, ut ei ostenderet illa & impertiretur. Clitum, relicto quod tum faciebat sacrificio ad Regem pergentem tres oves in quas facta jam fuerat libatio, sunt secuta. Quo intellecto Rex tem ad vates retulit Aristandrum & Cleomantem Lacedæmonium, denunciantibus illis tetrum prodigium esse, Alexander, somnii sui memor, ut properè pro Clito litarent præcepit. Clitus vero ad epulum venit, cum Rex Dioscuris sacrificasset. Cumque Alexander in convivio multo incaluisse mero, immodicus æstimator sui, celebrare quæ ipse gesserat cepit, & res patris Philippi deprimere: majore convivarum parte assentante. Clitus contra, memoriam Philippi tueri, præterita efferre, præsentia imminuere, est ausus; gravibus etiam additis in Regem contumeliis. Quum jam Alexander ira percitus eum interfectorum proficeret; ipse (ut refert Aristobulus) per ostium ultra muros & fossam in arcem ad Ptolemæum Lagi F. corporis custodem subductus, quin reverteretur continere se non potuit, & quum in Alexandrum Cliti nomen inclamantem incidisset, eique respondisset, *En tibi Clitum Alexander*: tum satissa ictus interiit.

Alexander, facti atrocitate postea considerata, eodem furore in pœnitentiam, quo pridem in iram versus, mori voluit. Itaque triduum totum inclusus, à cibo & potu abstinuit, neque aliam ullam corporis curam habuit.

Cum jam in quartum diem perseverata inedia esset, armigeri corporisque custodes in tabernaculum irumpentes, diu precibus ipsorum reluctatum ægrè vicerunt, ut cibum caperet. Vatribusque nonnullis Liberi patris iram hic causantibus, quod sacrificium ejus fuisset prætermisum: sacrificium illi reddidit. siquidem non ingratum ei erat, casum illum ad iram numinis potius quam ad suum maleficium referri. Aristander quoque vates visum quod de Clito fuerat ei representatum & prodigium in mentem revocans, jamdudum hæc in fatis fuisse monuit. Multum profuere & Calisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi: sed multo magis Anaxarchi Abderitæ sophistæ impudens arrisit adulatio, ex eo quod veteres sapientes Justitiam Jovi assidentem finxerunt impiè concludentis, quicquid à rege actum fuerit, id justum existimari debere. Quoque minus cædis puderet, jure interfectum Clitum Macedones decreverunt; sepultura quoque prohibuit, ni Rex humari jussisset.

Decem diebus maxime ad confinandum pudorem apud Maracanda consumptis, cum parte exercitus Hephæstionem in regionem Bactrianam Alexander misit, comiteus in hyemem paraturum. Satrapam autem Bactrianorum, quem Clito destinaverat, Amyntæ Nicolai filio dedit. Cænoque ibidem relicto cum suis ac Meleagri copiis, equitibusque ex amicis 400, & jaculatoribus equestribus, cum Bactrianis Sogdianisque, quibus Amyntas præerat, eos omnes Cæno parere & in Sogdianis hybernare jussit: partim ut præsidio regioni essent, partim ut Spitamenem, si is fortè per hyemem ea loca peragraret, in insidiis caperent. [Arrian. li 4.]

Ipsè Alexander Xenippa pervenit: quæ Scythiæ confinis erat regio; ad quam Bactriani exules qui ab Alexandro defecerant, se receperunt. Sed postquam Regem adventare compertum est pulsè ab incolis 2200 fere, omnes equites, congregantur. Hi ex improvise adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps prælium fecerunt; Ad ultimum 700 suorum amissis, quorum 300 hostis cepit, dedere terga victoribus, haud sanè inulti: quippe 80 Macedonum interfecti, præterque eos 350 faucii facti sunt. Veniam tamen etiam post alteram defectionem impetraverunt.

His in fidem acceptis, in regionem quam *Naura* (vel *Nautaca* potius; appellant, Rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sisimethres, duobus ex sua matre filiis genitis. quippe apud eos parentibus stupro coire cum liberis fas est. Is armatis popularibus fauces regionis, qua in arctissimum cogitur, valido munimento sepebat. Fauces illas à fronte præterfluens rapidissimus torrens, à tergo Petra objecta, munièbat. [Curt. lib. 8. cap. 6.] Arrianus apud Paratacas petram hanc fuisse ait; altitudinis 20, ambitus 60 fere stadiorum: eamque, ut & dominum ejus, *Chorienis* appellat nomine. Strabo vero *Sisimithris* petram (sic enim cum Curtio & Plutarcho, nominat) in Bactriana collocat, eamque altitudine 15, ambitu 80 stadiorum, superne autem planam & glebosam, & 500 viris alendis sufficientem, fuisse refert: atque in ea (non, ut Arrianus, in Sogdiana petra) Oxyartem filiam Roxanem, quæ Alexandro nupsit, habuisse affirmat. [Strab. lib. 11. pag. 517.]

Alexander, quanquam angustias naturali situ munitas valida manu Barbari tuebantur, tamen arietibus admotis munimenta quæ manu adjuncta erant concussit, fundisque & sagittis propugnantium plerosque dejecit: quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum supergressus, ad Petram admovit exercitum. Cæterum interveniebat fluvius coeuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem; magnique operis videbatur tam vastam voraginem explere. Cæsis tamen abietibus, quarum magna in ambitu illius montis copia erat, scalas ex iis confici jussit ut per eos exercitus in voraginem descenderet. Et interdum quidem ipse opus urgebat, cum dimidia exercitus parte: noctu vero vicissim corporis custodes Perdicas & Leonatus & Ptolemæus Lagi filius reliquo exercitu in tres partes distributo, nocturni operis ipsis commissi curam gerebant. Nec per diem plus 20 cubitis, noctu paulo minus efficiebant, quantumvis universus exercitus in opere esset: tanta erat & ipsius loci asperitas, & operis difficultas.

Erat tunc cum Alexandro, nationis ejusdem sed ditionis suæ Oxyartes (Roxanes pater;) qui ab eo interrogatus, quid animi haberet Sisimethres; omnium hominum eum trepidissimum fuisse respondit. Cui Rex: *Profecto tu petram nobis ostendis esse superabilem, quando ejus non est*



*firmum caput.* Et missus quidem ad eum trepidum diffidentemque rebus suis Oxyartes, ut se cum matre liberisque & totius cognationis grege Regis potestati permitteret persuasit. Dedita deinde petra Alexander, assumptis argyraspidibus circiter quingentis, arcem spectandi causa conscendit: & victimis Minervæ ac victoriæ castis, præsidem & illius & omnium locorum quorum antea fuerat Sisimithrem constituit; spe majoris etiam provinciæ facta, si cum fide amicitiam illius coluisset. Duos quoque illi juvenes patre tradente secum militaturos sequi iussit.

Relicta deinde phalange, ad subigendos qui defecerant, cum equite processit. Ardum & impeditum saxis iter primo utcunque tolerabant. Mox equorum non unguis modo attritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant; & rarius subinde agmen fiebat. Nobiles quoque juvenes comitari cum soliti defecerant; præter Philippum, Lyfimachi fratrem. Ille enim pedes (incredibile dictu) cum lorica indutus arma gestaret, Regem tamen subinde equos mutantem per 500 stadia comitatus est: atque in saltu, in quo se Barbari abdidierant, Regem cominus cum hoste dimicantem protexit. Sed postquam Barbari in fugam effusi deseruere Sylvas: animus, qui in ardore pugnæ corpus sustentaverat, liquit; & inter ipsius Regis manus collapsus expiravit. Mortuum Regem alius haud levis dolor excepit. Erigyus inter claros duces fuerat, quem extinctum esse, paulo ante quam reverteretur in castra, cognovit. Utriusque funus omni apparatu atque honore celebratum est.

Spitamenes cum suis Gabas perveniens, (munitum Sogdianorum oppidum, medium inter Massagetæ & Sogdianos situm) vagorum Scytharum equitibus circiter 3000, ut se illi jungerent atque in Sogdianos una irumperent, facile persuasit. Cænus, cognito Spitamene adventu, obviam cum exercitu profectus, ex equitibus eorum amplius 800 occidit; ex suis, equitibus tantum 25 & peditibus 12 desideratis. Unde Sogdiani qui cum Spitamene pugnæ superfuerant & Bactrianorum plerique, Spitamene in fuga deserto, Cæno sese dederunt.

Massagetæ Scythæ, re ita male gesta, Bactrianorum & Sogdianorum sociorum impedimenta diriperunt; & cum Spitamene in solitudinem confugerunt. Sed cum intellexissent Alexandrum animo penetrandi deserta adventare; interfecti Spitamene caput ad eum miserunt, tanquam illum à se hoc facto averfuri. [ *Arrian. lib. 4.* ] Cum haud procul esset Alexander, uxorem Spitamene caput mariti à seipsa abscissum ad eum attulisse, Scribit Curtius. [ *lib. 8. cap. 8.* ] Regemque atrocitatem sceleris detestatum, è castris eam abegisse; ne licentiæ barbaricæ exemplar in Græcorum mores & mitia ingenia transferret.

Dahæ, Spitamene cæde comperta, Dataphernem defectionis ejus participem vincitum Alexandro seque dedunt. Cænus & Craterus, cum Phratapherne Parthorum & Stasanore Ariorum satrapa, omnibus iis rebus quas Alexander imperarat confectis, Nautaca ad illum reverterunt. *b.* Alexander quiete exercitui ad Nautaca data, quod vigeret tum bruna, ( *ἀναμύρον τριζυγύρον*, ut apud Arrianum legitur) convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus à prætoribus suis avarè ac superbè imperabatur. Ergo Phratapherni Hyrcaniam & Mardos cum Tapiris tradidit: mandavitque ut Phradatem satrapam cui succedebat, qui sæpius accersitus ab Alexandro non parebat, ad se in custodiam mitteret. Arfani Drangarum præfecto substitutus est Stasanor. Arfanes (Curtio, *Atropates* Arriano) Satrapes in Mediam missus est: ut Oxidates, quem malè sibi velle Rex intellexerat, inde discederet. Babylonia, mortuo Mazæo, *Deditamene* ( *Stamene*, Arriano) subiecta est. Sopolis vero & Epocillus ac Menædas in Macedoniam sunt missi, ut exercitum inde ducerent.

His compositis, tertio mense ex hybernis Rex movit exercitum; regionem, quæ Gabaza appellatur, aditurus. Tertio vero itineris die tam immanis orta est tempestas, ut frigoris vehementia penè opprimeretur exercitus. Ejus horrendam speciem, cum Regis constantia atque in colligendo & solando milite humanitate, ob oculos nobis ponit Curtius: [ *lib. 8. cap. 9.* ] mille militum atque lixarum calorumque pestem illam consumpsisse narrans. Ubi etiam illud, à Valerio Maximo quoque ( *lib. 5. cap. 1.* ) & Julio Frontino ( *lib. 4. Stratagem. cap. 6.* ) commemoratum, adjicit, ut Alexander quum ipse admoto igne refoveret artus, Macedonem gregarium militem nimio frigore obtupefactum in suam sedem impostuerit: id ei salutare fuisse dicens, quod apud Persas capitale extirisset, in sella regia confedisset.

Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronunciarum Alexander iussit; ipsum omnia, quæ amissa essent, redditurum: quod & præstitit. Nam Sisimithres multa jumenta, & camelorum duo millia adduxit, pecoraque & armenta; quæ distributa pariter militem & damno & fame liberaverunt. Rex, gratiam sibi relatam à Sisimithre præfatus, sex dierum cocta cibaria ferre milites iussit, Sacas (qui defecerant) petens: totamque eorum regionem depopulatus, triginta millia pecorum ex præda Sisimithri dono dedit.

Roxanem virginem Oxyartis filiam Alexander connubio sibi jungens, (quod in Sisimithris Petra factum, in libro 15<sup>o</sup> Strabo indicat) multos simul ex suis amicis ad filias illustrium barbarorum accipiendas in matrimonium impulit: quemadmodum in capitulis libri 17. Diodori annotatum legimus.

*c.* Cogitationibus in bellum Indicum versis, ne quid à tergo quod impedire posset moveretur, ex omnibus provinciis triginta millia juniorum Alexander legi iussit, & ad se armata perduci; obsides simul habiturus & milites. Deinde in Bactra movens, Craterum cum 600 amicorum equitibus, suoque & Polysperchontis atque Attali & Alceæ peditatu, ad persequendum Austanem & Catanem, qui soli ex defectoribus in Paratacæne supererant, misit. Acçi inter hos pugna

commissa

Anno Mundi

Commiffa, Craterus fuperior eualit: Caranes in praelio occifus, Aufanes captus ad Alexandrum adductus eft. Ex barbaris equites 120 cæfi; pedites circiter 1500. Quo factò Craterus in Bactra eft profectus. Polysperchon quoque regionem, quæ Bubacene appellatur, in ditionem redegit.

Alexander, quod olim prava mente conceperat nunc eflè maturum ratus, quoniam modo cælestes honores ufurparet cœpit agitare. Jovis filium non dici tantum fe, fed etiam credi volebat; tanquam perinde animis imperare poffet, ac linguis. Itaque more Perfatum Macedonas venerabundos, ipfum falutare profternentes humi corpora juffit. Non deerat talia concupifcenti perniciofa adulatio, perpetuum malum regum; quorum opes fæpius affentatio quam hoftis evertit. [Curt. lib. 8. cap. 12.] Horum adulatorum, ad Regis voluntatem omnia loquentium, primarii tunc erant; Agis Argivus peflimorum carminum poft Chæfilum conditor, Cleo Siculus, & Anaxarchus Iophifta. Acerimus inter recufantes Callifthenes Olynthius, Aristoteles difcipulus fuit: quæ res illi exitio fuit; ejuſque maturandi iſta obvenit occaſio.

Hermolaus Sopolidis filius, puer nobilis ex regia cohorte, qui ſub Calliftiene Philoſophiæ operam dabat, quum aptum inter venandum telo occupaffet quem Rex ferire deftinaverat, juffu ejus verberibus affectus eſt. Quam ignominiam ægrè ferens, cum Doſtrato primùm Amyntæ filio, æquali atque amico ſuo, deinde cum Antipatro Aſclepiodori (qui ſatrapatum Syriæ gerebat) filio, & aliis ex eadem cohorte pueris regis de interficiendo Alexandro conjuravit. Quæ proditio per Epimeneum Aſtei filium, ex conciliis unum, detecta; de fontibus ſumptum eſt luppicium: Alexander Cratero protinus & Attalo & Alcete ſcribens, pueros in quaſtione confefſos ait ſe hoc confilium per ſe miſſe, neque fuiſſe alium conſcium quenquam; poſtea vero in epiſtola ad Antipatrum idem crimen impingit Calliſtheni; Ariſtolelem quoque (ex cujus confobrina Herone natus ille fuit) ita tacitè perſtringens. *Οὐκ ἔμειβε, Καὶ ἡ Μακεδονία ἐπὶ τὸν δόξαν τοῦ Ἰπποκράτους ἔχει τὸν νόμον, ὅτι τὰς ἐπιπέλας αὐτῶν, ἡ τὰς ἀποκτείνου τὰς πόλεις τῶν ἐπὶ τὴν ἐπιπέλας.* Ac pueri quidem (inquit) lapidibus ſunt à Macedonibus cooperiti: in ſophiſtam ego animadvertam, & in illos qui eum miſerunt, & oppidis ſuis inſidiantes mihi recipiant.

Calliſthenem poſtquam comprehenſus fuit, ſeptem meſes in vinculis cuſtoditum, ut in concilio præſente Ariſtolele judicaretur; ac quo tempore apud Mallos, & Oxydracas in India ſauciatus Alexander fuit, (inter quod & puerorum regionum conjurationem amplius quam 17 meſium interjectum eſt ſpatium) ex corpore ſupra modum pingui & morbo pediculari exceſſiſſe, Chares Mitylenæus author eſt. Regios pueros; quaſtione adhibita, ſe à Calliſthene ad faciinus illud incitatos dixiſſe, Ariſtobulus & Ptolemæus Lagi filius aſſerunt. Sed illum tortum ac de inde ſuſpenſum vitam finiſſe, Ptolemæus; compedibus vincitum in exercitu ductum fuiſſe, ac poſtea morbo interiſſe, ſcribit Ariſtobulus. Adeò ne ipſi quidem ſcriptores quorum magna eſt fides, quique tum temporis Alexandro aderant, de rebus manifeſtis inter ſe conſentiunt.

Amynta apud Bactrianos cum equibus 3500 & pedibus 10000 relicto, adulto jam vere (Ἐπιπλοῦτος ἴδω τὸν ἄνερον, ut apud Arrianum habetur) Alexander ex Bactris in Indos movit; ut Oceano ultimoque Oriente finiret Imperium. Cui gloriæ ut etiam exercitus ornamenta convenient, ſcutis argenteas laminas, equis frenos aureos addidit, loricas quoque, alias auro, alias argento adornavit. CXX millia armatorum erant qui eum ad id bellum ſequebantur.

Rex decem diebus ſuperato Caucaſo Alexandriam pervenit, quam ipſe apud Paropamiſadas exſtruxerat: præſidemque illius urbis amovit, quod non bene officio ſuo functus fuiſſe videretur. Pluribus deinde colonis in Alexandriam, ex finitimis & Macedonibus qui inutiles bello erant, deductis; Nicanorem unum ex focis illius urbis gubernationi præfecit: Tyriaſpen verò totius regionis Paropamiſadarum, & reliquæ provinciæ ad Cophenem fluvium uſque, ſattapam conſtituit.

Inde ad urbem Nicæam profectus, ſacrificio Minervæ factò, ad Cophenem amnem proceſſit: & caduceatore præmiſſo, Taxilem ac cæteros præſides qui trans Cophenem & cis Indum [impropriè dictam Indiam] incolebant, obviam ſibi progredi juffit.

Taxiles, & alii gentium ſuarum reguli, Alexandro occurrerunt, imperata facturi: illum tertium Jove genitum ad ipſos perveniſſe memorantes. Patrem liberum, atque Herculem, fama cognitos eſſe: ipſum coram aſſeſſe, cernique. Ampla illi offerebant munera: elephantos etiam 25. ſe miſſuros polliciti. Alexander benignè exceptos ſequi juffit, iſdem itinerum ducibus uſurus.

Cæterum cum amplius nemo occurreret, Alexander diviſo exercitu Hephæſtionem ac Perdicam in Peuceलाοτιδὲν regionem miſit, Indum fluvium verſus, una cum Gorgia & Cliti & Meleagri copiis, atque equitum amicorum dimidia parte, & mercenariis equitibus omnibus: mandatis traditis, uti oppida omnia quæ in itinere eſſent aut deditioſe reciperent aut vi expugnarent; quumque ad Indum fluvium perveniſſent, navigia facerent, queis in ulteriora transportari poſſet exercitus. Cum his etiam Taxiles reliquique ejus regionis præſides ſunt miſſi.

Aſtes Peuceलाοτιδὲν regionis præſes, defectione tentata, & ſe & urbem in quam confugit perdidit. Hephæſtion enim eam 30 dies obſeſſam expugnavit, Aſteque in ea interfecto, ejus gubernationem Sangæo tradidit; qui paulo ante Aſtem fugiens, ad Taxilem ſe contulerat. quod quidem illi fidem apud Alexandrum auxerat.

Alexander cum argyraſpidum manu, & equitatu amicorum qui Hephæſtionem ſecuti non erant & eorum qui Aſteteri vocantur agmine, cumque ſagittariis atque Agrianis & haſtatis equitibus, in Aſpios, Thyraos & Atafocos movit: itinereque ad Choen fluvium factò, montano magna



ex parte atque aspero, eoque amne difficulter transmisso, Craterum cum peditatu post se sen-  
sim sequi iussit. Ipse sumpto secum equitatu universo, & Macedonum peditibus 800 scuta pe-  
deltria gestantibus in equos impositis, summa celeritate contendit: quod barbari ejus regio-  
nis in montes confugisse nunciarentur, & in urbes munitiores ad repugnandum sese rece-  
pisse.

Eos qui occurrerunt, levi prælio in urbem proximam (in ipso itinere sitam) Alexander com-  
pulsit: & oppidanos pro mœnibus instructa acie stantes, primo impetu ut potuit repressit, &  
intra portas reiecit. Jam supervenerat Craterus. Itaque ut in principio terrorem incuteret genti  
nondum arma Macedonum expertæ, præcepit, ne cui parceretur; munimentis urbis, quam  
obsidebat, incensis. Cæterum dum obequitabat mœnibus, sagitta per thoracem ictus, vulnus  
in humero accepit; sed thorax, quo minus ea altius in humerum penetraret, obstitit. Ptole-  
mæus etiam Lagi filius & Leonatus vulnerati. Tum Alexander qua parte commodior ad op-  
pugnandum murus videbatur, castra ad urbem locavit: posteroque die sub lucem exteriorem  
murum, qui minus firmus erat, Macedones parvo negotio superarunt. ad interiorem Bar-  
bari aliquandiu resistere: sed quum admotis scalis omni ex parte telis peterentur, neque  
diutius sustinere possent; protinus eruptione per portas facta, in montes non procul ab urbe  
diffitos sese proripuerunt. Et eò quidem multi evaserunt: Sed Macedones eos infecuti non  
paucos in fuga cæciderunt. Urbs vero ipsa omnibus qui in ea relicti fuerant trucidatis, solo  
æquata est.

Inde domita ignobili gente, ad urbem Nysam sub radicibus Merimontis, à Dionysio five  
Baccho (ut ferebatur) conditam, cum exercitu Alexander pervenit. Sed ab Acuphi civitatis  
principe, cum legatis 30 ex primoribus ad eum misso, exoratus, Nysæis civibus, 400 equites  
mittere ad ipsum iussit, libertatem & *ἀνοσιπία* concessit; atque Acuphim (filio & nepote ob-  
sidum loco ab eo acceptis) Nysææ provinciæ præsidem constituit, Dionysio quoque sacrificium  
fecit, & cum amicis epulatus est; Macedonibus hedera redimitis Dionysio hymnos cantanti-  
bus, & variis appellationibus eum invocantibus.

---Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaumque

*Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.*

[Ovid. *Metamorph. lib. 4.*] Vide Philostratum, in Vita Apollonii, lib. 2. cap. 4.

Hinc ad regionem quæ Dædala vocatur, perventum est. Deseruerant incolæ sedes, & in avios  
sylvestresque montes confugerant. Ergo Acadeta transit, æque vasta & deserta incolen-  
tium fuga.

Urbe Andacena deditione recepta, Craterum ibi cum aliis peditum ducibus reliquit: ut reli-  
quas ejus regionis urbes, quæ se sponte non dederent, vi expugnaret; & provinciam, prout  
commodissimum præsentis rerum statui videretur, administraret.

Ipse cum argyraspidibus, & sagittariis, atque Agrianis, Cœnicis & Attali copiis, & equi-  
tum agmine, atque amicorum equitum quatuor summum turmis & equestrium sagittariorum  
dimidia parte, ad flumen Euaspla contendit, ubi Aspiorum præfectus erat: magnoque itinere  
confecto secundis castris ad urbem, cui Arigæum nomen erat, pervenit. Barbari simulac  
Alexandrum appropinquare senserunt, incensa urbe in montes confugerunt: quos eò usque Ma-  
cedones infecuti, multam eorum cædem fecerunt. Ducem etiam Ptolemæus Lagi filius pro-  
stravit, armisque exiit.

Jam vero & Alexander advenerat cum peditibus qui ex equis descenderant: qui quidem in  
Barbaros irruentes, difficulter eos in montes repulerunt: advenit & Craterus cum exercitu;  
peractis iis rebus quas Alexander imperarat. Ei desertæ ab incolis urbis Arigæi instauran-  
dæ negotium Alexander dedit: utque colonos ex finitimis qui sua sponte accedere vellent  
& ex iis qui bello inutiles essent deduceret, iussit. Ipse eò contendit, quo barbarorum ple-  
rosque confugisse audierat: quumque ad montem quandam pervenisset, ad ejus radicem ca-  
stra posuit.

Interea Ptolemæus pabulatum ab Alexandro missus, longius cum exigua manu speculandi  
causa progressus, Alexandro nuntiat plures in barbarorum quam in ipsius castris ignes videri.  
Alexander, parte exercitus ad montem ubi fuerat relicta, quum ad ignium conspectum venis-  
set, quas secum adduxit copias in tres partes divisit. Uni Leonatum corporis custodem præ-  
fecit: adjuncto ei Attali & Balacri agmine. Alteram Ptolemæo Lagi filio ducendam dedit: eique  
argyraspidum regionum partem tertiam, Philippi & Philotæ agmen, sagittariorum duo millia,  
Agrianos & totius equitatus dimidium, assignavit. Tertiam partem ipse duxit qua confertissi-  
mam barbarorum aciem vidit. Illi enim multitudine sua confisi, & Macedonibus quod pauci  
viderentur contemptis, in planitiem descenderunt. Ubi atroci pugna facta, victoria penes Ma-  
cedones fuit. Ptolemæus (tertiæ illius Macedonicarum copiarum ductor) author est, hominum  
ultra quadraginta millia tum capta fuisse, boum ultra 230 millia: è quibus Alexandrum præ-  
stantissimas quasque delectas quod eximia pulchritudine atque magnitudine excellere videren-  
tur, in Macedoniam, regionis colendæ causa, mittere voluisse.

3677

4. Exinde Alexander in Assacenos movit: qui quidem equitum duo millia, peditum 30 millia,  
elephantos triginta, ad pugnam instruxisse nuntiabantur. Mortuoque nuper eorum rege Assace-  
no (quod gentilitium & commune principum istorum nomen fuisse videtur) mater ejus Cleo-  
phis regioni tum præerat.

Craterus

Craterus instauratis mœnibus urbis, ad cujus exædificationem relictus fuerat, milites gravioris armaturæ ad Alexandrum adduxit; machinis etiam tormentisque advectis, sicubi obsidione opus esset. Alexander cum equitatu amicorum & equestribus jaculatoribus, Cœni ac Poly-sperchontis agmine, Agrianis mille & sagittariis, in Affacenos pergit; per Guræos iter faciens, & Guræum regionis illius fluvium difficulter transiens. Barbari ut adventare eum senserunt, conferta acie subsistere non ausi, dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in urbes sese recipiunt; iis sese tueri statuentes.

Alexander Massaga cum exercitu petit, regionis Affacenorum urbem maximam, & 35. stadiorum muro cinctam. Triginta millia peditum eam tuebantur: è quibus ex India interiore conducti fuerant ad septem millia. Ad collem quendam septem circiter stadiis à flumine Guræo dissitum pugna inita, in urbem sese recipere coacti sunt; ducentis in fuga cæsis, Alexander confestim phalangem muris admovit: indeque telo in suram incidente percussus, dixisse fertur; se quidem Jovis filium dici, sed corporis faucii dolores persentiscere: adjiciens etiam (ut in libro 2. de fortuna illius Plutarchus refert) ex Homeri Iliad. 6. quod *sanguis* è vulnere effluerit, non vero.

*Ἰσχυρὸς, ὡς ἂν τῆς ψυχῆς μακάριον δῶκεν.*  
*Ille orror, divis qualis solet esse beatis.*

Intra nonum diem, ingenti militum ardore, immanibus cavernarum spatii completis & mobilibus turribus erectis, oblessi terri; postquam loci præfectus telo ex machinis ictus occubuit, desperata urbis tutela, concessere in arcem: indeque legatos ad Alexandrum miserunt, veniam petituros. Cleophis quoque regina cum magno nobilium sceminarum grege aureis patris vina libantium processit. Ipsa, genibus Regis parvo filio admoto, non veniam modo, sed etiam pristinae fortunæ impetravit decus: quod credidere tamen amplius formæ quam miserationi datum. Concubitu enim redemptum regnum ab Alexandro recepisse putabatur; illecebris consecuta, quod virtute non potuerat. Unde & ab Indis, propter prostratam pudicitiam, *scorum reginam* postea appellata est. Ab Alexandri vero partibus 25. tantum in universa obsidione desiderati sunt.

Indi mercede conducti, qui in urbis defensione multum Alexandrum infestaverant, cum armis juxta pacta conventa discedentes, 800. ab urbe stadiis castra posuerunt. Eos Alexander implacabili odio prosequens, instructo agmine adortus est: se, ut ex urbe excederent, permisisse dicens; non uti perpetuo deinceps Macedonum forent amici. Illi periculorum magnitudine haud perterrefacti, conjunctis ordinibus sese munierunt, totaque acie in orbem coacta, liberos & sceminas in medium receperunt. Validissima deinde hostem pugna excipiunt; sceminaeque indutis casorum armis, operam suam in conflictu viris adjungunt: sed ad extremum multitudine superati occubere. Inutilem vero inermemque turbam Alexander inde abductam cum sceminis adhuc reliquis equitibus concessit. Quæ res gloriæ ipsius notam inussit, & rebus bello præclarè ab illo gestis quasi labes adhæsit.

Alexander Cœnum ad urbem opulentam & munitam, Bazira dictam, mittit; ratus oppidanos, Affacenorum expugnatione audita, deditionem facturos: quam illi tamen facere noluerunt. Attalum vero & Alcetam & Demetrium equitatus præfectum ad urbem Oram mittit; & ut eam muro in orbem ducto intercludant, tantisper dum ipse advenerit, jubet. Oppidani in Alcetam excursionem faciunt: quos Macedones facile repulsos atque in urbem reiectos muris clausurunt. Cumque in eam barbarorum finitimorum nonnullos, ab Abissaro missos, clam se immisuros Alexander accepisset: Cœnum apud Bazira munitam arcem extruere, præsidioque quod oppidanis agri usum impedire posset in ea relicto, reliquum exercitum ad se ducere jussit.

Bazirenses Cœnum cum maxima copiarum parte discessisse conspicati, contempta Macedonum qui relictis erant paucitate; in planitiem excurrunt: ubi quingentis eorum in pugna cæsis, & vivis supra 70. captis; reliqui in urbem repulsi, acrius deinceps ab excursionem in agrum, ab iis qui in arce ex adverso murorum extructa erant, arcebantur.

Oreorum urbem primo impetu Alexander expugnavit, & elephantos ibi repertos cepit. Quod Bazirenses audientes, viribus suis diffisi, sub mediam noctem deserta urbe in petram Aornum nomine confugerunt. Quorum exemplo & reliqui, suis oppidis relictis, eodem armati se receperunt. Alexander vero Oris & Malsagis præsidio firmatis, Baziræ muros extruxit; & oppida illa ab incolis suis deserta occupavit.

Taxile mortuo, filius ejus Omphis sive Mophis, qui patri fuerat author dedendi regnum Alexandro, per legatos jam illum consuluit; regnare se interim vellet, an privatum opperiri ejus adventum? Permissoque ut regnaret, non tamen jus datum usurpare sustinuit. Interim Hephæstionem (ad Indum flumen ponte jungendum, cum Perdica missum) benigne quidem excepit, gratuitum frumentum copiosius ejus admensus: non tamen ei occurrit, ne fidem ullius nisi Regis experiretur.

Alexander Embolima veniens, quæ urbs non procul à petra Aorno sita est, Craterum cum parte exercitus ibi reliquit: utque frumentum quantum posset, aliaque necessaria ad longi temporis moram ibi faciendam in urbem convehat jussit, ut inde progressi Macedones, diurna obsidione eos qui petram tenebant conficerent, si primo impetu capi non posset. Ipse assumptis sagittariis atque Agrianis, Cœnique agmine, & ex reliqua phalange delectis iis qui

& expeditiores & melius armati essent, præterea ex equitatu amicorum 200. ac sagittatis equestribus 100. exercitum ad petram admovit.

Petram hanc ab Hercule frustra obsessam fuisse, terræque motu coactum abistere, fama vulgaverat. Quo majore illius expugnandæ desiderio Alexander exarsit; acta Herculis superare gestiens. Ambitus petræ stadiorum fuit centum, altitudo 16. si Diodoro credimus. Ab Arriano enim ambitus 200. stadiorum fuisse fertur; altitudo, qua humillima erat, stadiorum undecim. Radices ejus ad meridiem Indus fluvius (non procul a fontibus, ut in libro 15. Strabo indicat) alluebat: partes alias præaltæ voragine & inviæ rupes cinxerant. Senex quidam pauperculus cum duobus filiis domicilium hic in quodam specu habuit, ubi tres lætuli erant, petræ incisi. Hic Alexandro, 80. talenta illi promittenti, aditum qui unicus in petræ ducebat verticem monstravit. Quo occupato, quia nusquam exitus alibi patebat, Barbaros obsidione Rex conclusit, ut auxilii nihil superesset. Hinc infinitâ aggerentium operâ effecit, ut intra septimum diem vallis & radix petræ explerentur: & de propinquo cum hoste rem gerens, oppugnationem acerrimam instituit; quæ assiduis nec interruptis per septem dies totidemque noctes conflictibus duravit. Alexander, multis suorum partim scandendo partim pugnando amissis, (inter quos primarii erant, Charus & Alexander, ipsi cognominis) licet nulla spes potiundæ petræ offerretur, speciem tamen ostendit in obsidione perseverantis: præsidio, quod in aditu fuerat, amoto; ut liberum quicumque vellent abeundi spatium haberent. Barbari, illius constantia, perterriti, noctu Petra exceperunt.

Rex, Balacro qui specularetur præmissio, cognoscit Petram fuga Indorum esse desertam. Tum assumptis ex custodibus corporis & argyraspidibus 700. primus in eam conscendit: Macedones, sese mutuo subtrahentes, illum secuti sunt. Exinde in recedentes barbaros signo dato conversi, multos in fuga interfecerunt: plerique etiam eorum trepide fugientes, per præcipitia delapsi perierunt. Alexander locorum magis quam hostium victor, magnis tamen factis sacrificiis, Minervæ Victoriæque aras in Petra locavit: præsidioque in ea posito, illi & regioni adjunctæ Sisicoptum vel Sisocostum præfecit, qui ex Indis Bactra ad Bessum transfugerat, & postquam Alexander Bactrianorum regionem subjugavit, conjunctis cum eo copiis fidelem imprimis ei operam navaverat.

Alexander è petra in Assacorum regionem movit. Assacani enim fratrem, cum elephantis & finitimorum barbarorum non exigua manu, in illius regionis montes confugisse acceperat, quumque ad urbem Dyrtaam pervenisset, neminem incolarum aut in ea aut in vicina regione reperit.

Postero die Nearchum & Antiochum, qui singuli mille argyraspidibus præfecti erant, emittit. Ac Nearchus quidem Agrianos levis armaturæ dat; Antiocho ad mille argyraspides quos ducebat, alia duo millia adjungit. Hos speculatum in illa loca mittit; & an forte nonnullos ex barbaris comprehendere possent, è quibus cum alia ad regionis notitiam pertinentia, tum de elephantis cognoscerent.

Ipsè ad Indum flumen pergit; exercitu qui viam faceret præmissio: neque enim aliter ea loca transiri possunt. Cum vero angustias itineris obsideri ab Eryce quodam comperisset; gravius agmen exercitus Cæno ducendum modicis itineribus tradidit. Ipsè prægressus cum funditore ac sagittario, deturbatis qui obsiderant saltum, sequentibus se copiis viam fecit. Indum hunc Aphricem appellat Diodorus; & milites 20000. cum elephantis 15. habuisse scribit. Indi vero, sive odio ducis, sive gratiam victoris regis initari, sive Erycem sive Aphricem hunc fugientem adorti interemerunt; caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille factò impunitatem dedit, honorem denegavit exemplo.

Hinc ad flumen Indum sextis decimis castris (sive die decimo sexto) Alexander pervenit: urbemque Peuceliotum haud procul à flumine sitam deditione recepit; præsidioque Macedonum imposito, Philippum ei præfecit. Multa præterea minora oppida ad Indum amnem sita subegit; comitantibus eum Cophæo & Assagete præsidibus provinciæ. Barbaris etiam nonnullis captis, certior factus est Indos ejus regionis ad Barisadem (Abisarum fortasse) confugisse; & elephantos in pascuis apud Indum fluvium relictos esse. Quo cognito, ad eum locum in quo elephantis erant duci se jussit. Ubi, inter venandum, duo è præcipitiis lapsi perierunt; reliqui capti, admissis fessoribus, exercitui admoti sunt. Sylvam quoque cæduam apud flumen nactus, eam ab exercitu cædi navisque ædificari jussit, quibus in Indum flumen subductis, ad pontem quem jam multo ante Hephæstion & Perdicca construxerant, vectus est. Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves, ut solutæ plaustris vehi possent, rursusque conjungi. Præter eas autem quibus pons junctus fuerat, etiam duas naves triginta remorum multaque minora navigia illi paraverant.

Alexander ibi stativis per 30. dies ad recreandum exercitum habitis, magnifica diis suis sacra peregit; ludosque gymnicos & equestres ad flumen edidit. Regioni cis Indum sitæ ex amicis Nicanorem satrapam constituit. Per pontem deinde (quem juxta civitatem Peucolaitidem positum fuisse, in libro 15. Strabo affirmat) traductis copiis, iterum patrio more sacrum fecit. Vere autem incipiente, in campos inter Indum & Hydaspem positos Alexandrum esse ingressum confirmat apud Strabonem (lib. 15. pag. 691.) Aristobulus.

c. Jam 30. stadia Alexander aberat, quum Omphis cum armato exercitu & elephantis per modica intervalla militum agmini immixtis, amicos simul adducens, illi occurrit. Ac primo

Alexander,

Alexander, non socium sed hostem adventare credens, ad pugnam se parabat. At Indus cognito Macedonum errore, iussis subsistere cæteris, concitato equo ad Alexandrum excurrit: seque cum regno suo (quod magnitudine Ægypto non cedebat) illi tradidit. Querenti Alexandro, plures agricultores haberet an milites; cum duobus regibus bellanti sibi, majore militum quam agrestium manu opus esse, respondit. Abisarus & Porus illi erant: ultra Hydaspem annem regnantes. Omphis, permittente Alexandro, & regium insigne sumpsit, & more gentis suæ Taxiles est appellatus; eo nomine sequente imperium, in quemcumque transiret.

Taxila urbs (à qua commune illud nomen regibus est inditum) omnium quæ inter Indum & Hydaspem sunt maxima est. Ejus cives cum novo suo rege perhumaniter Alexandrum exceperunt: qui & eis tantum finitimæ regionis quantum petierunt adjecit. Cumque per triduum Taxiles hospitaliter Alexandrum accepisset: quarto die, & quantum frumenti copiis, quas Hephæstion duxerat, præbitum à se esset ostendit; & aureas coronas ipsi amicisque omnibus dono dedit. Elephantos etiam 30. (ut Arriano, vel 56. ut Curtio placet) multaque pecora eximie magnitudinis, tauros ad tria millia, oves ultra decem millia, Alexandro tradidit. Equites præterea 700. Indos auxilio ab eo missos refert Arrianus, & 200. talenta argenti data; cum signati argenti 80. tantum talenta Curtius commemoret.

Hac ejus benignitate Alexander mire latus, argenti talenta quæ is dederat remisit, & mille talenta ex præda quam vehebat adjecit; multaque convivalia ex auro & argento vasa, plurimum Persicæ vestis, 30. equos ex suis, cum iisdem insignibus queis affueverant cum ipsum veherent. Quæ liberalitas sicut Barbarum obstrinxerat, ita amicos ipsius vehementer offendit: è quibus Meleager super cenam largiore vino usus, gratulari se Alexandro dixit, quod saltem in India reperisset dignum talentis mille. Rex haud oblitus quam ægre tulisset quod Clitum ob linguæ temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, *Invidios homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta.*

Postero die, ab Abisaro montanorum Indorum rege frater ipsius alique legati cum pecuniis & elephantis missi ad Alexandrum venerunt; omnia ditioni ejus, ita ut mandatum erat, permittentes: firmataque invicem fide, ad regem suum remissi sunt. Nonnulli etiam à Doxareo præside ad Alexandrum venerunt, dona adferentes.

In Taxilis Alexander rursus sacrificia consueta peragit, ludosque gymnicos & equestres facit. Et Philippo Machate præside illius regionis constituto, præsidioque Taxilis imposito, milites in valetudinis causa bello inutiles ibi relinquit. Ipse Hydaspem annem versus movit.

Porum Alexander nominis sui fama ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharem; qui denuntiaret ei, ut stipendium penderet, & in primo finium suorum aditu ipsi occurreret. Porus, alterum ex his facturum sese respondit; ut intranti regnum suum præsto esset, sed armatus.

Huic finitimorum Indorum rex alter Porus fuit, hujus ex fratre nepos: qui, patrum odio, legatione ad Alexandrum missa, se pariter & regionem cui imperabat Alexandro dedit.

Alexander Cœnum Polemonis filium retro ad Indum annem misit; utque navigiis quæ ad trajiciendum Indum præparatas dissectis, ad Hydaspem fluvium ea transferret, iussit. Navigia itaque breviora quidem in duas, quæ vero triginta remis instructa erant in tres partes dissecta, & curribus in ripam Hydaspis transvecta sunt.

Navigiis ibi rursus compactis atque in annem subductis, Alexander assumptis copiis Taxila rediit: & quinque Indorum millia nactus, quos Taxiles ejusque regionis præsides ducebant, ad Hydaspem fluvium contendit. Ubi in itinere, Barlaentes (Drangarum quondam satrapa, & defectionis Arachosius author) vincus, trigintaque elephantis simul capti ad Alexandrum sunt adducti: opportunum adversus Indos auxilium; quibus plus in bellis, quam in exercitu spei ac virium erat. Gamaxus quoque exiguæ partis Indorum regulus, qui Barlaenti se conjunxerat, vincus adductus est. Utroque in custodiam, elephantis autem Taxili traditis, ad annem Hydaspem Alexander tunc pervenit: Barlaente postea, ob perfidiam qua in Dario opprimendo usus fuerat, interfici iussit. (ut ex Arriano, lib. 3. pag. 72. intelligitur.)

In ulteriore Hydaspis ripa Porus confederat, transitu Alexandrum prohibiturus: viribus corporis, & animi magnitudine pariter insignis. Quinque enim cubitis proceriorem fuisse ferunt (licet quatuor tantum cubitorum & unius palmi mensura apud Plutarchum legatur:) crassitudine autem tanta, ut lorica ejus duplo excederet loricas aliorum qui robore excellere. Ipsum vehebat elephantus super cæteras belluas eminens: cui proportionem equitis ille infidebat. Elephantos 85. eximio corporum robore, hosti illum objecisse scribit Curtius: quum 130. Diodorus, plures quam 200. eum habuisse dicat Arrianus. Currus 300. cum 30. peditum millibus, Arrianus & Curtius illi tribuunt: plures quam mille currus, & peditum millia 50. Diodorus; licet 20. tantum peditum millia Plutarchus memoret. Equites vero 2000. Plutarchus idem, 3000. Diodorus, 4000. Arrianus, in aciem ab illo adductos fuisse refert.

Interlabente utraque castra Hydaspæ, elephantis semper objectis Porus observabat transitum: Alexander vero strepitum in castris & tumultum quotidie ingentem excitavit, quo assuefaceret suos non formidare barbaros. Hinc nocte procellosa & illumi cum parte peditum & lectissimis equitibus procul ab hostibus progressus, in insulam non magnam transiit. Ibi imbre ingentibus procellis fuso, crebrisque in exercitum præteritis & fulguribus cadentibus, quamvis intire nonnullos & perstringi fulmine videret, ex insula tamen solvens ad ulteriorem ripam

contendit. Hydaspes, quum ex illa tempestate torrens & tumidus ferretur, grandi eluvie perripit ripam, magnaue pars illac unda decurrit. Terram intermediam Alexander cepit non stabili pede; utpote lubricam & undique ab unda laceratam. Cæteri quoque Macedones cum armis eluviem illam superarunt, ad pectus unda pertingente. Anne trajecto, 20. stadia ante peditatum suum cum equitibus proventus Alexander, mille equites & 60. currus, qui secum fuerant congressi, fudit: curribus captis omnibus, & ex equitibus 400. occisis. Porus Alexandrum transmisisse videns, cum omnibus copiis se intulit; non pluribus relictis, quam qui Macedonum in altera ripa adhuc relictorum transitum impedirent. Belluas & hostium multitudinem metuens Alexander, in alterum cornu ipse invehctus est, cæteros immissit in dexterum. Barbaris autem qui premebantur globo facto ad bestias semper se recipientibus, promiscua pugna facta est: & vix octava hora hostes terga dederunt. Ita rem gestam in epistolis ipse Alexander retulit.

Priorem illum conflictum, in quo cæsi 400. equites & 60. currus capti sunt, cum Pori filio fuisse habitum narrat Aristobulus: ipsum quoque in eo interfectum fuisse addens. Ptolemæus, vero copias cum Pori filio missas majores duplo illis facit, quas jam ex Alexandro recensuumus. Duo enim millia equitum secum duxisse illum scribit, & currus 120. Posteriorem conflictum, cum universis Pori copiis factum, quem leviter perstrinxit Alexander, fustus descripsit Arrianus: de numero demum in utraque pugna occisorum ista subiiciens. Cæsi sunt ex Indis pedites paulo minus 20000. equites 3000. currus omnes dissipati; duo Pori filii interfecti. Spitharches etiam Indorum illius regionis præses, omnesque elephantorum & currum præfecti, & equitatus ac peditatus Pori duces, occisi sunt: & elephantum qui in pugna cæsi non erant, capti. Ex peditatu Alexandri, qui 6000. numero primum conflictum adierunt, 80. summum desiderati: ex sagittariis equestribus, qui quidem primi pugnam aggressi sunt, 10. ex amicornum equitatu 20. ex reliquo omni equitatu 200. Cum quibus illa Diodori conferti poterit recensio. Occubuerunt Indorum plures quam 12000. inter quos duo Pori filii, summique exercitus præfecti, & ducum clarissimi fuere. Vivi autem in victoris manus plus quam 9000. & elephantantes 80. venerunt. Ex Macedonibus equites 280. peditesque ultra 700. ceciderunt.

Captum Porum rogante Alexandro, quomodo tractaturus eum esset, *Repe* respondit. Adjiciente Alexandro nihilne aliud vellet; Omnia, inquit, verbum *Regie* complectitur. Unde regie hominem generosum Alexander tractans, in amicornum numerum eum recepit, & in regnum restituit: quod, inter Hydaspem & Acesinem positum, 300 fere milium fuisse, Strabo confirmat. [*lib. 15. pag. 698.*]

Facta fuisse hæc Arrianus significat *ὡρα ἴσως ἢ μὲν τὸ πρῶτον μάλιστα ἐν τῇ α ἡρίστῃ ο ἡλίος*, tempestate anni qua post æstivum cardinem Sol convertitur: quo tempore creberrimos imbres à cælo in Indorum regionem ruere, indeque Hydaspem fluvium, qui hyeme vado transiri poterat, aquis summopere auctum fuisse, narrat. [*lib. 5. pag. 107.*] Cum quo Jacobus Capellus alium ejusdem locum confort. [*lib. 7. pag. 163.*] in suo de Euphrate similiter scribit; hyeme quidem esse vadofum, præaltum vero ac exundantem *ὅσος ὑποαίοντος ἔχει πλὴν δὲ μάλιστα κατὰ τὴν πᾶς ἀε τῆς δέρας ο ἡλίος ὑπερβῆσθαι*, vere appropinquante, multoque magis sub ipsum æstivum quem sol convertit cardinem. Cum enim quatuor anni cardines communi nomine Græci *τῆρας* appellant: qui in duas tantum partes annum partiuntur, Æstatem & Hyemem, æstivam *τῆρας* à verno, brumalem ab æquinoctiali æquinoctio inchoant. Qua ratione Arrianus apud Orientales illos *appropinquante, vere*, multoque magis post ipsum æquinoctium, quæ ipsi æstiva *τῆρας* est sive semeltris æstivi initium, imbres cadere & flumina sensu crescere. De Indicis certe regionibus, testis *Ἀριστοβούλος* est Aristobulus (qui hoc tempore ad Hydaspem fluvium cum ipso Alexandro fuit) *τὸ ἄρτος ἀρχομένη καὶ τὸ ἑμῆς ἐπιτελεῖσθαι, καὶ ἀπὸ καὶ μάλιστα λαμβάνειν ἐπιδοῦναι, vere incipiente imbes ibi incipere, ac deinde semper magis augeri*: ut apud Strabonem [*lib. 15. pag. 691.*] legitur. Et tempore inter vernal æquinoctium & solstitium æstivum interjecto pugnam cum Poro fuisse commissam, hisce verbis ipse Arrianus clarissime confirmat. [*lib. 5. pag. 114.*] *Τὸ τὸ τίλος τῆ μᾶλλον τῆ σφῆς Πάσης τε καὶ τῆς ἐπιτοῦρα ἔδωκεν ποταμῷ Ἰνδῷ ἀπὸ τῆς ἐπιτοῦρα, καὶ ἀρχομένη Ἰνδοῦ αἰῶνος, μὲν δὲ Μυνοχίωνος. Hujusmodi exitum habuit pugna Alexandri adversus Porum & Indos trans Hydaspem amnem coeletes, archonte Athenis Hegemone, mense Munychione; qui eo anno Maio Juliano totus fere respondebat. Ipsum vero solstitium æstivum, sive *ἑστίας τῆρας* proprie dictas, circa adventum Alexandri ad fluvium Acesinem demum contigisse; ex Nearcho postea declarabitur.*

Alexander tam memorabili victoria lætus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat, iis qui in pugna ceciderant justa peragenda curavit, Soli pro victoria victimas immolavit, ludofque gymnicos atque equestres ad Hydaspis ripam, eo loco quo primum cum exercitu traiecit, celebravit. Et quia summa illic erat comæatus abundantia, exercitui 30. dierum quietem ad reficienda corpora indulxit. Milites vero, quo promptioribus animis reliqua belli obirent, pro concione laudatos docuit, quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum: cæteram opimam prædam fore, celebrataque opes in ea regione eminere quam peterent. Copiarum duces coronis, & mille aureis singulos donavit. Cæteris quoque proportione aut gradus quem in amicitia obtinebant, aut navate operæ, honos habitus est. De trophæo vero ab Alexandro hic erecto, videndus Philostratus est, libro 2. Vita Apollonii cap. ult.

Cum in animo Alexander haberet, simul ac terminos India attigisset, Oceanum invisere:

navigia

navigia hic ædificari iussit. In proximis enim Emodis montibus abietis proceræ copia, nec parum cedri & pini; ac multa materia navalis erat. Quam cedere aggressi, magnitudinis inusitata reperere serpentes, ad 16. cubitorum longitudinem porrectos. Rhinoceros quoque, rarum alibi animal, in iisdem montibus erant: & simiarum genera tum numero, tum magnitudine corporum insolenti, quarum cum multis Macedones aliquando in collibus quibusdam vidissent ordinibus stare instructis, exercitum esse putantes, in eas tanquam hostes contendere ceperunt: sed à Taxile qui tum cum Alexandro erat, re cognita cessaverunt. [Vid. Strabon. lib. 15. pag. 698. 699.]

Duas Alexander hic urbes, in utraque Hydaspis ripa condidit: in ulteriore fluminis ripa, unde transfugerat, unam; in loco quo pugna commissa fuerat, alteram. Hanc, à victoria adversus Indos parva, *Nicaam*; illam *Bucephalen* vel *Bucephaliam* appellavit, in equi sui Bucephali memoriam. Ille enim eo loci interit: non quidem ex vulnere in prælio accepto, (ut, inter alios, in lib. 5. cap. 2. A. Gellius voluit) sed laboribus pariter atque ætate fractus. Tringenta enim annorum eum tum fuisse, præter Arrianum, confirmat etiam à Plutarcho citatus Onesicritus. *Rex defuncto duxit exequias, urbemque tumulo circumdedit nomine ejus.* [Plin. lib. 8. cap. 42.] Juxta has urbes Alexandrum classem suam extruxisse, notat Strabo: [lib. 15. pag. 698.] Hydaspes interfluente, inter Pori & Taxilæ fines medio; cujus utriusque summo in classe hac ædificanda studio usum fuisse Alexandrum, Curtius etiam memorat. [lib. 9. cap. 1.]

Alexander, Cratero cum parte copiarum relicto, qui urbes has quas condere ceperat exædificaret miroque cingeret, in Indos Pori regno finitimos movit; qui *Glaucanica* Aristobulo, Ptolemæo Lagida *Glausa* appellantur: equitatus amicorum alteram partem apud se habens, & ex singulis peditum phalangibus selectissimos quosque, equestris sagittarios omnes, Agrianos præterea & sagittarios. Hic urbes 37. deditione recepit: quarum quæ minima erat, non minus quam quinque incolarum millia habebat; multæ vero etiam decem. Pagorum quoque magnum numerum cepit; atque eos quidem non minus quam urbes ipsas incolarum frequentia celebres. Totius vero hujusce regionis imperium Poro dedit. Taxilem etiam Poro conciliatum in sua remisit.

Per id tempus legati ab Abifaro ad Alexandrum venerunt; pollicentes omnia facturum quæ imperasset, modo ne coereret corpus suum dedere. Neque enim aut sine regio impetio victurum, aut regnaturum esse captivum. Cui Alexander nunciari iussit, si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum cum exercitu magno ejus malo esse venturum. Venerunt etiam legati ad Alexandrum ab Indis qui libere suis legibus utentes vivunt & à Poro alio Indorum præfecto.

Phrataphernes Parthorum atque Hyrcaniæ satrapa cum Thracibus sibi commissis ad Alexandrum venit. Venerunt & nuntii à Sisico Assacenorum satrapa, Assacenos interfecto præside ab Alexandro defecisse nuntiantes. Adversus hos Philippum & Tyriespem cum exercitu misit; qui Assacenorum motus compescerent & provinciam regerent. Quo tempore & Cleophis Assacenorum regina Alexandro filium peperit: qui *Alexander* ab ea nominatus, regno postea potitus est. [Justin. lib. 12. cap. 7. cum Curt. lib. 8. cap. 20. fin.]

Porus ille alter Pori nuper debellati ex fratre nepos, non tam Alexandri quam patris metu deserto regno suo, ad Gangaridarum se nationem proripuit: omnibus iis qui bello apti erant, quibus quidem persuadere, potuit, fugæ comitibus secum sumptis.

Alexander rapidum Acesinis amnem, 15. stadiorum latitudinis, cum exercitu transmisit. Qui pellibus usi sunt, trajecerunt sine periculo. Eorum vero qui navibus transeverunt, quum pleræque cautibus illisæ rumperentur, non pauci in amne perierunt: ut ex Ptolemæo Lagi filio refert Arrianus [lib. 5. pag. 115.] Cænum vero cum suis copiis ad ripam Alexander reliquit: ut reliqui exercitus, frumentum & alia necessaria ex regione Indorum quæ ei parebat allaturi, transitum curaret.

Posita prope Acesinæ castra, ob fluminis exundationem, in arduum magis locum subducere se coactos fuisse, idque circa æstivum solstitium contigisse, Nearchus tradidit, qui tum inter milites Alexandri præfens adfuit. [apud Strabon. lib. 15. pag. 692.] quod & Arrianus confirmat in Indicis: [pag. 172.] ubi Alexandri exercitum ab Acesinæ fluvio fugisse scribit, quum media æstate ejus aqua campos obrueret.

Sylvæ hic erant prope in immensum spatium diffusæ, procerisque & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosæ. Nonnullæ ad 70. cubitos erectæ, crassitie erant tanta, ut difficulter quatuor illas viri complecterentur; & umbram ad tria plethra vel pedes 300. de se projectabant. Plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus, qua se curvaverant, erigebantur; adeo ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice generatæ. De quibus videndus Plinius, lib. 12. cap. 5. & Strabo, lib. 15. pag. 694. ubi sub una harum arborum 50. equites meridiari potuisse, authorem Aristobulum profert.

In hoc etiam tractu magna vis serpentum erat, qui specie quidem exiles, sed varietate corporis insignes erant; & tanta motus efficacitate, ut cum mors extemplo sequeretur. Macedones igitur, ut à pestiferis eorum moribus sese tutarentur, lectos ex arboribus suspendebant & maximam noctis partem insomnem ducebant: donec ab incolis de remedio veneni, radice quadam, edocti à malo isto liberati sunt.

Porum hinc Alexander in regnum suum remisit; mandatis additis, ut lectissimis Indorum qui bellicosissimi haberentur copiis, & elephantis (si quos haberet) collectis, ad se rediret. Ipse per desertam ad Hyarotim vel Hydraotem alium Indiæ fluvium, (latitudine quidem Acesinæ



nihilo minorem, cursus vero rapiditate inferiorem) pervenit: & per omnem regionem præfida idoneis locis posuit; ut Craterus & Cœnus tuto ad se pervenirent, frumento per maximam regionis partem direpto.

Deinde Hephæstioni partem exercitus committens, (peditum scilicet phalanges duas, equitum tum suum tum Demetrii agmen, & sagittariorum partem dimidiam) in Pori illius qui auferat regionem misit, eamque ut alteri Poro amico suo traderet, iussit; & si quæ aliæ ad ripam Hyarotis gentes Indorum essent libere suis legibus viventes, eorum omnium gubernationem eidem Poro daret.

Ipsè Hyarotim fluvium, non ita difficulter atque Acesinam trajecit. Junctum erat flumini nemus opacum arboribus alibi inuisitatis, agrestiumque pavonum multitudine frequens. Rex vero ulterius progressus, plerosque deditione recepit; nonnullos etiam cum armis occurrentes, alios vero fugientes captos vi subegit.

Inter hæc Alexandro nuntiatur, & alios quosdam Indos liberos & eos qui appellantur Cathæi pugna eum excipere paratos, si eo exercitum duceret, reliquos finitimos etiam libere viventes ad societatem sollicitare. Cum his quoque conspirasse Oxydracas aliam Indorum gentem, & Mallos aliam ab his diversam: adversus quos paulo ante & Abifarus & Porus conjunctis copiis ac multis Indorum in societatem adscitis profecti, quum nihil tanto belli apparatu dignum gessissent, recesserunt. Locus vero ad quem configere staturissent, Sangala esse dicebatur: urbs Cathæorum magna (ut in ea regione) & non muro solum sed etiam palude munita. Cathæi vero hi, *Cathæi* apud Polyænum (libro 4. Stratagem.) appellantur, *Cathari* apud Diodorum: qui communi gentis hujus decreto sancitum fuisse ait, ut cum viris defunctis uxores concremarentur, quod ipsum de *Cathæis* à Strabone est notatum. [*lib. 15. pag. 699.*]

In Cathæos istos confestim contendens Alexander, secundis castris ab Hyarote fluvio ad urbem pervenit cui Pimprama nomen est. Ea Indorum gens Adraitæ (Andrestæ Diodoro) vocabantur: qui statim pactationibus deditionem fecerant.

Alexander postero die militibus ad quietem dato, tertio die Sangala profectus est: ubi Cathæi alique his finitimi, qui sese iis conjunxerant, ante urbem in colle non omnino arduo, quem triplici curruum inter se junctorum ordine munierant, instructa acie stantes illum expectabant. Sed, curribus dissipatis & odtingentis suorum amissis, in urbem refugere sunt coacti. Quos ea conclusos Rex obsidens, duplici vallo oppidum cinxit, præterquam qua stagnum obstabat. Eo vero loco Ptolemæum Lagi filium statuit: argyrapidum tria millia, Agrianos omnes, unumque sagittariorum agmen illi adjungens. Ille currus priore pugna captos, ad obsessorum fugam impediendam, transversos collocavit. Barbari sub quartam noctis vigiliam eo effusi, in currus impingentes à Ptolemæo repulsi, 500. in fuga cæsis, rursus in urbem se receperunt. Interea Porus advenit, reliquos elephantos adducens, & Indorum quinque millia. Jamque & machinæ Alexandro confectæ erant & muris admovebantur. Macedones, membris nondum quassatis sed lateritio muro suffosso scalisque omni ex parte admotis, urbem vi ceperunt. In ejus expugnatione 17. millia Indorum trucidata sunt: capti supra 70000. currus 300. equites 500. De Alexandri exercitu circiter centum in universa obsidione desiderati sunt: sed 1500. circiter vulnerati; in quibus, cum alii duces, tum Lysimachus corporis custos fuit.

Alexander, cæcis patrio more sepultis, ad vastandam eam regionem Perdiccam cum expedita manu misit. Eumenem etiam scribam (Cardianum videlicet illum, Philippi scribam: cujus vitam à Plutarcho & Emilio Probo habemus descriptam) cum 300. equitibus ad duas urbes, quæ cum Sangalis conspiraverant, misit; ut, venia oblata, deditione eas reciperet. Sed oppidani, de Sangalorum expugnatione certiores jam antea facti, urbibus desertis fugerant. Quotquot vero è fuga ob invaletudinem relictæ fuerunt, 500. circiter, comprehensi cæsi que sunt. Reliquos vero assequendi spe deposita, rediens Alexander Sangala solo æquavit.

Aliam deinde urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolæ oppugnare aggressus, civibus eum deprecantibus & portas aperientibus veniam dedit; & obsidibus acceptis, ad proximam urbem, magnam & frequentem, castra movit. Obsides ducebantur ante agmen: quos cum è muris agnovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium vocaverunt. Illi clementiam regis, simulque vim commemorando, ad deditionem eos perduxerunt. Mutataque inde fama quæ de Alexandro sparsa fuerat, ac si latronum ac barbarorum more belligeraret; cæteræ urbes, simili modo deditæ, sua illum sponte receperunt. [*Curr. lib. 9. cap. 2. Polyæn. Stratagem. lib. 4. in Alexandro, sect. 30.*]

Hinc in regnum Sopithis perventum est. Ille, multum inter omnes Barbaros eminens corporis specie (quatuor enim cubitos excedebat) ex urbe regia cum duobus adultis filiis progressus, baculum quem gestabat aureum beryllis distinctum Alexandro tradidit, eique se, & liberos, & gentem suam dedit. Cumque illius beneficio regnum iterum accepisset; totum exercitum ad dies aliquot epulo magnifico excepit. Et post varia magnique impendii munera Alexandro data, canes etiam 150. obtulit ex commixtione cum tigris (ut fama erat) ortos, magnitudine & viribus mirifice præstantes. Quorum virtutis præfens experimentum, quatuor ex iis cum eximia magnitudinis leone commissis, est exhibitum. *Vid. Strabon. lib. 15. [pag. 700.] & Alian. histor. animal. lib. 8. cap. 1.*

Interea Hephæstio cum agmine pridem secum misso revertitur, postquam magnam Indiarum portionem longe lateque subegisset. Cui Rex meritam strenuitatis laudem retribuit.

Anno  
Mundi.

Relicto Sopithe in suo regno, Alexander ad gentem proximam, cujus rex erat Phegeus, processit: ubi cum incolis acceptus esset Macedonum adventus, & Phegeus ipse multis cum muneribus obviam Alexandro procederet, nihil quod imperaret detrectans; ut beneficio suo regnum obtineret, concessit, & cum exercitu splendide ab illo tractatus, biduum apud eum substitit.

Tertio die ad Hyphasin fluvium (Hypanim aliis dictum) Alexander promovit: qui septem stadia latus & sex orgyias altus, & faxis præterea impeditus, transitu erat perquam difficilis. Percontatus igitur Phegeum quæ noscenda erant, 11. vel 12. dierum ultra flumen per vastas solitudines iter esse cognoscit: excipere deinde Gangem maximum totius Indiæ fluminum; Uteriore ripam colere gentes Gandaridas (aliis, Gangaridas) & Prasios, (aliis, Præsidas, Pharrasios & Tabrasios dictos) eorumque regem esse Agrammen (Diodoro Xandramen appellatum) 20. millibus equitum ducentisque pedum, curribus insuper bis mille, & tribus (vel quatuor, ut apud Diodorum habetur) mille elephantis, ad bellum adornatis instructum.

Cum incredibilia hæc Alexandro essent visa: Porum ad se accersitum percontatur, an vera essent quæ dicerentur. Ille vires quidem gentis & regni haud falso jactari respondit: ceterum qui regnaret, ultimæ fortis tonforis filium, invisum esse vilenque popularibus. Et Androcotus (qui id temporis adolescens ipsam Alexandrum vidit; & quum procacitate sua illum offendisset, ut apud Justinum lib. 15. cap. 4. legitur, interfici à rege jussus, salutem pedum celeritate quaesivit) sepe postea dixisse fertur; Nihil factum fuisse propius quam ut rerum illic Alexander potiretur, quod rex ob improbitatem & ignobilitatem invisus atque contemptus esset.

Considerabat hic Alexander, milites suos jam labore defatigatos, fructum illius finito tandem periculo expectare. Continuos enim octo annorum (tot enim à regni Alexandri initio eo usque decurrerant (labores cum summis periculis ærumnose toleraverant; & tum præterea accidit, ut ad dies 70. horridi ex cælo imbres, tonitruis & fulminibus continenter admixtis, præcipitarent: quemadmodum apud Diodorum legimus. Unde, ut munificentia animos militum sibi obstringeret, liberam eis per hosticos agros (ut addit idem) omni bonorum genere exuberantes, prædandi potestatem concessit. Et dum illi in populatione occupabantur, uxores eorum puerosque ex illis natos, convocavit: atque illis quidem menstruum ut exhiberetur frumentum; his vero ut pro ratione ejus quod patres acciperent, suum etiam stipendium numeraretur, constituit.

Ubi magnam bonorum ubertatem consecuti milites in castra redierunt; omnes in concionem Rex advocavit. Ibi probe meditato sermone ad illos disseruit; ut prompti & alacres Grandaridis secum bellum inferrent. Cui Cœnus Polemocratis filius exercitus nomine respondens, longiorem militiam deprecatus est. Et quum nullo Macedones pacto ad voluntatem ejus se accommodarent: tum (ut Ptolemæus Lagi filius refert) nihilominus pro transitu sacrificium fecit. Quumque exta infaustos eventus portendissent; convocatis amicis qui & ætate grandiores maximeque familiares ei erant, quoniam omnia illum ab ulteriore profectioe revocarent, exercitui declaravit, statutum sibi esse domum reverti.

Exuperato tamen anme, aras illum in adversa ripa dicavisse, parum probabiliter à Plinio habetur traditum. [lib. 6. cap. 17.] Nam quod ibidem apud eundem sequitur, [Epistola quoque Regis ipsius consentiunt his:] non ad illud de transitu Hyphasis, sed ad illa quæ de ordine & distantis stationum Alexandri, ex Diogneto & Bætone itinerum ejus menforibus descripta præcesserant, referendum esse existimo. Cui enim credibile est, Alexandrum sine exercitu, & sine ulterius progrediendi ullo proposito, tam difficilem transitum aggredi voluisse: aut si maxime voluisset, hostium qui eum opperiebantur exercitum non occurrurum illi fuisse & quod moliebatur impediturum? præsertim, cum in partes Orientales ulterius Alexandrum non processisset notet Strabo, [lib. 15. pag. 700.] quod Hypanim (sive Hyphasim) transire prohiberetur: & sua etiam memoria Plutarchus testetur, Prætorum (sive Prasiorum) reges trajecto flumine Deorum aras illas ab Alexandro positas veneratos, hostias ibi Græco ritu immolavisse.

In citeriore igitur Hyphasis ripa Alexander, diviso per ordines exercitu, ex quadrato saxo XII. aras erigi jussit, monumentum expeditionis suæ; altitudine quidem (50. cubitorum) maximis turribus bellicis pares, latitudine quàm quæ turrium est majore. In quibus sacrificio more patrio peracto; ludos etiam fecit gymnicos & equestres. Hinc castra triplo majore, quam antea fuerant, ambitu complexus, fossam pedes 50. latam & 10. altam duxit: atque è terra intra fossam accumulata murum non contemnendum extruxit. Pedites etiam jussit, ut in tabernaculo quisque suo duo cubilia quintum cubitorum extrueret; equites autem, ut cubilibus etiam præsepia, altero tanto usitatis ampliora, adderent. Arma quoque, & equorum fræna, & ejus generis cætera, eadem ratione ampliora facta, relinqui jussit: ut speciem omnium auget posteritati fallax miraculum. [De ararum inscriptione, in fine libri 2. Vitæ Apollonii consulendus Philostratus.]

His perfunctus, cum universis copiis, eodem quo venerat itinere, ad Hydraotem fluvium rediit: quo trajecto, ad Acesinam retrocessit. Ibi urbem exadificatam reperit, ad quam condendam Hephæstion relictus fuerat: atque in eam ex finitimis quicumque in eam commigrare vellent, & mercenariis ad militiam ineptis, colonos induxit.

Arfaces, provinciæ Abifaro finitimæ præfes, & frater Abifari, alique amici ad Alexandrum

venerunt,

venerunt, dona adherentes quæ apud Indos censentur maxima; elephantos etiam ab Abisaro missos 30. Abisarum ipsum morbo impeditum venire non potuisse dicentes. Quod quum & legati qui ab Alexandro ad illum missi fuerant confirmarent; facile persuasus rem ita se habere, Abisarum provinciæ ipsius satrapam constituit, atque Arsacem illius imperio adjunxit: & tributis quæ penderent imperatis, ad Acesinem fluvium rursus sacrificium fecit.

Acesine transmisso, ad Hydaspem venit: ubi quicquid in Nicæa & Bucephala imbres corruerant, militum opera instauravit. Præterquam enim quod ab eo tempore quo ad Hydaspem primo venit, usque ad hoc quo ad eundem iterum rediit, continue pluisse, præsertim flantibus Etesis, Aristobulus author est: [apud Strabon. lib. 15. pag. 691.] etiam ad dies 70. horrenda tonitrua & fulmina imbribus continenter fuisse admixta, ex Diodoro jam audivimus.

3678 4. Alexander, quum jam ad Hydaspis ripas multas triginta remorum naves & biremes paratas haberet, multas etiam transmittendis equis aptas, cæteraque omnia ad vehendum exercitum necessaria; per Hydaspem in australem Oceanum navigare statuit: collectisque omnibus Phœnicibus, Cypriis, Caribus & Ægyptiis qui exercitum secuti fuerant; ex iis navigia implevit.

Per id tempus Cænes ex intimis fidelissimisque Alexandri amicis morbo extinctus est; cujus morte ingemuit quidem Rex, & magnifice pro eo ac tempus ferebat sepeliendum eum curavit; orationis tamen qua ulteriorem illius in Orientem progressum diluaserat non immemor, significatione satis acerba declaravit; quod si intra tam paucos dies se vita excessurum ille prævidisset, tam longam orationem minime exorsus fuisset.

Sub idem tempus nova ex Græcia supplementa, tum auxiliorum tum stipendiis militantium, ductu imperatorum adventarunt: 30. amplius peditum millia, & 6. millia ferme equitum. Arma simul eleganter fabricata in 25000. pedites, & medicamentorum 100. talenta, tunc advecta. Ita Diodorus. Curtius vero, lib. 9. cap. 7. Memnon ex Thracia in supplementum equitum 6. millia; præter eos ab Harpalo, peditum 7. millia adduxerat: armaque 25000. auro & argento cæлата pertulerat; queis inter milites distributis, vetera cremari Rex iussit.

Harpalus vero ille à quo supplementum peditum ad Alexandrum missum fuisse Curtius innuit, non alius fuit quam ille, cujus fidei thelauros Babylonis & vestigialium asservationem Alexander commiserat; & quem regionis illius *ἐπιμακροῦ* sive curatorem fuisse relictum, scribit in *Alexandro* Plutarchus: satrapia tamen Mazæo, qui Babylonem Alexandro tradiderat, reservata; cui mortuo Deditamenes deinde successor est datus, quanquam & ipse Harpalus provinciæ hujus satrapes à Diodoro appelletur, in anni hujus 2. Olymp. CXIII. historia: ubi eum narrat, quum ab Indica expeditione nunquam reversurum Regem speraret, ita voluptatibus & delitiis se dedisse, ut ad impendiorum exuberantiam nihil faceret reliquum. Ac primum (inquit) ad fœminarum stupra nefariosque cum Barbaris concubitus se convertit: & intemperantissimo voluptatum abusu magnam pecuniæ sibi creditæ vim prodegit. A mari autem rubro per longissimum intervallum magnam piscium copiam sibi afferendam curabat: tantosque in quotidianum victum sumptus profundeabat, ut male apud omnes audiret. Ex Athenis insuper famosissimum scortum Pythonicem, & post ejus mortem Glyceram accersit. De quibus in epistola ad Alexandrum Theopompus est conquestus: quod impensis pluribus quam 200. talentis mortuæ Pythonicæ duo monumenta, alterum Athenis, alterum in Babylonia, Harpalus erexit; ausus etiam lucum & aram & templum statuere, Pythonicæ Veneris nuncupatum. Glyceræ vero æneam statuam in Tarso Syriæ posuerit, cique concessit ut in regio palatio habitaret, atque à populo salutaretur & appellaretur Regina. *Vid. Athenæum, lib. 13. cap. 23.*

Similiter & in Media Cleander, Sitalces & Heracon, Alexandrum sospitem ex India non credentes reversurum, cum omnia prophana spoliassent, templa etiam diripuerunt, virginibus & principibus fœminarum stupra intulerunt, multaque alia in subditos improbe atque avare perpetrarunt: ita ut invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido Barbaris fecerit. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor, qui nobilem virginem constupratam servo suo pellicem dederat. [Curt. lib. 10. cap. 1. Arrian. lib. 6. pag. 142.]

Alexander aditus Oceanum, discordes & vetera odia retractantes Porum & Taxilem Indiæ reges, firmata per affinitatem gratia, in suis regnis reliquit. Porum autem non modo regionis inter Hydaspem & Acesinem (ut antea:) sed etiam liberorum populorum inter Acesinem & Hyphasim ab eo subactorum regem constituit: gentium quidem omnino 7. urbium autem supra 2000. [Arrian. lib. 6. pag. 124.] Alii in ea regione gentes 15. urbes non mediocres 5000 & vicos quamplurimos fuisse memorant. [Plutarch. in *Alexandro.*] Et regio sane inter Hydaspem & Hyphasim sive Hypanim posita, non quidem 15. sed 9. gentes habuisse dicebatur, urbes vero ad 5000. Co Meropide non minores: ut ex Apollodoro rerum Parthicarum scriptore refert, in libri 15. initio, [pag. 686.] Strabo. Cui tamen numerus iste veritatis limites longe excessisse visus est: quod ipse postea in eodem libro [pag. 701.] hisce verbis est professus. *Δοκῆ δὲ πρὸς τὸν Ἰνδὸν ἄρδου τὸ πλῆθος.* Unde & ad universum Indiæ tractum ab Alexandro domitum hoc pertraxisse Plinium videmus; libri sexti capite 17. ita hac de re scribentem. *Alexandri Magni comites in eo tractu India quem subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Co minus, gentium novem.* Philippus, unus, è cohorte amicorum, qui regionis ultra Indum posite satrapes fuerat, quum hoc tempore in Bactrianorum regione triduo esset illi cessandum, cum magnis quas ducebat copiis Alexandrum sequi iussus est. Nyfæi equites

Anno  
Mundi.

Nylam sunt remissi. Cratero & Hephæstioni imperatum est, ut quam celeritine ad Sopithis regiam præirent, classemque præstolarentur. Ad dextram Hydaspis ripam Craterus, cum peditum atque equitum parte: ad sinistram Hephæstion, cum majore melioreque exercitus parte & 200 elephantis, processit. Copiæ Alexandri 120000 militum erant, cum iis quos ex maritimis oris adduxerat. Venerunt etiam ii quos passim ad conscribendum exercitum miserat, barbaras omnis generis nationes, variis armis instructas, secum habentes. [Arrian. lib. 6. & in Indiciis, pag. 181.] Peditum 120 millia, equitum ad 15 millia, à Plutarcho illi tribuuntur.

Classem Alexandri mille navium fuisse dicit Curtius: quarum 200 apertas, 800 actuarias fuisse, Diodorus scribit. Arrianus in Indiciis 800 tantum numerat; partim oblongas atque onerarias, partim vehendis equis & frumento aptas. Sed idem alibi Ptolemæum Lagi filium (qui è triremium ductoribus unus ipse fuit) hic potissimum sequendum judicat: secundum quem, naves triginta remorum 80 erant; at in universum omnes, tam quæ equos vehebant quam actuaria & fluviales, quæ aut multo ante aut tum temporis constructæ fuerant, non multum pauciores 2000.

Totius classis præfectus, Nearchus Androtimi filius Cretenfis genere; Evagoras vero Eucleonis filius Corinthius, scriba fuit. Ipsi Alexandri triemis Onecritus Astypaleus gubernator fuit. Reliquarum triemium ductores recenset Arrianus in Indiciis.

His ita constitutis, Alexander diis patriis, & quibus vates monebant, sacrificavit: Neptuno etiam & Amphitritæ ac Nereidibus, ipsique Oceano. Hydaspis quoque unde solvebat: Acesini præterea, in quem Hydaspes influit; & Indo in quem uterque fertur. Certamina quoque musica & gymnica proposuit; victimis per singula agmina & turmas distribuit.

Sub auroram exercitus naves conscendit: argyraspides videlicet, & sagittarii omnes, & equites amici appellati; omnes ad 8000, non multis diebus ante Pleiadum occasum, ut in libro 16. Strabo ex Aristobulo indicat; nempe sub nostri Octobris exitum. Ipse Alexander conscensa nave, aurea phiala ex prora in flumen fusa libavit, Acesinem simul & Hydaspem & Indum invocans. Deinde quum Herculi progenitori libasset, simulque Ammoni & aliis diis quibus consueverat, signum educendis navibus tuba dari jubet: qua audita, statim naves ordine subducuntur. Imperatum enim erat quanto spatio actuarias, quanto hippagines, quanto bellicas naves sejunctas inter se esse oporteret; ne temere nulloque ordine navigantes colliderentur: neque iis quæ velociores erant interrupto ordine alias prævertere permittebatur.

Alexander hoc pacto navigans tertio die eo loci appulit, quo Craterum & Hephæstionem in utraque ripa castra locare jusserat: biduum ibi commoratus, dum Philippus cum reliquo exercitu advenisset. Et Philippum quidem cum iis quos adduxit ad Acesinem fluvium misit, juxta Acesinis ripam iter cum facere jubens. Craterum & Hephæstionem rursus emisit; itineris quod tenerent ratione præscripta.

Ipsè per Hydaspem fluvium navigationem perfecutus (nusquam 20 stadiorum spatio angustiorum) expositis militibus, ad Sibarum sive Sobiorum fines processit. Hos ex posteritate illorum fuisse memorant, qui cum Hercule petram Aornon oppugnaverant; & post irritum conatum, in ista regione agri ab eo relictis fuerant: Pelles feratim pro veste, clavae tela eis erant: multaque, etiam cum Græci mores exolevisent, stirpis ostendebant vestigia. Alexandro vero castra prope clarissimam eorum urbem collocante, qui præcipue in ea erant auctoritatis exeunt, & in colloquium Regis admissi, necessitudinis antiquæ memoriæ renovant; & cupide omnia se facturos, quomodo cognatos deceat, pollicentur. Quod & munus haud vulgare exhibitione restatum faciunt. Eorum benevolentiam grate Alexander accipiens, civitates illorum liberas esse jubet.

Hinc excursionem facta, 250 stadia processit: depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona cepit.

Agalassentium gens 40 peditum & 3 equitum millia in ripa fluminis illi opposuit: quæ, amne superato, in fugam compulsi. Plurisque cæsis, superstites in vicina oppida refugerunt: quibus expugnatis, puberes interfecti, cæteri servituti mancipati sunt.

De cæteris etiam incolis qui ad arma concurraverant, 20000 in magna quadam urbe tutandi sui causa congregatos vi expugnavit. Sed cum obseptis viarum angustis fortiter è tectis propugnarent, vi summa pulsus, Macedonum haud paucos amisit. Oppido igitur per iram succensio, maximam illorum partem simul combussit. Ter mille qui adhuc superfuere in arcem elapsos, cum supplices veniam rogarent, impune dimisit.

Tum denuo cum amicis naves conscendens, magna celeritate in Mallos & Oxydracas contendit: quod & plurimos eos & bellicosissimos illius tractus esse acceperat; quodque liberis atque uxoribus in munitissima oppida traductis, ipsi prælio cum eo decernere statuisse nunciarentur, tantoque magis accelerandum sibi putabat: ut eos nondum constitutos, sed apparandis rebus perturbatos opprimeret.

b. Quinto igitur die ad confluentem Hydaspis & Acesinis pervenit: ubi unus ex duobus isque angustissimus alveus efficitur, rapidusque ejus ob angustias cursus fit, & ingentes vortices volvit. Multæ itaque naves quasi lætæ, duæ majores inter se collisæ cum multis qui eis vehebantur perierunt: & ipsa prætoria in vastum abrepta vorticem, Rex ultimum vitæ periculum adit. At postquam fluminis alveus sese aperire cepit, mitiore jam cursu minusque violentis vorticibus redditus.

4382 326

ad dextram ripam classis appulsa sinu quodam est recepta, quem rupes fluctibus objecta tutum ad subducendas naves faciebat.

Rex, aris ibi positis & Diis suis ob insperato redditam salutem sacrificio facto, triginta stadia processit: & in barbarorum regionem qui deditionem non fecerant incursione facta, quum iis ne Mallis suppetias ferrent interdixisset, ad classem reversus est; ibique Hephæstionem, Craterum & Philippum cum suis quemque copiis reperit.

Inter Hydaspis & Acesinis, atque Acesinis & Indi confluentes Oxydracarum Mallorumque regio est posita; Hydaspes apud Oxydracas in Acesinam incurrente, & Acesine apud Mallos in Indum uti nos docet Arrianus in Indicis. [pag. 171.] Hos alias bellare inter se solitos, tunc periculi societas junxerat: datisque & acceptis ultro citroque denis virginum millibus, per affinitatem illam inter se reconciliati erant. Octoginta millia peditum in armis erant, equitum decem millia, cum 700 curribus; pro quibus 900 quadrigas habet Curtius. Equitum 60 millia Justinus [lib. 12. cap. 9.] & Orosius [lib. 3. cap. 19.] Mandris vel Ambris, & Sabracis vel Subagris vel Sugambis suis tribuunt: his enim nominibus Malli & Oxydracæ (apud Dioscorum quoque *Syracusa* depravate dicti) in variis eorum codicibus appellati reperiuntur.

Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, postquam integrum bellum cum ferocissimis Indiæ gentibus superesse cognoverunt, improvise metu terri, rursus seditiosis vocibus Regem increpare ceperunt: quos ille, oratione ad eos habita, pacavit.

Barbarorum dux spectatæ virtutis, ex natione Oxydracarum electus, sub radicibus montis castra posuit: lateque ignes, ut speciem multitudinis augeter, ostendit; clamore quoque ac sui moris ululatu identidem Macedones frustra tertere conatus. Sed luce appetente, cum Alexander fiducia ac spe plenus alacres milites arma capere & exire in aciem juberet: barbari, sive metu sive seditione inter ipsos oborta, alii aliò subito dispersi avios montes & impeditos occupaverunt. Quorum agmen Rex frustra persecutus, impedimenta cepit.

Refectis jam navibus, Alexander Nearchum cum classe ad Mallorum fines misit; præcipiens ut trium dierum itinere exercitum præverteret. Et Hydaspem trajiciens elephantos & Polyperchontis agmen & sagittarios equestres atque Philippum cum suis, Cratero (qui ad dextram Hydaspis ripam fuerat) ducere præcepit. Hephæstionem cum suis quinque dierum iter præcedere, Ptolemæum Lagi filium cum suis triduo post suum discessum sequi iussit: ut quicumque eum effugeret in alteras utriusque copias incideret. Eos vero qui præmissi erant, quum ad confluentes Acesinis & Hydraotis (in quibus Mallorum erant termini, ut Oxydracarum in Acesinis & Hydaspis confluentibus) pervenissent, expectare iussit, dum & ipse eo veniat, & Crateri ac Ptolemæi copias ei conjunctæ sint.

Ipse, sumptis argyrapidibus, & sagittariis atque Agrianis, & Pythonis agmine quod ex iis qui Asseteri vocantur constabat, sagittariis etiam equestribus omnibus, & ex equitatu amicorum dimidia parte; per aridam & sticulosam regionem in Mallos contendit: eos adoriturus, priusquam aut illi Oxydracis, aut Oxydracæ illis adjumento esse possent.

Ac primo quidem die juxta amnem non magnum castra locavit, distantem ab Acesine stadiis centum. Ibi curato corpore, & exigui temporis quiete militibus data, mandat, ut, quas quisque lagenas habeat, aqua repleat. Progressusque per id quod supererat diei & per noctem totam ad 400 circiter stadia, sub lucem ex improvise Mallorum multis supervenit, qui, quod eum nunquam per sticulosa illa loca venturum ad sese putassent, extra urbem inermes vagabantur. Eorum plerosque occidit: aliis in urbem repulsis ac conclusis, equitatu loco valli (peditum enim phalanx eum assequuta non erat) muros in orbem cinxit.

Statim vero ac peditatus advenit, Perdiccam quidem cum suis & Cliti equestribus copiis, cumque Agrianis, ad aliam Mallorum urbem obsidendam mittit, in quam Indorum non parvam manum confugisse acceperat: mandans ut eos urbe inclusos teneant, neque oppugnationem aggrediantur donec ipse advenerit; tantum curent, ne qui urbe elapsi alios barbaros de Alexandri adventu certiores faciant. Posthæc urbem oppugnare cepit.

Multis in expugnatione cæsis, barbari murum deserentes in arcem confugerunt: eaque vi capta omnes, ad 2000 numero, cæsi sunt.

Perdicas ad urbem quam obsidere iussus fuerat profectus, eam ab incolis desertam reperit: quos quum non multo ante tempore effugisse cognovisset, cursim fugientium vestigia sectatus est. In fuga captos omnes fere occidit: reliquis palustria loca salutis fuerunt.

Alexander, curato corpore & quiete suis data, ad primam noctis vigiliam progressus est: magnamque iter ea nocte emensus, sub diluculum ad Hydraotem fluvium pervenit. Ac multos quidem Mallorum jam amnem transgressos cognovit: alios alveum transeuntes adortus, plerosque interfecit, amneque pertransito, eos qui transmiserant consequutus, multos ex iis cecidit, multos cepit. Maxima tamen pars in oppidum natura atque opere munitum se recepit.

Postquam peditatus advenit, Alexander Pythonem in eos misit cum suo aliisque duobus equitum agminibus: qui primo impetu illapsi oppidum ceperunt, omnibus qui eo confugerant (qui quidem in illo impetu interfecti non erant) in servitutem redactis. Quo facto, Python in castra rediit.

Alexander deinde in quandam Brachmanum urbem exercitum duxit, quo aliam Mallorum manum confugisse audierat. Eo simulac venit, densam phalangem omni ex parte muro admovit. Oppidani, desertis mœnibus, in arcem fugere coacti sunt: qua capta, alii successis suis

ædibus ipsi etiam earum incendio perierunt: plerique pugnantibus interfecisti. Quinque in universum millia perierunt: pauci vivi in potestatem venerunt.

Rex unum diem ibi commoratus, quiete exercitui data, postmodum in alios Mallos movit: quos quidem urbes deseruisse & in solitudines sese abdidiisse cognovit. Ibi etiam uno die cum exercitu substitit.

Postero die Pithonem & Demetrium equestris agminis præfectum retro ad flumen misit, quibus ad copias quas ducebant expeditorum cohortes aliquot, quæ rei gerendæ sufficerent, adjunxit: mandatis additis, ut ad ripam fluminis iter facientes, si quos eorum qui in sylvas ripis circumjectas confugerant reperissent, nisi sponte deditioem facerent, interficerent. Multos itaque in sylvis nacti occiderunt.

Ipsæ in maximam Mallorum urbem exercitum duxit, in quam etiam ex aliis oppidis multi sese recepisse nuntiabantur. Sed & hanc Indi, simulatque Alexandrum adventare intellexerant, deseruerant; transitoque Hydræto fluvio, in ripis ejus quæ altæ imprimis erant aciem instruxerant, tanquam transitu prohiberi. Eo Alexander confestim equitatum duxit, peditatu seque qui jussu. Sed cum in medio esset anæ, Indi celeriter, ordinate tamen, à ripa recesserunt: cum numero circiter 50 essent millia. Alexander confertam eorum phalangem videns, quum peditatum secum non haberet, excursiones obequitando faciebat; prælium nequaquam committendum censens.

Quum vero Agriani, aliaque expeditorum agmina, quos selectissimos secum ducebat, & sagittarii advenissent, & peditum phalanx haud procul inde appareret: Indi concitato cursu in vicinam urbem munitam confugerunt. Quos insecutus Alexander, multos interfecit: quumque jam urbe conclusi essent, primo accessu (ante peditatus adventum) muros equitatu cinxit.

Demophon vates Alexandrum conveniens, auguriis quibusdam maximum illi periculum portendi significavit: ideoque, ne committeret, aut certe differret obsidionem, eum monuit. Rex hævine jurgis excepto, quod stæne certantibus impedimento esset, divisoque in duas partes exercitu: ipse alteram earum ducens, Perdicas alteram, impetum in murum fecit: quem cum Indi sustinere non possent, desertis manibus in arcem se receperunt. Alexander, cum iis qui circa ipsum erant, primus perfracta quadam porta in urbem irruit: & scalas ad arcem admoveri jussit. Cumque cunctari Macedones viderentur, ipse scalam euidam ereptam muro applicans in summum muri fastigium evasit. Post hunc Peucestas, (scutum gestans, quod Alexander ex æde Palladis Iliacæ sumptum in omnibus præliis præ se gestari curabat) & post eum Leonatus corporis cultos per eandem scalam subit: ac per aliam scalam Abreas unus ex *diplariis* sive duplariorum ordine. Tum argyraspides de rege solliciti, quum & ipsi scalas celeriter conscenderent, fractis scalis præcipites in terram corruerunt, aliique simul conscendendi facultatem sustulerunt. [Vid. Appian. sub fin. lib. 2. bell. Civil.]

Rex è vicinis circumquaque turribus telis petitis, (neque enim quisquam cominus eum ferire audebat) è manibus in arcem desiliit, atque ad ejus murum obfirmatus, nonnullos cominus eum lacerantes, atque ipsum Indorum ducem audacius irruentem gladio interfecit; sic ut deinceps nemo propius auderet accedere, sed eminus omnes omnis generis tela jacularentur.

Interea Peucestas & Abreas & Leonatus desiliunt, acriterque pro rege pugnant. Et Abreas quidem faciem sagitta trajectus cecidit. Alexander etiam ipse (ut Ptolemæus Lagi filius tradit) tam grave in pectore vulnus accepit, ut una cum sanguine spiritum etiam ex vulnere sufflaret. Peucestas, qui Palladis Iliacæ scuto interjecto regem protegebat, & Leonatus, qui ictus illi intentatos excipiebat, ipsi quoque graviter vulnerabantur: parumque aberat quin vita Alexandrum simul cum sanguine deficeret. Et Peucestam quidem in eo periculo regem scuto protexisse, omnes profitentur: (unde & *Alexandri Magni servator* à Plinio, lib. 34. cap. 8. dici meruit:) de Leonato vero non omnes consentiunt, ut nec de Abrea duplario. Ptolemæum quoque Lagi filium huic pugne adfuisse, tradiderunt Clitarchus & Timagenes & Atticus Paulanias: quum ipse abfuisse se scribat, & eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse. *Tanta* (inquit Curtius) *componentium vetusta rerum monumenta vel securitas, vel par huic vitium creditas fuit.*

Macedones vi in arcem irrumpentes, omnes ad unum trucidant; non senibus, non feminis, non infantibus parcetes: regemque scuto effertunt, viveret nec ne incerti. Curatio vulneris gravior ipso vulnere fuit. Sed ea fortiter tolerata, in spem vitæ Rex rediit: quam ægre exercitui suo probavit, ad quem rumor perlatus fuerat, eum ex vulnere interiisse. Quamprimum ergo potuit, ad Hydræotis fluvii ripas se deferri curavit; secundo anæ navigaturus ad castra, quæ circa confluentes Hydræotis & Acefinis subsistebant: ubi Hephæstion exercitui, & Nearchus classi præerat. Navi ad ripam appulsa, dextram multitudini porrexit, & lætica rejecta equum ascendit: mox etiam pedes in tabernaculum suum transit, cum incredibili omnium gratulatione atque læticia.

Rex, septem diebus curato vulnere, nec dum obducta cicatrice, cum audisset convaluisse apud Barbaros famam mortis suæ; duobus navigiis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum jussit, ex quo se ostenderet perisse credentibus: conspectusque ab incolis, spem hostium falso nuncio conceptam inhibuit.

Secundo deinde anæ defluxit, aliquantum intervalli à cætera classe præcipiens; ne quies corpori invalido adhuc necessaria pulsus remorum impediretur. Quarto postquam navigare cæperat die,

pervenit in regionem desertam quidem ab incolis, sed fumento & pecoribus abundantem. Placuit is locus, & ad suam & ad militum requiem.

Nearchus, Alexandri navarchus, narrat amicos, quod se tanto discrimini objecisset, ut militis non ducis officio functum reprehendisset; cumque ægre Rex id ferret, & indignationem vultu indicaret, senem quemdam Bœoticum placuisse illi verū jambico admonentem, *Qui magnum aliquid faciat, æquum esse & pati.* Et habetur sane apud Curtium [lib. 9. cap. 12.] oratio amicorum nomine à Cratæo ad Regem in hanc sententiam habita: una cum ipsius responsione, in qua, ubique laudis materiam offerri ostendens; *Post nonum regni mei, inquit, post viceſimum atque ultimum atatis annum, videor me vobis in excolenda gloria cui me uni deciori posse cessare?* Ita enim Curtius loquentem inducit Alexandrum: quum regni quidem decimum (quod dicto huic fati convenit) sed atatis viceſimum hunc fuisse annum, ex accuratiore calculo Chronologico liqueat.

Dum per complures dies stativa Rex hic haberet, quibus & vulnere curando & navibus pluribus construendis operam dedit, Græci milites nuper in colonias per Bactrianam & Sogdianam ab eo distributi, numero circiter 3000, quod & jampridem sedes inter Barbaros assignatas moleste ferrent, & tunc rumore defuncti ex vulnere regis arrigerentur, à Macedonum imperio defecerunt. Occisus enim quibusdam popularium qui validiores erant, arma spectare ceperunt; & Bactriana arce, quæ negligentius asservata erat, occupata, Barbaros quoque in societatem defectionis impulerunt. Athenodorus erat princeps eorum: qui regis quoque nomen assumpsit; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis qui auctoritatem ipsius sequebantur. Huic Biton vel Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob æmulationem infestus, comparavit insidias; invitatumque ad epulas, per Boxum quendam Macerianum in convivio occidit. Postero die concione advocata, Biton ultro insidiatum sibi Athenodorum plerisque persuaserat. Sed aliis suspecta fraus erat Bitonis, & paulatim in plures cepit manare suspicio. Itaque Græci milites arma ceperunt, occisuri Bitonem, si daretur occasio. Verum principes eorum multitudinis iram mitigaverunt.

Præter spem suam Biton præſenti periculo ereptus, paulo post insidiatus auctoribus salutis suæ est: cujus dolo cognito, & ipsum comprehenderunt, & Boxum. Cæterum Boxum protinus placuit interfici; Bitonem etiam per cruciatum necari. Jamque corpori tormenta admovebantur, cum Græci, incertum ob quam causam, lymphatis limiles ad arma discurrunt: quorum fremitu exaudito, qui torqueri Bitonem jusserant, omifere; veriti ne id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Græcos: & miserabilis facies supplicio destinati in diversum animos repente mutavit; dimittique eum jusserunt.

Interim legati à Mallis, qui reliqui erant, ad Alexandrum venerunt, deditionem totius gentis facientes: itemque ab Oxydracis urbium præfecti ac præſides ipsi, & cum his alii 150 principes illius gentis, & ipsi quoque gentem dedentes. Alexander mille ex primoribus gentis (2500 equites habet Curtius) sibi mittere eos jussit; quos vel pro obsidibus, si vellet, teneret, vel ut militibus uteretur, donec reliquos Indos debellasset.

Invitatis deinde ad epulas legatis harum gentium regulisque, exornari convivium jussit. Centum aurei lecti modicis intervallis positi erant: lectos circumdederant aulae purpura auroque fulgentia. Quidquid aut apud Persas veteri luxu, aut apud Macedonas nova immutatione corruptum erat, confusus utriusque gentis vitis, in illo convivio ostendit. Intererant epulis Dioxippus Atheniensis (de quo Plinius libr. 35. cap. 11. Athenæus libr. 6. cap. 6. Ælianus, lib. 10. cap. 22. & lib. 12. cap. 58. & Plutarchus in lib. de Curiositate) pugil nobilis, & ob eximiam virtutem virium regi pernotus & gratus; & Corragus Macedo, corporis robore item præstans, & quinon raro in pugnis strenue rem gesserat. Hic jam temulentus Dioxippum ad singulare certamen provocat. Posteroque die Dioxippus nudus & oleo suffusus, stipite tantum ac pallio armatus, Macedonem clypeo, sarissa, lancea gladioque instructum prosternit.

Macedonibus & ipso Alexandro dedecus hoc genti suæ coram Barbaris impositum ægre admodum ferentibus, post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito subducitur, & furti suspitione Dioxippus infamatur. Quam ignominiam cum ille ferre non posset; in diversorium regressus, literis conscriptis quæ Regi redderentur, ferro se interimat.

Alexander navibus equites, ex amicis quidem 1700, expeditos vero totidem quot antea, pedites ad 20000 imponit: & non multum spatii per Hydroatem emensus, ad confluentes Hydroatis & Acesinis pervenit; indeque per Acesinem navigans, ad confluentem Acesinis atque Indi venit. Ibi cum classe subſtitit, donec Perdicas cum exercitu advenit, Abastanis, libera Indorum gente, in ipso itinere subactis.

Inter hæc aliæ triginta remotum naves, aliæque onerariæ, quæ in Xathris, libera etiam Indorum gente, constructæ fuerant, advenerunt. Præterea legati ab Oisædiis, libero quoque Indorum populo, Alexandrum adierunt deditionem facientes.

Oxydracarum quoque & Mallorum legati cum donis sunt reversi. Præter lineæ vestis aliquantum, mille scuta Indica erant, & ferri candidi talenta centum, leonesque raræ magnitudinis, & tigres; utrumque animal ad mansuetudinem domitum. Lacertarum quoque ingentium pelles, & dorsa testudinum. *Trecenti erant [equi, 1030] currus, quos quadriungi equi ducebant.* Ita apud Curtium legitur, [lib. 9. cap. 15.] Arrianus illos pro obsidibus mille viros præstantif-

simos & maximos misisse; 3500 etiam curribus eorumque propugnatoribus, quos Alexander non petierat, adjectis: atque eum, obsidibus remissis, currus accepisse scribit.

Alexander utrique nationi stipendium quod Arachosius pensabat imposuit, & Philippum satrapam praefecit; Acesinis & Indi confluentibus satrapatum illius terminans. Ut non facile hic fides Plutarcho fuerit adhibenda, Philippi satrapiam triplo quam Pori fuisse majorem: praesertim si tanta amplitudinis illam Pori fuisse admiserimus, quantam ille nobis eam exhibuit. Philippo vero universum Thracum equitatum Alexander reliquit, aliaque agmina, quae provinciae custodienda sufficere viderentur. Ad haec urbem ad confluentem fluminum condi jussit, arbitratus populosam & claram futuram: atque navalia ibi extrui curavit.

Per eosdem dies Oxyartes sive Oxathres praetor Bactrianorum, Roxanes Alexandri uxoris pater, ad generum veniens, criminis Bactrianae arcis a Graecis defectioribus occupatae absolutus est.

c. Deinde, Polyperchonte cum exercitu Babyloniam misso, ut est apud Justinum, lib. 12. cap. 10. & Cratero cum magna relicti exercitus parte & elephantis ad sinistram Indi fluminis ripam ire jussit (quod ab ea parte exercitui gravioris armaturae commodior via futura videretur, & gentes finitimae non omnino amicae essent) cum lectissima manu navibus conscensis, navigationem in Oceanum redintegrat. Proditur autem nullo die minus quam stadia 600 navigasse in Indo; nec potuisse ante menses quinque enavigare, adjectis paucis diebus, [Plin. lib. 6. cap. 17.]

In hac navigatione ad Sabraecarum sive Sambestarum regionem Alexander primum appulit. Hi tum numero tum virtute hominum nulli Indicarum gentium postferendi, urbes, quae populi imperio reguntur, incolunt. Et de Macedonum adventu certiores facti, peditum 60 millia, & equitum sex (vel, ut Curtius, octo) millia, cum 500 curribus, coegerant: quibus & tres duces spectatos virtute bellica praefecerant. At classe jam imminente, nova & inusitata accessus facie (de qua, praeter Curtium, lib. 9. cap. 15. videndus etiam Plinius, lib. 19. cap. 1.) perterriti cum & ubique pervulgata Macedonum gloria metum incuteret, & seniores periculum certaminis dissuaderent, 50 ex praecipua nobilitate legatos ad Alexandrum miserunt gentem dedituros. Cui pacem ille concedens, munera amplissima & honores qui Heroem deceant ab incolis est consecutus.

Quarto deinde die ad ripae utriusque accolas, qui Sodrae (vel Sogdae, ut apud Arrianum) & Massani appellantur, pervenit; eosque similiter in fidem accepit. Hic ad Indum flumen urbem Alexandriam dictam condidit, & mille qui eam incolerent delegit: portus etiam & navalia extruxit; navisque quaslibet reparari jussit. Totius vero regionis quae a confluentibus Acesinis atque Indi ad mare usque pertinet Oxyartem socerum suum & Pithonem Agenoris filium satrapas constituit; universa etiam maritima ora illis adjuncta: Ipse secundo amne in Musicanum regis fines tanta celeritate venit, ut prius eo irumperet quam ille quicquam de ejus expeditione audivisset. Inopinato itaque ejus adventu percussus Musicanus, confestim Alexandro obviam processit, dona quae apud Indos censentur amplissima adferens, universos etiam quos habebat elephantos ducens; gentemque pariter & se dedens; ac culpam suam agnoscens, quod hoc antea non fecisset, neque per legatos amicitiam illius petivisset. Alexander Musicano veniam culpae data, urbem simul & regionem (de qua videnda quae ex Aristobulo & Onesicrito refert Strabo lib. 15. pag. 694. & 701.) admiratus, pristinum imperium ei reliquit.

Hic de Teriolte vel Tiryste satrapa, quem Parapamisadis praefecerat, iisdem arguentibus, cognovit: multaque avarae ac superbiae fecisse convictum interfici jussit. Oxyartem vero sive Oxathrem socerum suum satrapatu illius donavit.

Cratero ut arcem in urbe Musicanum extrueret, jussit: quae quidem praesente adhuc Alexandro exaedificata est, praesidiumque ei impositum: quod peridoneus is locus videretur ad finitimas gentes in fide atque officio continendas.

Inde assumptis sagittariis atque Agrianis, omnique equitatu quem in navibus vehebat, ad Praestos aliam Indiae gentem pervenit: & in eorum regem Porticanum vel Oxycanum nomine, quod nec is legatos de deditioe misisset, movit; duasque urbes maximas quae illi parebant cepit. Earum alteri ipse Porticanus cum magna manu popularium se incluserat; quam Alexander tertio die quam ceperat obsidere expugnavit. Porticanus vero in arcem probe munitam confugiens, legatos de conditione deditiois ad Alexandrum misit. Sed antequam adirent eum, duae turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evasere in arcem: qua capta, Porticanus cum paucis repugnans occisus est. Diruta arce, omnibus captivis venundatis, & praeda militi data, elephantos Alexander secum ipse abduxit.

Duas illas urbes direptioni militum concessas incendisse Alexandrum, ac deinde reliquas Porticani urbes omnes expugnatas diruisse, eoque magnum finitimas terrorem incussisse, scribit Diodorus. Reliquas urbes adventante Alexandro deditioem fecisse, nulla earum ad arma conversa, narrat Arrianus.

Posthaec Alexander Brachmanum regis Sambae (apud Curtium Sabi vel Sami, Plutarchum Sabbe, Justinum Ambigeri, Orosum Ambira nominati) fines ingressus est; quem fugisse ac ceperat. Postquam vero urbi quae illius imperii caput est (Sindomana vel Sindonalia nomen illi erat) appropinquavit, portae urbis ei apertae sunt: quique Sambo domestici erant, cum numerata pecunia & elephantis ei occurrerunt; declarantes Sambum non hostili animo Alexan-



drum fugisse, sed Muscani ab eo dimissi metu, cum quo graves ille inimicitias gerebat.

Hoc & aliis multis oppidis in fidem acceptis, Alexander aliam quandam urbem quæ defecerat cepit, & Brachmanum nonnullos quos defectionis auctores fuisse constabat interfecit. Horum enim impulsu Sambus, qui nuper se dederat, & urbes ejus ditioni subjæta defecerant. Urbem cuniculo ab Alexandro captam Curtius memorat: viros in media fermè urbe è terra emergere barbaris mirantibus. Clitarchus apud eundem, octo (vel octoginta potius, & alii cum Diodoro legunt) Indorum millia in ea regione cæsa auctor est, multosque captivos sub corona venditos. Et has quidem clades gens Brachmanum experta fuit. Cæteris autem, quæ supplices veniam exorabant, auctoribus pœna affectis, Alexander ignovit. ipse Sambus rex, fuga in ultiores partes cum 30 elephantis arrepta, periculo se subduxerat.

Ex Gymnosophitis, qui præcipuè illum ad defectionem concitaverant & plurimum Macedonas fatigaverant, decem Alexander cepit: quibus quæstiones obscuras proposuit, necem denuntians primo qui parum rectè respondisset. Quæstiones illas, cum responsonibus, in Vita Alexandri recenset Plutarchus; qui & eos muneribus honoratos dimissos fuisse refert.

Musciano interim deficiente, Pithon Sattapa Agenoris filius cum idoneo exercitu in eum missus est: qui urbes illi subditas adortus, alias direptas subvertit, aliis præsidia imposuit, arcesque in iis extruxit. Captum vero ab eo Muscanum ipsum Alexander in regione sua crucifigi jussit, & Brachmanum quotquot ipsum ad defectionem inligarant.

Alexander Indum, in quo classem expectare se jussit, rursum repetens, quarto deinde die secundo amne Harmatelia (Sambi & Brachmanum urbem) pervenit. Cumque oppidani sua fortitudine & difficili locorum aditu confisi, portas clausissent; Alexander quingentos Agrianos cum armis mœnia subire jussit, & hoste ad pugnam lacescero fugam retro capescere. Ter mille igitur ex urbe contra illos irrupentibus, simulato pavore statim terga verterunt: quos Barbari effusè sequentes, in alios, inter quos ipse Alexander erat, inciderunt. Renovato ergo prælio, sexcenti eorum cæsi sunt, mille capti, cæteri mœnibus urbis inclusi. At vulneratorum ex agmine regio non exiguus numerus in extremum venit discrimen. Ferramenta enim armatorum lethali veneno oppidani tinxerant. Cum inter multos vulneratus etiam Ptolemæus Lagi filius esset, moriturusque jamjam videretur; per quietem Alexandro monstratam in remedia veneni herbam fuisse dicunt, qua in potu accepta, statim periculo liberatus est. Cæteri quoque salutari herbæ usû cognito; ejusdem curationis ope convalescerunt. Verisimile est, aliquem rei peritum eam Regi indicasse; sed adulationis gratia adjuncta fabula est: inquit Strabo, libro 15. [pap. 723.] qui tamen apud Oritas (de quibus postea) hoc contigisse refert.

Cum Harmateliarum deinde urbem munitam & amplam Alexander oppugnare instituisset; oppidani supplices ei occurrentes, seque ipsos & urbem dedentes, veniam ab eo consecuti sunt.

d. Mæris, proximæ gentis Pattalenæ rex, ad Alexandrum veniens, se & regionem suam illius fidei commisit. Quem principatui suo restitutum, omnia quæ ad excipiendum exercitum necessaria essent ille parare jussit.

Alexander Craterum, Attali & Meleagri & Antigenis agmen ducentem, nonnullosque ex sagittariis, ex amicis etiam & Macedonibus quos inutiles bello factos Macedoniam repetere voluerat, in Carmaniam per Arachotos & Zarangos (vel Drangas) proficisci, elephantosque ducere jussit. Ad alteram Indi ripam Hephæstion aliam exercitus partem, ad alteram ripam Pithon equestres jaculatores & Agrianos ducebat. Huic etiam, ut colonos in urbes à se conditas ducat, Rex imperat; & siquid apud finitimos Indos novatum esset, rebus compositis ad Pattala secum reliquis copiis conjungat.

Quumque jam triduo Alexander navigasset, nuntiatum est, Mærim, magna Pattalensium manu coacta, urbem deseruisse, & in montes profugisse. Quo nuntio accepto, properantius classem egit.

Circa Canis exortum in Pattalenam pervenisse, cum jam menses decem navigasset, & non multis ante occasum Pleiadum diebus navigationem cœpisset; ex Aristobulo nos docuit Strabo. [lib. 15. pag. 691. 692.] Sub Julii igitur nostri exitum Pattala Alexander appulit, à cœpta per fluvios navigatione mense decimo ineunte: quum secundo amne Hydaspæ, Acesine & Indo navigans, novem menses solidos (ut ex notatorum siderum ortu & occasu liquet) exegisset. Ut minus hic exacta fuerit Plutarchi in *Alexandro* illa numeratio, ἡ δὲ τῶν ποταμῶν αὐτοῦ πλοῦ διαστάντων ἐστὶν ἑπτὰ μῆνας καὶ ἑπτὰ ἡμέρας. *Descensus per flumina ad mare septem mensium spatium absumpsit.*

Pattalis potius Alexander, urbem incolis, agrum agricolis vacuum reperit. Magnæ ex agris prædæ actæ sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. Missi expeditissimi quique è toto exercitu, qui fugientes incolas insequerentur. Capti eorum nonnulli confestim ad alios adhuc fugientes missi sunt, qui illos ad reditum hortarentur; liberam illis ut antea & urbis habitationem & agri culturam promittentes: multique eorum redierunt.

Deinde Hephæstione in Pattalis arcem ædificare jussit; alios in eam regionem quæ aquarum inopia laborabat Alexander misit qui puteos foderent, regionemque habitabilem facerent. Hos barbarorum finitimorum nonnulli ex improvviso adorti, quum aliquot interfecissent, multis etiam suorum desideratis, in solitudinem sese receperunt. Quo audito, alias copias Alexander misit quæ se prioribus adjungerent, quo tutius opera jam incepta abfolverent.

Cum

Cum Nearchus egit Alexander, ut tempestate anti opportuna classem & exercitum navalem ab Indi ostiis per Oceanum in sinum Persicum atque Euphratis & Tigris ostia deduceret: ut ex ipsius Nearchi historia refert Arrianus in Indiciis. [pag. 182.] *ἡγεμὸν δὲ Νεάρχου ἀποδείξαι, ἀρχηγὸν δὲ Ὀνισκίτην*, inquit Plutarchus. *Classis, quidem univ[er]sa praefectum Nearchum constituit, magistrum vero gubernatorem Onesicritum.* Unde & ipse Onesicritus in historia sua *Nearchum* se (ut est apud Arrian. lib. 6. pag. 124.) & ipsum secutus Plinius (lib. 6. cap. 12. *classis praefectum*, Strabo vero (lib. 15. pag. 698. & 721.) *ἀρχηγὸν δὲ Ὀνισκίτην* rectius eum appellavit. Vide Arrianum, lib. 7. pag. 162. & in Indiciis, pag. 191.

Apud Pattala Indus in duos ingentes alveos divisus (quorum uterque Indi appellationem ad mare usque retinet) triquetra figura insulam efficit, Pattalenam ab urbe denominatam, Delta Aegyptio majorem. Onesicritus unumquodque latus triangularis hujus insulae 2000 stadiorum facit. Sed basim, sive distantiam inter duo Indi ostia, (quorum utrumque est palustre) Aristobulus 1000 tantum, Nearchus, & eum secutus Arrianus, 1800 stadiorum, Plinius 220 miliarium esse dicit. [Strabo lib. 15. pag. 701. Plin. lib. 6. cap. 21, Arrian. lib. 5. pag. 103. & lib. 6. pag. 135. 137.]

Per dexterem fluvii alveum Alexander ad Oceanum navigare instituit, delectis navibus quae velociore erant, & biremibus omnibus, & 30 remorum navibus, actuariisque nonnullis, & ducibus sumptis amnis peritis, navigationem cepit: Leonato cum mille equitibus & pedibus circiter 8000 terra juxta classem procedere iussit.

Postquam quam solverat, orta tempestas ventusque aestui contrarius cavas undas ciebat, navescunt inter se collidebat: adeo ut pleraeque quassatae, nonnullae vero ex 30 remorum navibus profus dissipatae fuerint, priusquam ad insulam medio fere alveo enatam appulerint.

Ibi diutius Alexander subsistere coactus est, tum ut alias naves fabricaret, tum quia itineris duces socordius aservati profugerant. Misis igitur qui conquirerent alios, cum nulli reperirentur, sine ullo duce navigabant; omnium per quae ferebantur ignari. Jamque 400 stadia processerant, cum gubernatores agnoscere ipsos auram maris, & haud procul videri sibi Oceanum abesse, indicant Regi. Is paucos navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent; & quibus certiora nosci posse sperabat. Illi, scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere. Qui interrogati, quam procul abessent mari, responderunt nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: caeterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quae corrumperet dulcem.

Arrianus narrat, a nonnullis levis armaturae militibus in ulteriorem ripam emissis Indos aliquot captos fuisse, quibus deinceps in eo flumine navigationis ducibus Alexander usus fuerit. Postquam autem eo perventum est ubi amnis latitudo in 200 stadia extenditur (qua nimirum parte amplissimus est) quum ventus a mari vehementior incubuisset; rursus in sinum quendam a ducibus navigationis praemonstratum eos sese recepisse, Curtius vero, cum tertio (ut praedictum fuerat) die mixtum flumini subiisset mare, leni adhuc aestu confundente dispersas undas ad aliam insulam medio amne sitam paulo lentius, quia fluminis cursus aestu reverberabatur, applicuisse eos classem refert.

Ibi quum in statione essent, & ad comitatus petendos discurrerent, in novum metum inciderunt. Ingens enim maris aestus (qui & hodie in littore Cambaie, ubi Indus in Oceanum influit, maximè memorabilis est) totos circa flumen campos subito inundavit, tumulis duntaxat eminentibus velut insulis parvis; in quos plerique trepidi omnes navigiis, enatae properarunt. Reciprocante deinde mari, redditisque terris quae paulo ante profundo salo mergae fuerant, destituta navigia alia praecipitabantur in proras, alia in latera procumbebant. Quumque stato tempore aestus iterum recurreret: quae quidem limo firmiter insederant naves, citra nullum detrimentum sublatae rursus navigabant: quae vero in sicciore terra parum firmiter haeserant, earum aliae aestus impetu raptae invicem illisae sunt, aliae in ripam propulsae dissilierunt.

His omnibus pro eo ac tempus ferebat reparatis, Alexander duabus actuariis navibus secundo flumine praemisit qui insulam explorarent in quam indigenae aiebant ipsi descendendam esse ad Oceanum naviganti. Eam insulam illi *Cillina*, Alexander *Scyllusin*, alii *Psiluncin* appellarunt. Qui postquam renuntiaverunt ipsam insulam magnam esse, portusque commodos & aquam habere, reliquam classem eo agi iussit. Ipse cum levioribus navibus ulterius processit, exploraturus an ea parte qua flumen in mare exit, facilis classis transitus futurus esset: progressusque ab insula 200 circiter stadia, aliam insulam prospexit jam in mari sitam.

Tum ad priorem fluminis insulam rediit, atque ad ejus promontorium appulsus, diis quibus ab Hamnone se sacrificare iustum esse dicebat, sacrum fecit. Postero die ad aliam in Oceano sitam insulam navigans, aliis hostiis, aliis etiam diis, alio quoque modo sacrificavit: id quoque ex Hammonis oraculo facere se praedicans. Et Indi ostia praetergressus in vasto pelago navigavit: ibique tauros Neptuno caesos in mare projecit, atque libatione sacrificio superaddita, phialam auream & crateras aureas gratias agens in undas immisit; precatus ut exercitum navalem in sinum Persicum a Nearcho ducendum salvum & incolumem posset transmittere. [Arrian. lib. 6. pag. 136.]

Justinus, [lib. 12. cap. 10.] Alexandrum secundo aestu ostio fluminis Indi in vectum, in monumenta rerum a se gestarum, urbem Barcen ibi condidisse, arasque statuisse scribit. Curtius, [lib. 9. cap. 16.] media nocte, ut aestum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluisse, evectumque os ejus 400 stadia processisse in mare; atque tandem voti sui compotem, pra-

fidibus & maris & locorum diis sacrificio facto, ad classem rediisse. Diodorus Siculus, cum familiaribus ad Oceanum proVectum, duabus illic insulis repertis, magnifico Deos sacrificio esse veneratum, aureaque pocula numero haud pauca nec pondere exigua una cum libamentis in mare projecisse; tandemque excitatis in Tethyos & Oceani honorem aris, expeditioni propositæ finem imposuisse ratum, classe per anem retro esse subvectum. In reditu vero ad Hyala urbem insignem appulisse cum addit, eandem cum Sparta reipublicæ formam habentem. Bini enim ex duabus familiis in ea Reges, perpetuo successione ordine, res bellicas administrabant, summæ autem rerum gerendarum Curia seniorum præerat.

Alexander, adverso flumine, Pattala reversus, arcem exedificatam reperit, & Pithonem cum copiis rediisse, omnibus iis rebus ad quas missus fuerat peractis. Cumque partem classis ad urbem Pattala, (quæ & adhuc apud Indos Cambaienses nomen suum retinet) ubi Indus annis in duos alveos dividitur, relinquere statuisset: portus & navalium ibi extruendorum Hephæstioni negotium dedit.

Ipse per alterum (sinistrum scilicet) Indi alveum rursus in Oceanum navigavit; ut qua parte facilior minusque vehemens ejus in mare irruptio esset, cognosceret. Quumque jam non procul à faucibus fluminis abesset, ad lacum quendam pervenit, qui aut ab ipso flumine late diffusus efficitur, aut ab aquis ex circumvicinis locis influentibus flumenque auctius & marino sinui perquam simile reddentibus. Ibi plerosque militum cum Leonato, actuarialque naves omnes reliquit. Ipse cum aliquot navibus 30 remorum & biremibus superato fluminis ostio, ea quoque parte in Oceanum excurrit; faciliusque ea parte classem in mare subduci posse cognovit. Deinde in litus cum equitibus aliquot egressus, ad maris oram tridui iter fecit: & regionis quam adnavigabat ratione explorata, puteos complures effodi jussit, unde aqua classi suppetere posset. [*Arrian. lib. 6. pag. 137.*]

Altero post relicto Oceanum die, classem adverso flumine haud procul lacu falso appulsam refert Curtius, cujus incognita natura plerosque decepit temere ingressos aquam. quippe scabies corpora invasit, & contagium morbi etiam in alios vulgatum est; cui tamen oleum remedio fuit. Qui si is ipse lacus fuerit, cujus jam ex Arriano facta est mentio: ad posteriorem hunc ab Oceano reditum (cujus alias solus Arrianus meminit) ista referenda fuerit historia.

Alexander, rursus Pattala reversus, partem exercitus ad puteos illos effodiendos in maritimam oram misit; mandatis additis, ut absoluto opere Pattala redeant. Ipse denuo in lacum navigans, alium portum atque alia navalia ibi extruxit: præsidioque ibidem relicto, frumentum in quatuor menses convexit, aliaque ad navigationem necessaria. [*Arrian. ut supra.*] Conditæ vero ab eo ad istum lacum fuisse videtur Potana, ut commodam in illa Oceani ora navium haberet stationem: quemadmodum ex Diodoro, libro 3. (pag. 181. edit. Græco. latin.) cum Agatharchide (in *Excerptis apud Photium, cod. 250. cap. 51.*) & loco isto Arriani, collato colligimus.

Alexandrum in Pattalena cum copiis substitisse, vernum tempus expectantem, atque interim urbes aliquas condidisse; jamque mitigata hyeme, & navibus quæ inutiles videbantur crematis, terra duxisse exercitum, affirmat Curtius. [*lib. 9. cap. 16. & 17. init.*] Sub æstivum quoque tempus (à vere inchoatum) ex India eum discessisse, Strabo significat. [*lib. 15. pag. 721.*] aliud profecto dicturus, si quod ipse statim subjicit Nearchi (qui maritimam tum expeditioni non interfuit modo, sed etiam præfuit) testimonium paulo attentius considerasset: *Rege iter jam peragente. se in autumno sub vespertinum Pleiadum exortum navigationem incepisse.*

Mense igitur Septembri Alexander, Leonato præmissis ut puteos opportunis locis foderet, qua terrestri itinere ducturus erat exercitum, (cum sicca regio esse diceretur) & navibus quæ vitium fecerant crematis, Pattalis castra movens, cum exercitu ad Arbm vel Arabiam anem processit; qui *Arbitas* sive *Arabitas* (*Aribas* Dionysio Periegetæ, *Abritas* aliis dictos) & cum iis *Indos*, ab *Oritis* determinat. Arbitæ enim maritimam Indiæ oram inter Indum & Arbm fluvium interjectam incolunt: quam mille stadiorum esse Nearchus ait. [*apud Strabon. lib. 15. pag. 720. & Arrian. in Indic. pag. 185. fin.*] Et extremi Indorum hi sunt: (ut ex Arriano, *ibid. pag. 184.* & Plinio, *lib. 7. cap. 2.* intelligitur) proximis Oritis (ut est apud eundem Plinium, *lib. 6. cap. 23.* & Arrianum in *Indicis, pag. 185. fin.*) propria, non Indorum, lingua loquentibus.

Arbies sive Arabitæ, hi gens *auribus* & libera, quum neque fatis virium haberent ut cum Alexandro confligerent, neque tamen sese subjicere ei vellent, simulatque eum cum exercitu adventare senserunt, in solitudines aufugerunt.

Alexander, reliquis copiis Hephæstioni traditis, secum dimidiam argyraspidum & sagittariorum partem, agminaque eorum qui Alleteri vocantur, agmen etiam equitatus ex amicis, & ex singulis præfecturis equitum cohortem unam, equestresque sagittarios omnes assumens, ad Oceanum lævam versus convertitur: puteosque fodi jussit, ut exercitui præternavigaturo aqua abundè suppetere.

Pattaleni, Alexandro abeunte, animos recipientes ac libertatem affectantes, Nearchum & exercitum cum eo reliquum adorti expulerunt, & quum adhuc apti venti non spirarent discedere coegerunt: ut ex ipso Nearchi refert Strabo. [*lib. 15. pag. 721.*] Ante initium enim hyemis, quæ simul cum occasu Pleiadum (mense Novembri) incipiebat, iis in locis non erat opportunum navigandi tempus. [*Arrian. lib. 6. pag. 137.*]

Anno  
Mundi.

3579. Quamprimum igitur Etesii venti cessarunt ( qui tota ibi aestate ex mari in terram spirantes, omnem navigationem præcludunt ) Nearchus, sacrificio Jovi servatori factò iudisque gymniciis editis, è portu solvit, anno regni Alexandri undecimo, archonte Athenis *Cephisodoro*, mensis Boëdromionis die 20, sive Kalendis Octobribus Julianis: ut in Dissertationis de anno Solari Macedonum cap. 2, ex Arriani Indicis ostendimus. *Cephisodori* vero nomen, non solum ante annos 40 ( ad Olympiadis CIII. annum ) sed etiam post triennium, 2. videlicet Olympiadis CXIV. anno ( qui post excessum Alexandri proximus fuit ) in Archontum tabula occurrit. Ut, si nomen hoc in Arriano recte hic sese habeat, neque scrupulum aliquem insiciat duorum *Cephisodororum* tam propinqua vicinitas: ejusmodi futura sit in Olympiadis CXIII. Tetraeteride, inter Diodorum Siculum, Dionysium Halicarnasæum ( in *Dinarcho* ) & Arrianum nostrum, dispositionis archontum differentia.

Olymp. CXIII.	Diodor.	Dionys.	Arrian.
Ann. I.	Euthycritus.	Euthycritus.	Hegemon.
II.	Chremes.	Hegemon.	Chremes.
III.	Anticles.	Chremes.	Cephisodorus.
IV.	Soficles.	Anticles.	Anticles.

Xylenopolim vero ab Alexandro conditam, urbem illam fuisse, è qua Nearchus & Onesicritus navigationis cœperunt exordium, in lib. 6. cap. 23. refert Plinius: de qua mirum tamen est, idem ibidem addere: *Juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanari.* Ubi enim ea esset, nisi in *Patalena*; in qua Nearchus & Onesicritus, opportunum navigandi tempus expectaturi, ab Alexandro relictis sunt? aut juxta quod aliud flumen, quam *Indum*; in quo classis stabat? & per quem deductam eam fuisse ad Oceanum, ex ipso Nearcho ita in Indicis suis [ pag. 183. ] nos docuit Arrianus.

Primo die, quum è portu solvissent, per fluvium *INDUM* ad amplum quendam alveum appulerunt, cui *Stura* nomen est, distantem à portu stadiis circiter 100, biduoque ibi commorati sunt.

Tertio die inde moventes, ad alium alveum 30 stadiis inde remotum pervenerunt; cujus aqua falsedinem maris referebat. Mare enim in eam accedente æstu se ingerit, aquaque flumini permixta etiam recedente æstu manet. *Caumana* is locus dicitur.

In 20 stadia proVecti, ad *Coreatim* secundo flumine pervenerunt.

Hinc rursum moventes, non procul navigarunt: scopulum conspicati ea parte qua *Indus* in mare fertur, & fluctus littori illidebantur, litusque ipsum asperum erat. Cæterum quia scopulus mollior videbatur, fossa quinque stadiorum perducta, naves traduxerunt æstu marino accedente.

Inde stadia 150 emensi, in *Crocata* arenosam insulam pervenerunt; ibique alterum diem commorati sunt. Vicina huic insulæ loca incolunt Arabii Indica gens, ab Arabio fluvio ita nominati, qui eorum fines ( ut dictum est ) ab Oritarum finibus dividit.

Reliquam deinde navigationem per Oceanum factam, Arrianus filius prosecquitur ( & ex eo Joann. Baptista Ramusius, in Navigat. volum. 1. fol. 269. ) ipsum *Nearchum* hic secutus: ut in libro 6. historiae Alexandri [ pag. 143. fin. ] ipse confirmat. Cujus Periplus brevissimum apud Plinium quoque extat, libro 6. cap. 23. ex *Onesicrito* à Juba rege excerptum: ut verba illa ostendunt. *Indicave convenit que prodiit Onesicritus, classe Alexandri circumveclue in mediterranea Persis ex India, narrata proxime à Juba, ex quibus & illud explicandum est quod apud Plinium ibidem subjungitur. Onesicriti & Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia:* nempe, ut à Juba, vel Onesicrito etiam, ea est prodita. A Nearcho enim mansionum notata fuisse & nomina & spatia, quæ Arrianus ex eo descripsit fidem nobis faciunt.

Alexander, ( ad eum denuo revertamur ) Arbi sivi Arabio amne transmissio, magnam solitudinis partem ea nocte transfessus, sub auroram culta habitataque regioni appropinquavit. Tum peditibus instructa acie sequi jussis, ipse sumptis equitibus, usque per tinnas distributis atque expansis ut magnam campi partem occuparent, Oritarum terram invasit. Plerique eorum qui ad arma confugerant ab equitatu cæsi; non pauci etiam vivi in potestatem venerunt. Posthæc modico fluvio reperto, juxta eum castra locavit.

Tripartito facto agmine, maritimos Ptolemæus, mediterraneos Leonatus, ipse Rex montana & his subiecta loca pervastavit. Unde præda milites ingente sunt potiti, & numerus peremptorum ad multas se myriades extendit.

Hephæstione, cui major pars exercitus fuerat tradita, adveniente, Alexander Rhambacia, pagum illius gentis maximum, progressus est: ubi cum portum fluctibus tutum & commodum invenisset, Hephæstioni mandavit ut urbem ibi extrueret. Qua condita, & Alexandria nominata, Arachosiorum in eam deducta est colonia.

Alexander sumpta rursus secum argyraspidum atque Agrianorum dimidia parte, equitumque agmine & sagittariis equestribus, ad fines Gedrosiorum atque Oritarum contendit, qua angustus ad eos a litus parere nuntiabatur: ad quem Oritæ Gedrosiis conjuncti castra locarant, Alexandrum transitu prohibitori. At simulac adventare illum audierunt, multi quidem deserto præsidio ex angustiis profugerunt: Oritarum vero duces ad eum profecti, & se & gentem in ejus potestatem dederunt. His ille imperat ut convocata Oritarum multitudine, domum eos remittant: nihil incommodi, si id faciant, accepturos.



Satrapam Alexander Oritis constituit, Apolophanem, Leonato corporis custode illi adjuncto; quibuscum Agrianos omnes, & sagittariorum equitumque nonnullos, aliosque pedes & equites Græcos mercenarios, in Oris reliquit; utque classem expectantes dum illa regionem circumnavigavit, novam urbem inhabitandam curarent, & Oritarum res componerent, mandavit.

Ipsè cum magna exercitus parte (jam enim Hephæstion advenerat) in Gedrosorum regionem maxima ex parte desertam contendit. In qua eremo (ut refert Aristobulus) Phœnices, qui mercimoniorum causa exercitum comitabantur, myrrha & nardo odorata jumenta sua onerant. Horum enim aromatum tanta ibi erat copia, ut exercitus eis pro lecto & stratis uteretur; & ex nardi radicum proculcatione suavissimus odor late diffunderetur. [ *Arrian. lib. 8. pag. 138. Strabo, lib. 15. pag. 721.* ]

Craterum cum parte exercitus per mediterranea Alexander præmisit, ut & Arianam subiret (quo communi nomine regiones omnes ab occiduis Indiæ finibus ad Carmaniam usque protensæ comprehenduntur) & in eadem loca procederet, in quæ ipse iter erat factururus. Craterus vero, per Arachotos & Drangas in Carmaniam itinere instituto, eos qui in regione Choarina parere recusabant subegit. [ *Strabo, ut supr. pag. 721. & 725.* ] Ozinem quoque (Ordonem Arriano dictum) & Tariaspem nobiles Perlas defectionem in Perside molientes oppressos à se in vinculis detinuit. [ *Curt. lib. 9. cap. 18.* ]

Ipsè Rex cum alia exercitus parte per Gedrosiam 500 à mari stadiis profectus, sæpe etiam mari appropinquavit; per viam difficilem, sterilem, aquarum indigam & penitus desertam iter faciens. Cupiebat enim regionem mari vicinam obire; ut quinam portus propinqui essent illustraret, simulque per transitum quæ classi necessaria essent præpararet, & puteos effodi foraque & portus statui curaret. [ *Strabo, ut supr. pag. 721. Arrian. lib. 6. pag. 139.* ]

Hunc in finem, Thoantem Mandrodori filium cum modico equitatu ad mare speculatum misit, visurum an ullus quispiam portus, aut aqua non procul à mari, aut aliud quicquam necessariorum reperiretur. Qui reversus nuntiavit, piscatores quosdam abs se in littore inventos sub angustis tuguriis degentes. Ea tuguria ex conchis congestis facta esse, recta ex piscium spinis. Eos vero ipsos piscatores modica aqua uti (quam magna cum difficultate è sabulo effodissent) ac ne illa quidem omnino dulci.

Postquam Alexander in locum quendam Gedrosorum venisset frumento abundantem, id acceptum & sigillo suo obsignatum jumentisque impositum ad mare vehi iussit. Interea vero dum in portum mari proximum it, milites neglecto sigillo atque ipsi adeo custodes frumento usi sunt; iis qui maxime fame premebantur partiti. Quibus Alexander, cognita necessitate qua adacti id fecissent, ignovit. Ipsè quicquid frumenti peragrata ea regione conquiri potuit, per Cretheum Callatianum, ad classis cum exercitu adnavigantis usum misit: indigenis etiam imperans, ut ex superioribus locis quantum possent frumenti moliti, cum palmarum fructibus & pecudibus, exercitu ad mercatum adferrent. Telephum quoque, unum ex amicis, in alium locum cum frumento molito non multo misit.

Inter hæc, montanorum Oritarum quidam Leonati agmen adorti, numerum haud exiguum prostraverunt; & inde ad sua se receperunt. [ *Diodor.* ] Indeque Oritæ cum vicinis populis se conjungentes, defectione facta, octo millia peditum & 400 equites eduxerunt: adversus quos cum copiis suis progressus Leonatus, magno prælio eos vicit; cæsis sex millibus, ducibusque eorum omnibus. Ab ipsius vero partibus; equites 15, pedites non multi, & Apolophanes, Oritarum satrapes, desiderati sunt. [ *Curt. lib. 9. cap. 18. Arrian. lib. 7. pag. 149. & in Indicis, pag. 184.* ]

Nearchus cum classe huc appellens, frumentum ab Alexandro in commeatum exercitus ad decem dies procuratum navibus intulit; tempestate quassata navigia refecit, ex nautis qui feigniores in opere esse videbantur peditatui quem Leonatus ducebat adjunxit; peditesque in nautarum supplementum ex Leonati copiis delegit. [ *Arrian. Indic. pag. 185.* ]

Philippus, Oxydracarum & Mallorum satrapes, mercenariorum fraude interemptus est: ejusque percussores à Macedonibus, qui illi corporis custodes erant, partim in ipsa cæde partim post perpetratum facinus capti & interfecti sunt.

In Gedrosia plura incommoda & damna accepisse Alexander dicitur quam in tota reliqua per Asiæ expeditione; ita ut militarium copiarum quas in Indiam adduxerat, ne quartam quidem partem reduceret: graves morbi, pravus victus, fervores torridi, arenæ profundæ, aquæ inopia & fames tot absumpserant. Alexandrum tamen, non ignorata ejus itineris difficultate, ambitione quadam incitatum voluisse per Gedrosiam ducere exercitum scribit Nearchus: cum auditu accepisset Semiramidem quoque & Cyrum hac in Indiam fecisse expeditionem, sed illam fuga salutem consecutam evasisse cum 20 hominibus, hunc cum septem, quod gloriosum sibi fore putaret, si istis tanta passis, ipse victor per eadem loca exercitum incolumem reduxisse jactaretur. Hac igitur de causa, simulque ut classi non procul remotæ necessaria subministraret, Alexandrum hac via rediisse tradit Nearchus. [ *Strabo, lib. 15. pag. 686. & 722. Arrian. lib. 6. pag. 140.* ]

Cum itineris duces, deletis in arena à vento viæ vestigiis, viam se nescire dicerent; Alexander conjectura assecutus ad sinistram deflectendum esse, paucis equitibus assumptis ad quaerendum litus properavit: quorum equis nimio æstu defatigatis & in itinere relictis, ipse cum

quinque

quinque in uniuersum equitibus ad litus peruenit. In quo postquam effodienti aqua potui idonea inventa est, uniuersum exercitum prope accersit; ac deinceps usque ad diem septimum per littoream regionem profectus est, aquis abundans. Tum duces itineris viam agnoscences, ad regionem mediterraneam eos deduxerunt. [Strabo, *ibid.* pag. 722. Arrian. pag. 142.]

Sexagesimo igitur postquam ex Oris (pro ὄρει enim apud Strabonem, & sinibus apud eius interpretem, ex Arriano ἄρειον reponendum est) discesserat die, ad Gedrosiorum regiam *Pura* dictam, Alexander peruenit: ibique militibus quietem dedit, & exercitum tempestiuis conviviis relaxavit. [Strabo, *ut sup.* pag. 723. Arrian. pag. 140. & 142. Plutarch. in *Alexandro.*]

b. Ad Phrataphernem Parthorum satrapam, & Drangianæ atque Ariæ (juxta Taurum montem) præfectos, viros omnium expeditissimos militum cum mandatis, ut quam celerrime camelos, dromedarios & id genus iumenta portandis sarcinis adueta, cibariis aliisque ad usum commodis rebus onusta, ad Carmaniam fines adducerent. Qui mandatis ad provinciarum satrapas quam ocyssime perlatis, ut magna comæatum vis ad definitum locum deportaretur, effecerunt.

Menone Arachosiorum præfecto ex morbo nuper defuncto, Sibyrus Arachosia & Gedrosia præpositus est.

Alexandro Carmaniam versus procedenti cædes Philippi Oxydracurum & Mallorum satrapæ nuntiata est. Ille, scriptis ad Eudemum & Taxilam literis, regionis Philippo commissæ administrationem eis demandavit; tantisper, dum ipse satrapam aliquem eo mitteret.

Carmaniam ingresso Aspates occurrit, gentis illius satrapes; suspectus res novare voluisse, dum in India Rex esset. Eum Alexander, dissimulata ira, comiter allocutus, dum exploraret quæ delata erant, in eodem honore habuit.

Hic Craterus ad eum venit, reliquum exercitum & elephantos secum ducens: unaque Ordinem sive Ozinem & Zariaspem, quos quod defectionem apud Persas moliti essent, ceperat. Eodem etiam Stasanor Ariorum & Zarangorum (sive Drangarum) satrapes venit: & cum his Pharismanes Phrataphernis Parthorum & Hyrcanorum satrapæ filius. Venerunt etiam duces copiarum quas cum Parmenionem in Media reliquerat, Cleander & Sitalces, & cum Agathone Heracon, quinque millia peditum cum equitibus mille adducentes.

India præfecti (sicut imperatum erat) equorum, iumentorum, jugaliumque (clitellariorum & dorsuariorum) vim ingentem, ex omni quæ sub imperio erat regione, miserunt. Stasanor etiam & Phrataphernes magnam iumentorum & camelorum copiam subministrarunt. Alexander iumenta ad sarcinas vehendas, quibus deerant, restituit: omniaque partim in singulos præfectos, partim per centurias & cohortes partitus est. Arma quoque ad pristinum resecta sunt cultum; quippe haud procul à Perside aberant, non pacata modo, sed etiam opulenta.

Hic Alexander, charisteria (ut ex Aristobulo refert Arrianus) sacrificavit ob victoriam de Indis partam, & ob exercitum ex Gedrosiis servatum: ludos etiam musicos & gymnicos edidit. Peucestam præterea, qui eum apud Mallos scuto protexerat, in corporis sui custodem adscripsit. Quem honorem septem tum gesserant: Leonatus Antei, Hephæstion Amyntoris, Lysimachus Agathoclis atque Aristonus Pisei filius, (omnes Pellæi;) Perdiceas Orontis filius (ex Orestide Macedoniæ) Ptolemæus Lagi & Pithon Crateæ filius, (Eordenfes:) quibus octavus, ob navatam apud Mallos operam, Peucestas additus est.

Alii (in quibus & Diodorus est, & Curtius, & Plutarchus) Alexandrum cum exercitu, emulatione quadam Dionysiæ bacchationis, septem diebus per Carmaniam processisse ferunt. [Diodor. *Plutarch. in Vita,* & lib. 1. de fortuna Alexandri. Curt. lib. 9. cap. 18. cum lib. 3. cap. 24. & lib. 8. cap. 19.] Quod Arrianus ideo verisimile esse non existimat; quia neque Ptolemæus Lagi, neque Aristobulus Aristobuli filius, neque alius quispiam author cui hac in parte fides haberi possit, illud memoriæ prodidit.

Aspates Carmania satrapes, Alexandri jussu, interfectus est; & Tlepolemus Pythophanis filius successor illi datus. [Curt. lib. 9. cap. ult. Arrian. lib. 6. pag. 142. & in *Indicis,* pag. 193.]

Cleander & Sitalces, qui Parmenionem jussu Alexandri occiderant, gravium scelerum (quorum ante meminimus) à provincia cui præfuerant, atque exercitu ipso accusati sunt: nec tot facinora, quot admiserant, compensare poterant cædis perquam gratæ regi ministerio. Eos igitur tum vinxit, suo loco necandos: sexcentos autem militum, qui sævitia eorum ministri fuerant, statim interfeci jussit. Eodem die de Ozine quoque & Zariaspæ, quos autores defectionis Persarum Craterus adduxerat, sumptum est supplicium.

Inter hæc Nearchus, Arabiorum, Oritarum, Gedrosiorum atque Ichthyophagorum regione circumnavigata, in sinum Persicum delatus Harmoziam sive Armuziam (quæ *Ormus* hodie dicitur) appulit: subductisque in terram navibus, ad Alexandrum (quem à Græco quodam à castris illius sejuncto quinque dierum itinere abfuisse intellexerat) cum paucis profectus, in maritima quadam urbe Salmunte dicta scenicos in theatro ludos exhibentem eum invenit.

Alexander ob servatum in Oceano exercitum, Jovi Servatori, Herculi, Apollini Alexiaco, Neptuno aliisque diis marinis sacrificavit. Ludos etiam musicos & musicos edidit, pompamque induxit; cujus dux Nearchus erat, fertis ac floribus ab omni exercitu petitus.

Rex, auditis quæ in navigatione contigerant, Nearchum ad classem remisit, exiguo exercitu comitatum; quod per amicam regionem eundem ei esset: & ut ad Euphratis ostia navigaret, jussit; inde adverso amne Babylonem subiturus.

4309 325

Tlepolemo in satrapatu suo nondum satis confirmato, collecti undequaque Barbari tuta munitaque Carmania loca occuparant. Isti Nearchum ad mare proficiscentem diversis in locis sunt adorti: ita ut bis ac ter uno atque eodem die pugnare necesse habuerit. Tandem vero magno cum labore ad mare saluus perveniens, Jovi servatori sacrificavit, gymnicoſque ludos edidit. Deinde Armuzia solvens, per sinum Perſicum littus legendo (iis itineribus quæ, ex ipsius Nearchi historia, ab Arriano referuntur in Indicis) ad Euphratis ostia classem deduxit.

Per Pori & Taxilis literas intelligens Alexander Abifarum morbo interiisse, regnum ipsius filio ejus attribuit. In locum etiam Philippi Oxydracarum & Mallorum satrapæ, ex vulnere mortui, Eudæmonem vel Eudæmum potius, qui dux erat Thracum, substituit.

Hephæſtionem cum majore exercitus parte, cumque jumentis & elephantis, secus mare ex Carmania in Perſidem miſit; quod per hyemis tempus Perſicum mare tranquillum eſſet, & omnium rerum eſſet ibi abundantia.

Stafanore in suam provinciam remiſſo, Alexander cum expeditissimis peditum, cumque amicorum equitatu & aliqua sagittariorum parte, Paſargadas Perſidis profectus eſt: ubi numeros feminis donavit, ut Perſarum regibus moris erat, quoties in Perſidem venirent, ſingulis aureum largiri.

In finibus Perſidis Orſines ſive Orxines illi occurrit: qui poſt mortem Phraſaortis ſatrapæ (Alexander adhuc apud Indos res gerente, ex morbo vita functi) Perſas Alexandro in officio continebat; quamdiu nemo eſſet qui ejus provincie curam gereret. Is à ſeptem Perſis oriundus, ad Cyrum quoque regem originem ſui referens, cum omnis generis donis non Alexandrum modo, ſed etiam amicos ejus omnes ſuper ipſorum vota coluſſet; Bagoæ ſpadoni, regis amaſio, nullum honorem habuit: quæ cauſa mortis illi brevi poſt fuit. [*Curt. lib. 4. cap. 27. & lib. 10. cap. 2. Arrian. lib. 6.*]

Accēſſit quoque ad eum in Paſargadas Atropates Mediæ ſatrapes; Baryaxem Medum captum, quod erecta cidari capiti impoſita Perſarum ac Medorum regem ſe appellaret, & cum eo omnes defectionis ſocios adducens: quos Alexander necari juſſit.

Agerrime vero ferebat ſcelus in Cyri ſepulchrum admiſſum: quod perſactum ſpoliatumque reperit; pretioſis omnibus quæ prius ibi viderat, præter lecticam & urnam auream, in qua Cyri corpus conditum fuerat, inde aſportatis. Contraſta quoque lectica, & ſublato urnæ operculo, corpus prædatores eſcjecerant. ipſam vero urnam comminueri conati fuerant, ut commodius auferri poſſet, partim præſcindentes partim contudentes; quumque opus ex ſententia non ſuccederet, reliqua tandem urna abierunt. Ariſtobulo vero datum ab Alexandro negotium, ut ſepulchrum de intrego inſtauraret, corporiſque reliquias quæ ſupererant in urna conderet, operculoque tegetet; quæque rupta eſſent reſiceret, priſtinoque ornatu reſtitueret. Adhæc ædiculæ portam lapide & calce obſtrueret, regio ſigno illi impreſſo. Hæc, ex ipſius Ariſtobuli hiſtoria, refert Strabo lib. 15. (pag. 730.) & Arrianus ſub ſinem lib. 6.

Poſt hæc Alexander magos ſepulchri cuſtodes comprehenſos in quaſtionem dari juſſit, ut authores facinoris indicarent: qui torti, neque de ſe neque de aliis quicquam confeſſi ſunt. Quapropter, nullius rei ſibi conſcii deprehenſi, ab Alexandro dimiſſi ſunt. Polemachum tamen, quamvis Pellæus eſſet non ex obſcuriſſimis, ob apertum Cyri conditorium, ab Alexandro interfectum fuiſſe Plutarchus narrat.

Paſargadis deinde Perſepolim Perſarum regiam Alexander profectus eſt, quam ipſe prius concremavit; ſed reverſus factum improbat. Ibi multa Orxini crimina ſunt obſecta: quod templa & ſepulchra regia ſpoliaſſet, multoſque Perſarum injuſte peremiſſet. Speciatim vero de Cyri ſepulchro ab eo ſpoliato ſuſpicio à Bagoa eſt injecta: in quo tria talentorum millia condita fuiſſe, ex Dario ſe accepiſſe mentiebatur ſpado. Cujus opera effectum eſt, ut nobiliſſimus Perſarum & eximia in regem benignitatis in crucem ageretur.

Eodem tempore Phradates quoque (qui Hyrcanorum, Mardorum & Tapyrorum aliquando prætor fuerat) regnum affectaſſe ſuſpectus, occiditur. [*Curt. lib. 8. cap. 8. & lib. 10. cap. 4. init.*]

Alexander Peuceſtem corporis cuſtodem (quod fidem ejus egregiam cum aliis in rebus tum apud Mallos expertus eſſet) Perſis ſatrapam conſtituit. Qui ſtatim, ſolus ex omnibus Macedonibus, veſte Medica ſumpta linguam Perſicam didicit; reliquaſque omnia ad Perſicum modum accommodavit. Quo quidem nomine Alexander eum collaudavit: & Perſiæ, quod Perſicum cultum patrio prætuliffet, gaviſi ſunt.

Alexandrum cupido cæpit navigandi per Euphratem ac Tigrim in Perſicum mare, fluminumque in mare exitus viſendi; quemadmodum & Indi oſtia, & quod ex ea parte eſt mare viderat. Arabiam quoque & Africam ambire decreverat, atque per columnas Herculis in mare mediterraneum decurrere. [*Arrian. init. lib. 7.*] Meſopotamiam igitur prætoribus imperavit, materia in Libano monte caſa deveſtaque ad urbem Syriæ Thapſacum, ingentium carinas navium ponere, (non quidem ſeptiremes omnes, ut Curtius voluit; ſed variorum ordinum, ut ex Ariſtobulo poſtea intelligemus) deducique Babylonem. Cypriorum regibus imperatum, ut æſtupamque & vela præberent. [*Curt. lib. 10. cap. 2.*]

Nearchus & Onoſeritus cum Alexandri claſſe ad Euphratis oſtia provecti, Diridotim pervenerunt, Babylonice regionis mercatum; quo thus & alia aromata quæ fert Arabia negotiatores adferunt. Ibi Alexandrum Suſa profecturum intelligentes, retroſum profecti ad Pauſi-

gris omnia navigarunt; & aduerso flumine per regionem bene habitam atque opulentam vecti sunt: confectisque stadiis 150. ibi confiterunt, expectantes reditum eorum quos Nearchus miserat sciscitaturus ubinam locorum Rex esset. Ipse diis servatoribus sacrificium fecit, ludosque edidit; universo exercitu navali in lætitiā effuso. [*Arrian. in Indicis.*]

Calanus Indus Gymnosophista, cum ad annum 73. vitam produxisset, nec ullam per id temporis sensisset corporis infirmitatem, apud Pasargadas ægrotare primum cœpit. Invaletudine igitur tentatus, quæ in dies magis ingravescebat, ubi ad Susianos fines est peruentum (ibi enim hoc factum affirmat Diodorus; non in Babylonis suburbio, ut *Ælianus, lib. 5. Var. hist. cap. 6.*) precibus ab Alexandro contendit, ut ingentem sibi rogam construi, eique à se conscenso ignem à ministris subijci iuberet. Rex initio quidem eum ab hoc proposito avertere conabatur: quum vero à proposito deduci non posse cerneret, sed aliud genus mortis quaesitum, nisi istud ei concederetur, crederet; rogam ei ut petierat accendi iussit, ejusdem rei negotium Ptolemæo Lagidæ corporis custodi dedit. [*Diodor. lib. 17. Strabo, lib. 15. pag. 686. & 717. Arrian. lib. 7.*] Cum autem ad rogam iret, reliquos amicos osculatus, ad Alexandrum deosculandum accedere noluit: dicens, Babylonem illum reperiturum, ibique osculum esse daturum; eum moriturum ibi esse præsignificans, [*Arrian. lib. 7. pag. 160. Plutarch. in Alexand. Cicero, lib. 1. de divin. nat. Valer. & Maxim. lib. 1. cap. 8.*]

Simul ac vero ii quibus id negotii datum erat ignem rogo immiserunt, tubas clamasse Nearchus tradidit, (ita enim ab Alexandro imperatum erat) universumque exercitum clamores sustulisse, perinde atque quum prælium inire consuevit: elephantos etiam ingentem quandam bellicumque fremitum edidisse, Calanum cohonestantes. [*Arrian.*]

Addit Chares Mitylenæus musicum certamen & athleticum in ejus honorem Alexandrum edicavisse: atque Indis gratificari volentem, usitatum etiam ipsius potandi vini concertationem adhibuisse; atque primas obtinenti præmium constituisse talentum, proximo triginta minas, tertio decem, frequentibus igitur amicis & præfectis ad cœnam invitatis: qui plurimum in ea hausit Promachus, ad quatuor congios progressus est; relatoque pro victoriæ pretio talento, triduum superstes fuit. Ex cæteris, 35. continuo ob vehementem frigus crapulam infecutum interiunt: sex vero paucis intervallo interposito mortui sunt in tentoriis. [*Athenæus, lib. 10. cap. 12. Plutarch. in Alexandro. Ælian Var. histor. lib. 2. cap. 41.*]

c. Nearchus & Onesicritus, cum navali exercitu, per Pasitigrim aduerso flumine navigantes, ad pontem quandam recens factum, per quem Alexander terrestrem suum exercitum in Susas traducturus erat, confiterunt. [*Arrian. in Indicis, pag. 197.*] Festos dies Susi agentem Alexandrum invenisse eos scribit Plinius, (lib. 6. cap. 23.) septimo mense postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis, vel, navigationis potius sexto: quum mense post discessum Alexandri proximo eam cœpisse docuerimus.

Utroque exercitu jam conjuncto, Alexander pro navibus simul & milite salvis sacrificia fecit, ludosque edidit. Nearchus quoquoque per castra ibat, floribus ac fertis petebatur. [*Arrian. ut supr.*]

Atropate in satrapatum suum misso, Alexander Susa proficiscitur. Ubi Abuliti, qui nihil præparaverat comæatus, tantum argenti signati tria millia talentum attulit, equis objicere iussit pecuniam; quibus eam non gustantibus; Quò igitur nobis, inquit, hic paratus? Abulitem in vincula illum conjecisse, & filium ejus Oxathrem sive Oxyartem hasta transverberavisse, Plutarchus: utrumque ob res Susiorum non rectè administratas, necavisse scribit Arrianus.

Multæ devictæ gentes præfectos suos accusaverunt; qui de Alexandri reditu ab Indica expeditione omni cogitatione deposita, multa flagitia cum in templa & sepulchra tum in subditos ipsos admiserant. Eos, sine respectu amicitia Rex in conspectu legatorum necari iussit. De Cleandro quoque & Sitalce, quos in Carmania damnaverat, sumptum est supplicium. Et Heracon, qui, tum temporis criminationem subterfugerat, à Susiis convictus, quod eorum templum diripisset, etiam ipse pœnas dedit. Jamque prior Alexander ad fidem delationibus adhibendam factus erat, atque atrocibus suppliciis leviter etiam delinquentes afficiebat, quippe quos majora delicta animo agitasse cogitabat.

Ea Regis in duces improbe se gerentes severitate divulgata, multi ex præfectis, injuriam & scelera sibi conscii, timere sibi cœperunt. Ideo nonnulli, cortas undique pecuniis, fugam inierunt: alii, qui mercenariis præerant, à Rege defecerunt. Ea re cognita, literæ ad omnes Asiæ præfides & satrapas missæ sunt, quibus inspectis, extemplo quicquid conducti militis esset exaudivere jubebantur. [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 113.*]

Cum imperata illi exsequerentur, multi peregrini, sacramentis militaribus exsoluti, per totam Asiam huc illuc vagabundi discursabant, & prædando victum sibi necessarium conquirebant, donec ex omnibus passim locis ad Tanarum Laconia convenerunt. Sic & satrapæ ducesque Persarum, qui fuerant relictis, collecto milite & pecuniis ad Tanarum profecti, vires ibi conjunxerunt. [*Id. ad ann. 3. Olymp. 113 & ann. 2. Olymp. 114.*]

Alexander Statitam, Darii filiam natu majorem, uxorem duxit; & præter hanc aliam (ut Aristobulus tradit) Parysatin, ex filiabus Ochi natu minimam, Drypetim, minorem Darii filiam uxorisque suæ sororem, Hephæstioni dedit. Cratero, Amestrin vel Amastrinem Oxyartæ sive Oxathræ Darii fratris filiam. Perdicæ, Atropatis Medorum satrapæ filiam. Nearcho Spitamenis Baetris filiam. Ptolemæo Lagidæ corporis custodi atque Eumeni Cardiano, Atta-



bazi duas filias, & Barsines forores; ex qua, licet matrimonio sibi non copulata, ipse Alexander filium Herculeum susceperat. Ptolemæi uxor Artacama (vel Apama) Eumenis Artonis, dicta est. Ubi obiter notandum; *Barsines* nomen, apud Arrianum, quidem (*lib. 7. pag. 148.*) pro *Statira*, apud Plutarchum vero (sub initium Vitæ *Eumenis*, ubi uxorem ejus nominat) pro *Artonis*, videri irrepsisse.

Reliquis amicis similiter Persarum ac Medorum illustrium filias Alexander matrimonio copulavit: quarum omnium numerus 80 ut Arrianus, 90 ut *Ælianus*, 92 ut *Chares*, 100 ut *Plutarchus* (*libro 1. de fortuna Alexandri*) scriptum reliquit. Alexandri verò & cæterorum omnium nuptiæ eodem & tempore & loco simul agebantur; ipso rege dotes omnibus conferente: & per quinque dies continuos Suis nuptiales eorum epulæ ea pompa sunt celebratæ, qua apud *Ælianum* (*in Var. histor. lib. 8. cap. 7.*) & *Athenæum* (*Dipnosophist. lib. 12. cap. 18.*) ex *Charetis Mitylenæi* historiæ Alexandri libro 10, descriptas habemus. Cuique convivarum, quorum fuerit novem millium numerus, aurea phiala ad libandum data fuisse memoratur. Reliquis quoque Macedonibus qui Asiaticas uxores antea duxerant, supra decies mille numero, sponsalia munera ab Alexandro donata sunt.

Adhæc opportunum ei visum fuit, quidquid artis alieni milites conflaverant propria impensa solvere. Quumque quantum quisque deberet ad se referri jussisset, ut pecuniam acciperent: initio quidem pauci nomina sua conscribi passi sunt; veriti ne Alexander id eo consilii faceret, ut exploraret quibus militibus ob immoderatos sumptus quos facerent stipendium non sufficeret. Inter eos vero qui nomina dederunt fuit *Antigenes lufcus*, qui alterum oculum, quum obfideret *Philippus Perinthum*, teli ictu amiserat. Ille obæratum se simulans, abducto certo ad mensam qui affirmavit se ei dedisse mutuo, pecuniam recepit. Eo postea mendacii comperto, exarsit Rex; summovitque eum aula, atque præfecturam ademit. Quam ignominiam ægrè ille ferens, præ se tulit manus sibi ipsum illaturum. Id timens Alexander, iram deposuit, & ipsum pecuniam eam habere jussit.

Postquam ei renunciatum est, plerosque nomina dare nolle, sed suas unumquemque rationes & contractus occultare; militum dissidentiam reprehendit: dicens non debere regem erga subditos alium quam veracem esse; neque quenquam subditorum aliter affectum esse debere, quam ut regem veracem esse credat; Deinde mensis per castra dispositis, pecuniaque iis imposita, & constitutis qui largitionem illam administrarent; omnium qui rationes contra ætisque suos adferrent debita solvi jussit, ne nominibus quidem debitorum conscriptis. Ac tum demum veracem Alexandrum crediderunt: gratiusque eis accidit ignorari nomina, quam debito liberari.

Ea largitio exercitui facta, 20 millium talentorum, apud *Justinum* & *Arrianum* fuisse dicitur: cum paulo minus 10 millibus totum æs alienum fuisse dissolutum, rectius *Diodorus* scripserit. Ex decem enim talentorum millibus prolatis, 130 talenta relicta fuisse, & *Curtius* & *Plutarchus* confirmant: à *Curtio* etiam hoc adjecto epiphonemate. *Adæo ille exercitus tot divissimarum gentium victor, plus tamen victoria quam præda deportavit ex Asia.*

Alia præterea aliis pro uniuscujusque dignitate dona Rex dedit, aut pro virtute qua quis in periculis emittisset. Eos vero qui præclarum aliquod facinus edidissent aureis coronis donavit. 1. *Peucestam*, qui scuto eum apud *Mallos* protexerat. 2. *Leonatum*, qui etiam ibi eum propugnabat, multaque alia apud *Oros* præclare gesserat. 3. *Nearchum*, qui classem cum exercitu ex *Indorum* regione per *Oceanum* salvam deduxerat. 4. *Onesicritum*, navis regis gubernatorem, ob eandem causam. 5. *Hephestionem*, aliosque corporis custodes.

Inter hæc, satrapæ novarum urbium abs se conditarum, aliarumque provinciarum quas debellarat, ad Alexandrum venerunt, 30 millia Persarum (& aliorum peregrinorum; de quibus supra, anno Mundi 3676. c. *Susa* ducentes; qui ejusdem ætatis adolescentes omnes erant, formæ decore viribusque corporum eximii. Hi, ex regio mandato undique conquesti & à magistris ad Macedonicum militiæ morem instituti, armisque Macedonicis magnificè instructi, ante urbem castra posuerunt. Ubi cum studii & exercitationis suæ in armis specimen Regi exhibuissent, præclaris ab eo muneribus cohonestati sunt; & *Epigoni*, id est posteri vel successores appellati. d. Alexander pedestris exercitus majorem partem *Hephestioni* in *Persicum* mare ducendam committens, ipse, classe in *Susiorum* regionem appulsa, consensu navibus cum argyraspidibus & agemæ ac parte equitum amicorum per *Eulæum* amnem ad mare navigavit. Quumque jam non procul ab ostiis fluminis abesset, plerisque navibus atque iis quæ quassatæ erant ibi relictis, ipse cum velocioribus ab *Eulæo* amne per mare, ad *Tigris* ostia contendit: reliquæ naves, per *Eulæum* advectæ in alveum qui ex *Tigri* in *Eulæum* ducitur, in *Tigrim* devectæ sunt.

Alexander circumvectus mari, quidquid spatii inter *Eulæum* & *Tigrim* *Persici* sinus litus continet, per *Tigrim* ad castra navigavit, ubi *Hephestionem* cum omnibus copiis confederat. Inde rursus *Opim*, urbem ad *Tigrim* sitam: atque inter navigandum cataractas omnes tolli jussit, quas *Persæ* confecerant, ne quis è mari navali classe in eorum regionem penetraret: hujusmodi inventa esse dicens hominum qui armis parum valerent. [*Ar. li. 7. cum Strab. li. 16. p. 140.*]

*Opim* quum venit, universo exercitu convocato pronuntiavit, se omnes eos qui vel ætate vel membrorum mutilatione inutiles ad pugnam facti essent missos facere, & in domos suas redeundi potestatem dare: qui verò voluntariè manerent, tantum se largiturum, ut meritò aliis qui domi desideant invidiosi sint futuri, aliosque *Macedones* excitaturi ut libenter una cum eis pericula ac labores adeant.

Hæc, ab Alexandro animo gratificandi Macedonibus dicta, ipsi ita interpretati ac si ab eo despicerentur inutilesque ad res bellicas judicarentur, alia simul omnia quæ indignationem eis moverant ad animos revocabant. Quod stola Medica Alexandrum indutum cernerent: quoque nuptiæ illæ magnificæ Persico more fuissent celebratæ. Quod Peucestas Persarum satrapes cultu ipso atque sermone Persifaret; quodque Alexander barbarica illa affectatione delectaretur. Quod Bactriani, Sogdiani, Arachoti, Zarangi, Arii, Parthi, & qui ex Persis Euacæ vocantur equites, amicorum equitatu accensi permistique essent. Quod quinta equitum præfectura accessisset, non quidem tota solis barbaris consistens, sed quod universo equitatu aucto, agemati accensi fuissent Cophes Artabazi filius, Hydarnes & Artiboles Mazæi filii, Phradasmenes, Phrathaphernis Parthorum atque Hyrcania satrapæ filii, Itanes Oxyartæ filius & Roxanes Alexandri uxoris frater, Agobares & ejus frater Mithrobæus: quodque horum dux esset Hydaspes Bactrianus; & quod his Macedonicæ hæc loco barbaricorum jaculorum data essent. Quod adolefcentes barbaros Epigonorum nomine & ornatu Macedonico decorasset. Quod Macedonica denique instituta ipsorum adeo Macedones despectui haberet. Non igitur jam amplius silentium tenuerunt, sed omnes militia sacramento absolvi petierunt: jubentes eum solum cum patre suo Hammone inire bella, quum milites suos fastidiret.

Iritatus Alexander, confestim cum ducibus qui eum circumstabant è tribunali proflens, XII præcipuos eorum qui multitudinem ad seditionem concitabant correptos apparitoribus tradidit; & mergi in amnem victos jussit. Tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicii constantiam disciplina militaris dabat. Deinde, solis amicis & custodibus corporis comitantibus, regiam ingressus; neque corpus curavit, neque amicorum quenquam eo die admisit: sed ne postridie quidem.

Tertio die peregrinorum militum concionem advocari jussit, Macedonibus intra castra cohibitis: & cum frequentes coissent, adhibito interprete, perpetuum illorum tum in se tum in pristinos reges fidem laudavit, & sua in illos beneficia commemoravit: ut nunquam quasi victos sed veluti victoriæ socios habuerit, & affinitatibus connubiorum victos victoribus miscuerit. Proinde, inquit, *genitos esse vos mihi non ascitos milites credite. Asia & Europa unum atque idem regnum est: Macedonum vobis arma do. Inveteravi peregrinam novitatem: & civis mei estis, & milites.*

Deinde mille ex his juvenes in numerum satellitum legit, eisque corporis sui custodiam in aula tradidit. Ducatus agminum inter Persarum principes partitus est: & militaribus eorum ordinibus Macedonica imposuit nomina. Ex his quoque cognatos effecit: quibus solis ut deosculari ipsum liceret permisit. [Vide Polyæni Stratagem. lib. 4. in *Alexandro*, num. 7.]

Cum viderent Macedones à Persis Regem stipari, ex his satellites apparitoresque deligi, atque ad primos honores eos provehi, se vero cum ignominia rejici: conciderunt animis, ac collocuti inter se, concursu in regiam facto, interiore duntaxat retenta tunica, arma ante januam jecerunt: & pro foribus stantes, cum clamore ac plangore intronitti se postularunt; aurores tumultus dedere volentes, & ut supplicii suis potius saturaret se quam contumeliis Regem orantes, ille vero, quamvis jam placator, non admisit eos. Non abcesserunt illi, sed duos dies & noctes ante regiam lamentantes Dominumque appellantes perduravere: à janua se non discessuros professi, nisi Alexander eorum commiseratione tangeretur. Tertio die ille prodit, humilesque ac demissos conspicatus, & communi omnium mœrore atque ejulatu commotus, diu quoque collachrymatus est, Quumque aliquantum veluti aliquid dicturus constitisset, ipsi supplices permanserunt.

Tum Callines quidam, & ætate & præfectura in amicorum equitatu non obscurus, ita locutus est. *Hoc est, ô Rex, quod Macedonum animos malè habet, quod jam nonnullos Persarum tibi cognatos effecisti, atque hos te deosculari stis; Macedonibus ab hujuscemodi honore exclusis.* Tum Alexander ejus orationem interrumpens; *Omnes vos, inquit, cognatos mihi facio, ac deinceps ita vocabo.* His dictis Callines progressus eum deosculatus est, alique quibus id cordi fuit. Atque ita receptis armis clamantes & præana canentes ad castra redierunt.

Inde Rex sacrificium diis quibus consueverat fecit, epulumque publicum curavit: accumbente ipso pariter omnibusque Macedonibus, deinde Persis ac deinceps reliquis, prout quisque aut dignitate aut virtute bellica illustris esset, Tum ex eodem cratere & Rex & qui una accumbentibus libarunt; Græcis vatibus & Magis vota nuncupantibus, & cum alia fausta ac prospera, tum concordiam imperiique societatem inter Macedonas & Persas precantibus. Novem millia convivarum huic epulo adfuisse memorant, eosque omnes eandem libationem fecisse, eundemque præanem cecinisse.

Alexander, Tigriamne transmisso, ad pagos Catas dictos castra locavit. Inde, quadridui spatio Sittacem emensus, Sambana pervenit: ubi per septem dies substitit. Tridui deinde itinere Celonas venit: quò Bæotiorum à Xerxe deducta fuit colonia. Inde à recto itinere deflectens, visendi causa Bagitamen ingressus est; regionem fructiferis arboribus aliisque omnibus ad usum & delectationem hominum pertinentibus abundantem:

Inter hæc, Harpalus Macedo gazæ & vectigalibus regis Babylone præpositus, malè sibi ex luxu conficius & Alexandri (qui multos ex satrapis ad se delatos capitali supplicio affecerat) severitatem metuens, convasatis quinque millibus talentum argenti & militum sex millibus stipendio conductis, ex Asia profugit. Relictis vero ad Tænarum Laconia militibus, (quò & alios pere-

grinos milites ex Asia dimissos confluisse diximus) ad populum Atheniensem supplex venit. Sed Antipatro & Olympiade eum sibi dedi postulantibus, grandi pecunie summa in Demosthene & ceteros oratores qui ejus causam apud populum agerent dispersita, evasit, & admilites in Tænarum remeavit. [*Diodor. ad ann. 2. Olymp. 113. Pausan. in Asticis. Plutarch. 1. in Demosthene. & Phocione.*] Apud Arrianum, libro 7. (pag. 155.) lacuna hic habetur: in qua cum Alexandri itinere hoc fugæ etiam Harpali historiam conjunctam fuisse, ex Photii Bibliotheca (cod. 91.) intelligitur. Et litem *ἀπὸ δόμων*, de donis ab Harpalo acceptis, Dionysius Halcarnassensis in fine epistolæ ad Ammæum de Demosthene, Anticle archonte (cujus præturam in quartum hunc annum Olympiadis CXIII ab eo conjici supra ostendimus) Demostheni intentam fuisse indicat.

Concertatione inter Hephæstionem & Eumenem de dono quopiam exorta, ac multis ultro citroque jactis convitiis; Alexander minis deterritum Hephæstionem non libenter Eumeni, ejus rei cupido, reconciliavit. [*Plutarch. in Eumene Arrian. lib. 7. pag. 155.*]

3680 a. Alexander regionem ingressus est, in qua regionum equorum armenta maxima pasci solebant. Hic enim in campo Nisæo equorum 150 vel 160 millia olim fuisse dicebantur: licet tunc Alexander non multo plures 50 millibus (ut Arriano placet) vel 60 (ut Diodoro) ibi repererit.

Cum hic per 30 dies Alexander commoratus fuisset, septem inde castris Ecbatana attingit totius Mediæ regiam; cujus ambitum 258 stadiorum fuisse perhibent. Ibi, ut pro felici successu rerum ei moris erat, sacrificium fecit; ludosque gymnicos & musicos edidit, conviviaque cum amicis curavit. Deinde rebus compositis necessariis, retulit se iterum ad spectacula scenica & thymelica: statis etiam comotationibus & conviviis institutis, quod tria millia artificum ad eum ex Græcia venissent.

Apollodorus Amphipolites, ex amicis Alexandri, dux exercitus quem Alexander Mazæo Babyloniorum satrapæ reliquerat, severitate Regis in satrapas qui provinciis præfuerant (ut, qui Babylone una cum eo vixerat, Harpagus) perterritus, fratrem suum Pithagoram aruspicem de salute sua consuluit. Pithagoras ejus literis respondens, cujus potissimum metu vaticinio uti vellet rogavit: qui quum respondisset, se ab Alexandro & Hephæstione sibi metuere; pro Hephæstione primum exta ille inspexit. Quinque jecinori fibræ deessent; literas rursus scripsit, easque obsignatas ad Apollodorum ex Babylone in Ecbatana misit, quibus monebat ne quicquam ab Hephæstione metueret: prope diem enim è vivis sublatum iri. Quam quidem epistolam Aristobulus scribit Apollodorum accepisse pridie quam Hephæstion exiret è vita [*Arrian. lib. 7. cum Appiano, sub fin. lib. 2. de bell. Civili.*]

Hephæstion enim vino nimium indulgens, febre correptus est. Atque, ut juvenis & militaris, exactioris impatiens victus, dum medicus Glæucus (vel Glaucias ad theatrum abiit, prandium sumpsit; adeoque gallo gallinaceo aslo, atque epoto ingenti vini frige facti cratere, malè habuit: pauloque post, septimo ab initio morbi die, decessit.

Habebantur eo die à pueris certamina gymnica: à quibus recedens Alexander, quum magna celeritate ad Hephæstionem se contulisset, mortuum reperit. Ille vero totum triduum neque cibum degustavit, neque ullam aliam corporis curam tenuit; sed aut lamentans aut tacite dolorem premens jacuit. Stulam quoque permutavit, neque seipsum solum & militares sed equos etiam omnes mulosque tonderi curavit. Ecbatanorum & circum jectorum oppidorum muris pinnas detraxit: ut urbes ipsæ loco prioris imaginis sordida assumpta & squalida specie, lugere viderentur. Miserum medicum egit in crucem. Tibias musicamque in castris compescuit: & per universam barbarorum regionem publicum luctum indixit. [*Diod. ad ann. 3. Olymp. 113. Plutarch. in Alexandro & Pelopida. Arrian. lib. 7. & in Epistolum, li. 2. 22. Alian. Var. hist. lib. 7. c. 8.*]

Cadaver Babylonem deportandum Perdicæ tradidit: quod ibi magnificentissimas exsequias illi peragere statuisset. De sumptuosissimo quoque monumento illic ei extruendo cum artificibus quotidie egit, præsertim cum stasitate, qui projectam granditatem & magnificentiam in novis rebus edendis profitebatur.

Eumenes veritus ne Alexander illum lætitiæ ex Hephæstionis obitu percepisse suspicaretur, Alexandro suggestit honores quibus maxime ornare valeret defunctum: atque argentum ad excitandum Hephæstioni tumulum largè & benigne præbuit. Se quoque & arma Hephæstioni devovit: quod & ejus exemplo ex amicis Alexandri alii multi fecerunt. [*Plut. in Eum. Arrian. lib. 7.*]

Præter hæc Alexander neminem in Hephæstionis locum, qui equitum amicorum Chiliarchiam præficeret, suffecit; ne Hephæstionis nomen ex agmine interiret: sed Hephæstionis Chiliarchiam vocari voluit, signumque ei præfetti in agmine & prælio quod Hephæstion consecerat.

Ad luctus levationem bellum Alexander adhibuit, ac sicut ad venationem hominum cum Ptolemæo Lagida (cui partem exercitus ducendam tradidit) egressus, in Cossæos gentem bellicosam Uxiis finitimam & montanos Mediæ tractus incolentem (quæ per omne dominatus Perfici tempus invicta permanferat, & tunc quoque elatis animis virtutem Macedonum nullo dignam metu judicabat) expeditionem suscepit: atque aditus prior occupans, plerosque Cossæ tractus populatus est. Per omnes vero confictus victor, multos Barbarorum internecione delevit: eaque Hephæstionis parentatio dicta est. Hyeme autem adortum esse eos Alexandrum, quando regionem suam adiri nulla ratione posse putabant, cum Nearcho. [*apud Strabonem, lib. 11. pag. 524.*] Arrianus etiam testatur. [*lib. 7. pag. 157. & in Indicis pag. 196.*] Vid. Polyæn. Stratagem. lib. 4. in *Alexandro*, num. 31.

Collæi, quod & ubique succumberent & multitudinem captivorum suorum agre ferrent, salutem populum qui capti fuerant cum servitute sua commutare coacti sunt. Cumque se suamque omnia arbitratui victoris permisissent; ea conditione pacem impetrarunt, ut ad quævis impetrata Regis morigeros se præstarent. Ita Alexander intra dies 40. gente armis perdomita, cum ad difficiliore locorum aditus urbes condidisset, exercitum inde abduxit.

Alexander Heraclidem Argæi filium cum navium architectis, in Hyrcaniam misit; qui excisa è montibus Hyrcaniæ materia naves oblongas conficeret, partim tectas partim opertas, Græcarum navium instar. Cupiebat enim etiam Caspium mare, & cui mare illud committeretur, cognoscere.

e. Quum per Tigrim flumen exercitum trajecisset, Babylonem versus contendit. Transferendis autem castris subinde quiescendi moram interposuit; & ut recolligere vires agmen posset, lento itinere processit. Jamque 300. stadia Babylone aberat, cum Chaldæi vates, misso ad eum è suis Belephante ne urbem introiret monuerunt; hunc locum ei fatalem fore testati.

Alexander ubi per Nearchi indicium (præ metu enim illum convenire ipse Belephantes non audebat) quid à Chaldæis denunciaretur accepit, plerisque à se amicis in urbem dimissis, ipse aliam ingressus viam Babylonem declinavit, & 200. inde stadiis castrametatus ad Bursiam (quæ Ptolemæi fortasse Basita fuerit) urbem trans Euphratem, desertam olim, quieto agmine substitit.

Ibi ab Anaxarcho & aliis Græcis rationibus philosophicis persuasus Magorum prædicta contemnere, ut falsa & incerta; Euripidis illum iambum usurpavit:

*Mavns d' deors, ote vishæ ræd's.  
Qui conjicit bene, augur est is optimus.*

Tum Chaldæi denuo rogabant, saltem non Occidentem spectans induceret exercitum, sed potius circumactum agmen in Orientem duceret. Quorum consilio de circumagendo itinere in urbem acquiescere eum voluisse, scribit Aristobulus. Et primo quidem die ad Euphratem castra posuit; postridie vero quum flumen ei ad dextram esset, juxta ipsum processit; cupiens prætergredi eam urbis partem quæ oceanum spectabat, ut inde orientem versus se converteret. Sed, quum paludosis limosisque locis impeditus, id commode præstare non potuisset; posterioribus quoque vatam monitis neglectis, obversa in Occidentem facie cum exercitu urbem ingressus est. [Vide Appian. sub fin. lib. 2. bell. Civil. & Seneca Suasoriam 4.]

Cum ad muros urbis pervenisset, corvorum examen vidit certantium & se mutuo cædentium; quorum aliquot juxta ipsum sunt delapsi. Cumque Apollodorus illi indicasset, fratrem suum Pithagoram (qui tum in urbe aruspicinam exercebat) de ipso exta consuluisse; accitum Pithagoram rogavit, quid deprehendisset in hostia. Qui cum respondisset, quod hostiæ jecinora absque fibris inventa essent; rursus interrogavit Rex, quid hoc portenderet. Eo vero magnum malum (vel extremum diem, ut apud Appianum est) portendi dicente, tantum abfuit ut Alexander illi succensuerit, ut eum deinceps chatiorem haberet; quod citra dolum simpliciter eum rem ipsam dixisset. Hæc se ab ipso Pithagora audivisse scripsit Aristobulus.

Quum Babylonii perquam humaniter, ut etiam antea, Alexandri milites exceperissent; omnes ad otium & voluptates, quod ingens rerum necessarium copia suppeteret, se converterunt. [Diodor.]

Babylonem ad Alexandrum ex omnibus fere orbis terrarum partibus legati venerunt. Nam præter eos quos Asia nationes, civitates & principes miserant; etiam multi ex Africa & Europa legati accesserunt. Ex Africa, ab Hammoniis, Athiopibus, Carthaginiensibus cæterisque Pæniis, & cunctis qui mare usque ad columnas Herculis accolebant. Ex Europa, à Græcorum civitatibus & Macedonibus, Thracibus, Illyriis & Seythis, Brutiis quoque Lucanis ac Tuscis Italiani incolentibus, Siciliae & Sardiniae insulis; ab Hispanis etiam & Gallis, quorum nomina ac cultum tum primum Macedones cognoverunt.

Legatorum catalogo accepto, quibus primum, & quibus deinceps responderet, dum ad omnes perveniretur, Alexander constituit. Ac primum eos qui sacrorum causa venerant, audire decrevit. Secundum locum his dedit, qui dona attulerant; tertium iis qui cum finitimis controversias habebant; quartum illis qui de privatis tractaturi venerant. Ultimæ partes illorum erant, qui restitutioni Græcorum exulum refragabantur. In hortis igitur aureum sibi solium statui curavit, & lectos argenteis fultos pedibus; in quibus sedens cum amicis, legationibus responsa dabat: ut ex Ephippo Olynthio refert Athenæus. [lib. 12. cap. 18.] Atque ut grata ea essent responsa, cunctosque placatos & benevolos à se dimitteret, in primis illi, curæ fuit.

Eleis omnium primis operam dedit; & post illos Hammoniis, Delphis, Corinthiis, Epidauriis, & cæteris: pro majestatis templorum audientiae prærogativa illis tribuens. Et quum Epidauriorum legatis postulata concessisset, donarium per eos misit Esculapio: sed his adjectis verbis. *Esculapine parum æquus mihi fuit; qui amicum, quem ego tanquam caput meum amabam, non servavit.* Quotquot etiam clarorum virorum statuas, aut deorum simulachra, aut aliud quidvis diis consecratum Xerxes Babylonem, vel Susa, vel in Palærgadas, aut quamvis aliam Asiæ partem ex Græcia deportaverat, ea legatis deportanda dedit. Atque ita Harmodii & Aristogitonis æneas statuas Athenas remisisse dicitur, simulque Dianæ Cerceæ simulachrum.

De reducendis vero Græcarum civitatum exilibus, per Nicanorem Stagiritam epistolium hoc misit in Olympica celebritate, quæ tum appetebat, publice promulgandum. *Banhuir*

*Ἀλέξανδρος ἐστὶν τοῖς αἰ τοῦ Ἑλληνισμοῦ πόλεμος ἐποίησεν. Τὸ μὲν εὐχόμενος ἑαυτὸν ἕως οὗτοι γέγοναίη, ἢ δὲ ἔπειτα εἰς τὰς ἰσθμιασίδας ἡμῶν ἐσπείρατο, πάλιν τὸν εὐχόμενος γέγοναίη δὲ Ἀντιπάτρου ἀπὸ τούτου, οὗτος τὰς μὲν βασιλείας τῶν πόλεων ἔχουσι ἀναρχίας. Alexander rex, Græcarum civitatum exulibus. Auctores exilii vestri nos haud fuimus: reditus vero in patriam, sacrilegis & sceleratis tantummodo exceptis, nos erimus. Qua de re Antipatro scripsimus, ut civitates restitutioni suorum refragantes vi cogat. [Diod. lib. 17. ad ann. 2. Olymp. 113. & lib. 18. ad ann. 2. Olymp. 114.]*

His absolutis, ad apparatus funeris Hephæstionis Rex animum convertens, vicinis civitatibus imperavit, ut quicquid possent ad ornatum ejus conferrent. Mandatum præterea ad omnes Asiæ gentes dedit, ut ignem qui facer à Persis vocatur, quousque exequias peregrisset, extinguerent: quemadmodum in regum obitu à Persis factitari solebat. Quod pro infelici omine à vulgo acceptum fuit, ut quod ipsius Regis mortem portenderet.

Tunc ergo Ducum & amicorum univrsisque ad voluntatem Regis se accommodans, simulachra ex ebore auroque & alia magnæ exultationis materia facienda curaverat. Ipse accitis undique architectis & subtilissimorum artificibus magno numero, muri paratem ad stadia 10. demolitus est: lateribusque collectis, & loco qui rogam excepturus erat complanato, pyram quadrilateram excitavit; cujus unumquodque latus stadium obtinebat, altitudo autem 130. amplius cubitorum erat. Totius structuræ hujus ornatum pluribus describit Diodorus: de funebrium horum sumptuum summam deinde subjiciens. Quia deductores simul & milites, legatique & homines indigenæ, certatim ad funeris hujus apparatus sumptus conferebant; plusquam 12. millia talentorum impensam fuisse ferunt. Quam talentorum summam & Justinus habet, libro 12. cap. 12. licet Plutarchus & Arrianus myriadem, sive 10. talentorum millia, tantum numerent.

Alexander injectis in pyram armis, auro & argento, simul ea cum mortuo igni tradidit; itemque vestem magni apud Persas pretii. [Ælian. Var. histor. lib. 7. cap. 8.] Ludos præterea gymnicos & musicos, cum certantium multitudine, tum sumptuum præmiorumque magnitudine longe prioribus omnibus illustriores instituit. Tria enim agonistarum millia ad ipsius tumulum certavisse dicuntur. [Arrian. lib. 7.]

Tum quoque forte accidit ut Philippus, ex amicis Regis unus, cum oraculo ab Hammone reverteretur, fas esse Hephæstioni ut Heroi sacrificare. Quo nuncio lætatus mirifice Alexander, primus sacrum illi fecit: cæsisque victimis, ad 10. millia omnis generis, splendido totam multitudinem convivio accepit. [Diodor. ad ann. 1. Olym. 114. cum quo conferend. Arrian. lib. 7. pag. 147. & 164.] Cleomeni quoque ægypti satrapæ, (ut supra ad annum Mundi 3673. a. annotavimus) homini improbo, ut templa illius nomini exadificarentur imperavit; & tabulis contractuum nomen illius inscriberetur: hoc quoque in epistola ad illum scripta adjecit.

*Ἡ γὰρ ἐπιπέλας ἦν τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν κωνσταντινίαν, ἃ τὰ ἕξκατὰ ἑξακισσίων ἐστὶν πρὸς τὴν ἀμερικανίαν, ἀδύνατον εἶναι τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἀπὸ τῆς ἀμερικανίας ἕως οὗτοι γέγοναίη. Si enim ego templa in Ægypto rite abs te Hephæstioni ut Heroi extructa invenero: non solum siquid antehac commisi, ignoscam; sed quantumcunque deinceps deliqueris, nihil incommodi tibi à me accidet. [Arrian. ibid. pag. 165.]*

Continuo deinde templa Hephæstioni civitates pleræque dicarunt, delubra condiderunt, aras, sacra, ferias novo deo fanxerunt. Jusjurandum omnium religiosissimum Hephæstionis nomine fuit. Capitale erat siquis hac parte vel contaretur, vel neglectum coleret. Narrabantur insomnia, vise Hephæstionis umbræ, prædicabantur illius responsa. Denique aræ & sacra dicata sunt familiari & malorum vindici deo. Proinde cum his Alexander initio mire oblectaretur, tandem ita captus est, ut fidem quoque adhiberet; gloriareturque quod non modo diis genitus esset, sed deos quoque ipse faceret. Quo quidem tempore ex copiatum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod Hephæstionis tumulum præteriens illachrymasse visus esset. Ac nisi Perdicas, venanti sibi Hephæstionem apparuisse e mentitus, per deos omnes ipsiunque Hephæstionem dejerasset, ex ipso se cognovisset, Agathoclem non ut mortuum & vanæ divinitatis titulis frustra ornatum flevisse, verum ob memoriam pristinae fodalitatis lachrymas non tenuisse; vir fortis & de Rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite perpendifset. [Lucian. lib. 4. de diabolo.]

Apud Eleos Olympias CXIV. acta est: quo anno Alexandrum mortem obiisse agnoscunt universi, (ut in lib. 1. contra Apionem habet Josephus) Hagefia sive Hegesia Athenis archonte, ut in libro 17. Bibliothecæ Diodorus & in 7. de rebus Alexandri confirmat Arrianus, ad finem videlicet tendente illius magistratu & anno hoc Olympiaco: ut ex menfe quo mortuus est postea constabit.

In panegyri Olympiaca, præsentem universa Græcia, Alexandri de revocandis Græcarum civitatum exulibus epistola, publico victoris præconio promulgata est. Cujus tamen mandato Athenienses & Atoli minime parendum censuerunt. [Diodor. ad ann. 2. Olymp. 113. Iustin. lib. 13. cap. 5.]

Recepit Alexander apud Babylonios, ut refert Aristobulus, classem navalem, quæ partim per Euphratem in Persicum mare subvecta erat Nearcho duce, partim in Phœnicia Cyproque extructa fuerat. Phœnicum quinqueremes 2. quadrirems 3. tremeas 12. triginta remorum naves 30. in partes dissectæ, per septem stadia in urbem Thapsacum portatæ sunt; ibique rursus compaginatæ, Babylonem per Euphratem delatæ sunt. Alias quoque naves Babylone, ex

hortorum

hortorum & lucorum cupressis, Alexander construxit: cum alterius mareriei ibi esset inopia. Supplementa etiam in naves aliæque ministeria, & purpuras piscantium aliorumque marinorum operatorum multitudo, ex Phœnicia atque universa maritima ora ad eum venerunt. [Strabo, lib. 16. pag. 741. Arrian, lib. 7. pag. 161. ex Aristobulo.]

Portum præterea apud Babylonios Alexander effodi curavit, qui mille naves oblongas caperet: porticus etiam & navalia portui adjunxit. Misitque Miccalum Clazomenium cum 500. talentis in Phœniciam & Syriam, qui quoscunque maritimos posset mercede alliceret vel conduceret. In maritimam enim Persici sinus oram ejusque insulas colonias ducere statuerat: quæ non minus opulenta quam Phœnicia fore videbatur. [Arrian, ibid.]

Classè verò Arabas invadere habebat in animo Alexander, eam prætexens occasionem, quod ex omnibus barbaris soli illi legatos ad eum non misissent, neque quidquam officii aut honoris detulissent: revera, omnibus dominandi impulsus cupiditate. Et cum duos tantum deos coli ab eis audivisset, Jovem sive Cælum & Bacchum: non indignum censebat se, qui pro tertio deo apud eos haberetur; si vicisset, & patriam libertatem illis, ut Indis, restituisset. [Strabo, & Arrian, ut supr.]

Cumque Arabiam maritimam India minorem non esse accepisset, multasque insulas habere adjacentes: Archiam, Androthenem (Thasium illum, de quo Strabo lib. 16. pag. 766. & Theophrastus lib. 2. de causis Plantarum cap. 7.) & Hieronem Solensem, cum tribus 30. remorum navibus ex Babylone misit; ut universa Arabia Chersoneso circumnavigata, loca illius regionis explorarent. E quibus, Archias duas insulas in mari ad Euphratis ostia sitas fuisse Alexandro nuntiabat: minorem alteram, Dianæ sacratam, 120. stadiis à litore fluviiq; faucibus distantem, (Icarum, ut Aristobulus ait, ab Alexandro vocari jussam;) alteram majorem, unius diei ac noctis navigatione ab Euphratis ostio distantem, cui Tylus nomen erat. Omnium vero longissime progressus Hieron, ingentem Chersonesi magnitudinem fuisse nuntiabat, ejusque promontorium esse longe in Oceanum porrectum: quod & ii qui cum Nearcho ex India navigabant, priusquam in sinum Persicum flecterent, non procul abs se remotum viderant. [Arrian, lib. 7. & in sine Indiarum.]

Dum trirèmes parantur, portusque apud Babylonem effoditur, Alexander per Euphratem ad Pallacopam annum devector est, 800. ferme stadiis à Babylone distantem. Ibi ille navigans, ut narrat Aristobulus, & suam ipse scapham gubernans, fossas inspexit, easque comitantis multitudinis opera expurgavit, ora quadam obstruens, & alia aperiens. Cumque fossam quandam ad paludes & lacus, qui sunt Arabiam versus, tendere animadverteret habentem os obstructu difficillimum, propter cedentem & mollem terram: aliud novum os aperuit 30. à priore stadiis, capto loco petroso, atque traducto alveo. Multa etiam Assyriorum regum & principum sepulchra, in his paludibus & lacubus extracta, Alexander vidit. [Strabo, lib. 16. pag. 741. Arrian, lib. 7.]

Navigando per lacus in Arabum regionem descendens, urbem ibi adificavit mœnibusque cinxit: colonia eo deducta ex Græcis mercenariis voluntariis, & qui aut senectute aut casu aliquo inepti bello facti erant. [Arrian, ibid.]

Hic vero Chaldæos ille irridens, quod salvus & intrasset Babylonem & tunc exiisset navigio; fiducia plenus per paludes navigabat, Babylonem à sinistra habens. [Id. ibid. cum Apiano, sub fin. lib. 2. bell. Civil.] Quumque in illis angustiis pars exercitus inopia ducis erraret; præmissa duce qui viam monstraret, in alveum eos reduxit. Orto deinde ingente vento, & navigio quod ipse gubernabat à cæteris scaphis avulso, regium capitis velamentum in aquam prociat, diadema vero et alibi atum vento abreptum arundini cuidam, ex iis quæ regum sepulchris adnatæ erant, hæsit. Quod nauta quidam natando illuc excurrrens receptum non manu gestavit, ne natans madefaceret, sed capiti impositum retulit. Aristobulus ex Phœnicibus nautis unum eum fuisse ait, atque plagis affectum, quod diadema regium capiti imposuisset. Consultos de hoc nomine ab Alexandro vates, ut magnifica diis sacrificia omni adhibita diligentia perageret, jussisse scribit Diodorus. Vide Appianum in Syriacis, pag. 124. edit. Græcolatin.

Quum Alexander deinde nuntiatum esset, Athenienses & Atolos edicto ipsius de Græcarum civitatum exulibus reducendis parere noluisse; mille naves longas focis imperari præcepit, quibus in Occidente bellum gereret, cum valida manu ad Athenas delendas excursurus. Quod, consilium tamen postea omisum est. [Justin, lib. 13. cap. 5.] Vid. Curt. lib. 10. cap. 4.

4. Babylone Alexander otium & panegyricam vitæ rationem complexus est: crapulæ & temulentia ita addictus, ut in Diariis ejus ab Eumene Cardiano & Diodoro Erythraeo compositis quos dies & quas noctes ebrius ille dormierit, sæpius annotatum reperitur. [Athenæus lib. 10. cap. 11. cum Philino, apud Plutarch. lib. 1. Symposiac. cap. 6.] Cujus ex Eumene specimen exhibet Ælianus libro 3. Var. histor. cap. 23. quod, ut Ephemeridis nostræ anni Macedonici, usus aliquis appareat, mensium nostrorum Julianorum diebus additis, subjicere hic libuit; pro diis tamen, quod apud Ælianium nullo sentu legitur, mensis Διὸς nomine prius restituto.

Die mensis quinto [Septemb. 28.] apud Eumaum perpotavit: deinde sexto [Septemb. 29.] crapulam edormiit; neque aliud illo die fecit, quam ut surgeret, & ducibus de crastina profectioe mandata daret, inquam eam summo mane futuram. Septimo deinde die [Septemb. 30.] epulatus est apud Perdiccam, atque iterum potavit: & octavo [Octob. 1.] dormiit. Decimo quinto vero die ejusdem mensis [Octob. 8.] potavit: & sequente [Octob. 9.] solito more crapulam somno

decoxit. Vigesimo quarto [Octob. 17.] canavit apud Bagoam; cuius domus stadius 10. a regia distabat: deinde tertio (vel quinto potius) obdormit.

b. Videns Babylonem Alexander & magnitudine & rebus ceteris excellere, eam adornare atque regiam suam ibi constituere destinaverat. [Strabo, lib. 15. pag. 731.] Indeque Beli templum instaurare atque è veteribus ruderibus exedificare statuerat, atque (ut quidam scribunt) augustius quam antea fuerat efficere. Quumque ipso absente segnius quam veller Babylonii operi instarent; ipse cum universo exercitu opus aggredi cogitabat. Sed cum multi res laboris esset, & multi temporis; quod inceperat perficere non valuit: morbus enim & mors statim eum oppressit: [Id. lib. 16. pag. 738. cum Arrian. lib. 7. pag. 159.]

Alexander per quietem exstimavit à Cassandro se interfici, cum eum nunquam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium esse cognovit, adjecto versu Græco qui fidem somniorum elevat, preparati jam adversus caput suum veneficii suspicionem animo repulit. [Valer. Maxim. lib. 11. cap. 7.]

Quum barbaros Cassander venerabundos Alexandrum salutare conspexisset: hujuscemodi spectaculi hæcenus insolens, in cachinnum est effusus. Ea re exarstita Alexander, ut arripitum crinibus caput ejus ambabus manibus vehementer contuderit ad parietem. [Plutarch. in Alexand.]

c. Quemadmodum fama erat, ab Antipatro per Cassandrum allatum fuisse venenum, traditumque fratri Iollæ, & ab eo supremæ Regis potioni inditum: ita credebant etiam, Craterum cum veterum militum manu ad Antipatrum interficiendum ab Alexandro fuisse missum. [Curt. lib. 10. cap. ult.] De veneno, quo necatum esse Alexandrum credidere plerique, videnda quæ ex variis authoribus collegit Andreas Schottus in Vitæ comparatæ Aristotelis à Demosthenis, ad ann. 1. Olympiadis 114. & Matthæus Raderus, ad Curt. lib. 10. cap. 7. De Cratero vero & militibus veteranis historia sese ita habet: quam à Justino, Plutarcho & Arriano ante Hephæstionis excessum relatum, hoc tempore contigisse tum ex aliis tum ex hoc colligimus; quod quum moreretur Alexander, Craterus cum militibus nondum in Macedoniam venerit, sed adhuc fuerit in Cilicia.

Macedones voluntarii ab Alexandro in patriam dimissi sunt, qui aut per ætatem aut aliquam membrorum mutilationem inutiles bello erant: ad decem, ut [in lib. 17. ad ann. 2. Olymp. 113 & lib. 18. ad ann. 2. Olymp. 114.] Diodorus, vel undecim millia, ut [in lib. 12. cap. 12.] Justinus habet. Quibus quidem non exacti tantum temporis stipendia ille persolvit, sed etiam vitæ quod ad reditum sufficeret est prosecutus. Singulis etiam talentum ultra stipendium numeravit. Si quibus autem filii ex Asiaticis mulieribus essent, apud se relinqui iussit: ne seditionem aliquam in Macedonia excitarent barbararum mulierum liberi, pueris domi relictis matribusque permitti. Eos vero Macedonicis moribus imbutos bellicæque disciplina instructos, quum in viros excrevissent, parentibus se redditurum promisit. Justinus ait, in patriam revertentibus stipendia, veluti militantibus, data: Plutarchus, demortuorum liberis orphanis stipendia parentum attributa, additque, scripsisse Alexandrum ad Antipatrum, ut reduces veterani in omnibus ludis & spectaculis primum locum tenerent, & coronati ibi considerent. Tum salutatatos omnes, lachrymantes Rex ipse lachrymans dimisit.

Cum his & ex amicis Regis dimissi senes, Clytus, Gorgias, Polydamas, Adamas, Antigenes. Dux omnibus adjunctus est Craterus, Regi fidelissimus & charissimus, & secundus ab eo Polyperchon: ne, siquid humanitas Cratero accideret, qui tum corpore erat parum firmo, ducenti itineris desiderarent. Craterum deinde Macedonia, Thraciæ, Thessaliæ ac libertati Græcorum, in Antipatri locum, præesse iussit: atque in ejus locum Antipatrum evocavit, in veteranorum dimissorum locum aliorum Macedonum ætate ac viribus florentium supplementum adducere secum iussit.

Cratero milites emeritos in Ciliciam ducenti mandata quædam, scripto comprehensa, perficienda Alexander dedit: quorum capita præcipua, ex commentariis regis, sub initium lib. 18. recenset Diodorus Siculus. Ut mille naves longæ triremibus grandiores in Phœnicia, Syria, Cilicia, & Cypro, ad expeditionem in Carthaginienses, & cæteros qui litorales Africa & Hispaniæ vicinasque ad Siciliam usque regiones incolebant, compaginarentur. Ut iter per Africæ maritima ad Herculis columnas expeditum redderetur. Ut templa sex magnifica 1500. talentum sumptu fabricarentur. Ut pro tantæ classis modo portus & navalia locis opportunis exstruerentur. Adhæc ut civium in urbes novas commigratio, & hominum ex Asia in Europam & rursum ex Europa in Asiam translatio fieret: ut per connubia & necessitudines continentes orbis maximas concordia mutua & cognationis amicitia inter se devincieret. Hæc tum erant illius molitiones: de quibus Lucanus, libro 10.

-----Oceano classes inferre parabat  
Exteriore mari, non illi flamma, nec unda,  
Nec sterilis Libye, ne Syrticus obstiterit Ammon,  
Iffet in occasus, mundi deversa secutus,  
Ambissetque polos, Nilumque à fonte bibisset.  
Occurrit suprema dies: naturaque solum  
Hunc potuit finem vesano ponere regi.

Nec longe ille ab interitu aberat, quum legati è Græcia, ut eum tanquam deum colerent, venerunt; iique ipsi coronati, cum coronis aureis coronaverunt.

Peucestas etiam, è Perside reversus, cum 20. circiter Persarum millibus magnam quoque Cossorum manum & Tapurorum non paucos Babylonem adduxit; quod & hæ gentes Persidi finitimæ in primis bellicose esse dicebantur. Venit item Philoxenus, è Caria exercitum ducens, & Menander è Lydia; Menidas quoque cum equestribus copiis. Alexander Persarum studio collaudato, quod Peucesta per omnia paruisset, simulque Peucesta ipso qui moderate sapienterque gubernasset; & illos, & eos qui ex mari cum Philoxeno & Menandro venerant, Macedonicis ordinibus accensuit. Classem quoque crebro ad remum exercebat. Cumque magna esset inter triremes & quadriremes quæ in fluvio erant contentio, atque acre remigum & gubernatorum certamen: victoribus coronæ dabantur.

Quum Alexander, copias quæ cum Peucesta, Philoxeno & Menandro venerant in Macedonicos ordines distribuens, sicut sentiret; (ut ex Aristobulo refert Arrianus) nonnihil à folio recedens, sellam vacuum reliquit: amicis etiam cum comitantibus, qui ab utraque parte lectis (argenteis pedibus innixis) insidebant. Quidam vero obscurus homo (sunt qui aliquem qui in custodia sine vinculis habebatur, fuisse dicant) per medios eunuchos utrinque thronum circumstantes transiens in sella regia confedit. Eum quum eunuchi è folio detrahere non auderent, Persica quadam lege prohibiti; laceratis vestibus, pectora faciemque contuderunt; magnum aliquod malum ominati. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, cum qui folio infederat in quæstionem dari iussit, num forte ex compositis insidiis id fecisset exploraturus. Affirmante vero illo, quod levitate quadam animi impulsus id fecisset: tanto majus malum vates inde portenderunt. Eorundem consilio, miserum illum necatum fuisse Diodorus refert; ut quicquid sinistri portenderetur, in caput illius derivaretur. Idem narrat & Plutarchus: qui in quæstione quoque interrogatum quis esset, Dionysium dici se, esse Messenium genere, & alia quædam confessum illum fuisse addit.

Paucis post diebus, quum Rex diis suis consuetas pro felicibus successibus hostias sacrificasset, nonnullasque ex vatium monitu adiecisset; cum amicis epulatus est, conviviumque in multam noctem produxit. Hostias etiam exercitui dedisse, vinumque per cohortes & centurias distribuisse dicitur. Recedentem è convivio Medicus Thesalus, instaurata comensatione, & ipsum & sodales ejus invitavit. In Symposio apud Medicum viginti accubuerunt convivæ; quibus omnibus præbens Alexander, paria etiam ab iis accepit: quemadmodum ex commentariis Nicobulæ tributis refert Athenæus. [lib. 10. cap. 11. & lib. 12. cap. 18.]

Cum poculum ibi duos continens congios Alexander poposcisset (ut in libro de Alexandri & Hephæstionis obitu & sepultura narrat. apud Athenæum lib. 10. cap. 11. Ehippus Olynthius) bibensque Proteam Macedonem provocasset: ille accepit, atque cum Regem pluribus verbis laudasset, ita bibit ut ei ab omnibus applauderetur. Postea vero, exiguo tempore interposito, idem poculum postulavit Proteas; rursusque bibit, Regem provocans. Quod capiens Alexander, egregie quidem bibit, non tamen potuit ferre; sed poculo ex manibus demisso, in pulvinar decubuit: ac jam inde morbo correptus interiit. Atque hic fuit *Herculeus* ille fatalis Alexandro scyphus: cujus, præter Diodorum & Plutarchum, in 83. epistola meminit etiam Seneca. [cum quibus conferendus & Athenæus, lib. 11. cap. 17. & Macrobius, lib. 5. Saturn. cap. 21.]

Aristobulus narrat eum, quum delirio ex febre teneretur atque ingenti cruciaretur siti, vinum potasse: hinc in phrenesim incidisse, atque 30. *Dasi* mensis die, sive *Maii* Juliani 24. decessisse. Attici *Thargelionis* die *sexto*, vita eum excessisse, tradunt alii (ut apud *Ælianum*, lib. 2. Var. histor. cap. 25. videre licet) qui *Maii* 18. vel 19. diei respondebat. In Alexandri Diariis, ad 28. *Dasi* diem, sive *Maii* 22. obitus ejus refertur. Mense igitur *Dasi* Macedonico, & *Mai*o Juliano, mortuum illum fuisse intelligimus: utrunque de certo mensis illius die aliquanta fuerit inter scriptores dissensio.

Ex Diariis regis, quæ circa morbum Alexandri contigerunt, Arrianus & Plutarchus diligenter explicant: sed Diariorum quibus illi sunt usi, quis author fuerit, neuter indicat; utrum Cardianus Eumenes, an Diodorus Erythræus, vel Strattis etiam Olynthius nam & hunc Diaria Alexandri libris quinque, ac de obitu ejus speciatim scripserit, ex Suida didicimus. Verum, cujuscunque ea fuerint, quandoquidem nihil aut simplicius aut certius hac de re habere possumus, quæ à Plutarcho inde sunt excerpta placuit hic proponere: dierum *Dasi* & *Maii* collatione, ex nostra anni Macedonici Ephemeride simul apposita.

Ὁ γὰρ ὁ βασιλεὺς Δασιῶν ἡμέρας. Octavo decimo die mensis *Dasi*, [Maii die 12.] in balneo febris causa dormiit. Postero die, [Maii 13.] lotus contulit se in cubiculum: eumque diem alexandro cum Medico transegit. Inde vespere lotus, & sacris operatus cibum sumpsit avidius, atque per noctem febre afflictus est. Die vigesimo [Maii 14.] lotus solenne sacrificium iterum peregit: decumbensque in balneo, *Nearcho* vacavit, navigationem suam & quid vidisset in Oceano exponenti. Τῇ δεκάτῃ ὀδοῦτος, die vigesimo primo [Maii 15.] cum idem fecisset, aggravavis febris; noctemque egit gravem. Postridie [Maii 16.] acri febre tentatus est: translatusque decubuit juxta magnum natatorium. Eodem tempore cum ducibus egit, quemadmodum ordinibus vacuis proficerent spectatos. Ἐξήκοντος [ὀδοῦτος.] Vigesimo quarto die, [Maii 18.] ingravescente vi morbi, sacra peregit; ad qua est deportatus: ac præcipuos duces in aula iussit



commorari, centuriones vero & tribunos excubare pro foribus. *De latius in ulteriorem regionem, in Ætate [Ætatis] vigesimo quinto die [Maii 19.] paulisper quiescit: sed febris non remissit. Cum autem adissent eum Duces nullam vocem edidit. Quibus de eorum morbo. Pari modo vigesimo sexto egit. [Maii 20.] Unde Macedones mortuum rati ad fores magno strepitu accesserunt, minisque amicos Regis coegerunt ut admitterentur: ac foribus apertis tunicati ad unum omnes præter lectum ejus transferunt. Eodem die Pitbon & Seleucus ad templum Serapis missi, ut an eo deportandus esset Alexander consulerent; ne loco ille moveretur, responsum acceperunt. Tæte dicitur esse deinde ambarum. Die autem vigesimo octavo, [Maii 21.] sub vesperam, expiravit.*

Qui præter lectum ejus transibant Macedones, alia janua admissi, alia egrediebantur. [Lucian. Pseudomant.] Et quanquam violentia morbi dilabebatur in cubitum, tamen erectus dextram omnibus, qui eam contingere vellent porrexit. [Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1.] & quod incredibile dictu auditque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat cum admissurus milites esset, duravit, donec à toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est. [Curt. lib. 10. cap. 7.]

Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur, videanturne similem sibi reperturi regem. Tacentibus cunctis, tum ipse, ut hoc nesciat, ita illud scire vaticinorique se ac pene oculis videre dixit, quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia; quantis cadibus, quo cruore, mortuo sibi parentatura. Ad postremum, corpus suum in Hammonis templo condi jubet. [Justin. lib. 12. cap. 15.] Cumque quærerent amici, cui relinqueret regnum; Fortissimo, respondit. Exemplum tamen digito annulum Perdicæ tradidit: ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent. [Emil. Prob. in Eumene] Rursus Perdicca interrogante quando celestes honores haberi sibi vellet; dixit, tum velle, cum ipsi felices essent. Suprema hæc vox fuit Regis, & paulo post extinguitur. [Curt. ut sup.]

In Eratosthenis Canonibus, (apud Clement. Alexandrin. lib. 1. Stromat.) à Philippi morte ad Alexandri *μπαλλὰ αὐτῶν*, anni duodecim numerantur: quot etiam Alexandri regno in I. Machab. 1. 8. & utroque Hebræorum Chronico, uti etiam à Tertulliano, (in lib. contra Judæos cap. 8.) Porphyrio, (in Græcis Eusebianis Scaligeri, pag. 124.) Juliano, (in Cæsariis.) Rufino, (in Joseph. antiquit. lib. 12. cap. 2.) Orofio, (lib. 3. cap. 23.) Hieronimo & Theodoro (in Danielis cap. XI.) tributos legimus, quanquam A. Gellius, (lib. 17. cap. 21.) annos tantum undecim; Julius Africanus & ex eo Eusebius in Chronico, annos duodecim & menses sex; Diodorus Siculus, (sub finem libri 17.) annos totidem & menses septem; Livius; (lib. 9. & 45.) atque Amilius Probus, (in Eumene) tredecim annos illius assignet principatui.

Neque multo minor, de totius vitæ decursæ spatio, inter authores occurrit differentia: de quo, in V. Philippica, M. Cicero. *Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere coepisset, nonne tertio & trigesimo anno mortem obiit? qua est ætas nostris legibus decem annis minor, quam Consularis.* Decessisse illum, menses unum, annos tres & triginta natum, in extremo libri 12. capite refert Justinus. Non plures tamen quam 32. annos illi tribuunt Philostratus, (de vitis Sophistar. lib. 2. in Herode) Eusebius, (in Chronico, & lib. 1. de vita Constantini) Hieronymus, (in Daniel. cap. VIII. & IX.) & Eusebianum Chronicon hic secuti complures alii. Quæ omnia ad normam illam exigenda sunt ab Arriano [lib. 7. pag. 167.] propositam. *Ἐβίη δὲ τοῦ ἀλεξάνδρου ἦν, καὶ τοῦ τρίτου ἡλικίας ἐπιπλασίου ὄντος, ὡς λέγει Ἀριστοβούλος. Ἐβίη δὲ τῶν ἡμετέρων ἦν, καὶ τοῦ ὀκτώ τῆτος ἡλικίας. Vixit annos triginta duos, & tertii menses octo effectus est: quemadmodum tradidit Aristobulus. Regnavit vero duodecim annos, ac menses illos octo.*

Post Alexandri excessum, orta inter pedites & equites illius de formando rerum præsentium statu discordia tanta, ut ad pugnam utrique se compararent: ita demum ex Ducum consensu res constitutæ sunt. Arideo Alexandri fratri, quem Philippus rex ex Philinna Larissæ saltatrice (ut ex Ptolemæo Agesarchi filio in Philopatoris historiis refert Athenæus, lib. 13. cap. 13.) & scorto (ut apud Justinum est, lib. 13. cap. 2. & Plutarchum in fine Alexandri) suscepit, summa vel umbra potius imperii est commissa, regique declarato Philippi nomen est impostum. Huic adjungendus erat & ex Roxane nasciturus filius: qua exacto mense octavo [ut in loco jam notato habet Justinus] vel sexto [ut Curtius, lib. 10. cap. 10.] jam ex Alexandro prægnans erat. Hercules enim, qui tum Pergami erat, quod eum Alexander, ex Barfine legitimo matrimonio sibi non conjuncta suscepisset, in successione imperii ratio non est habita. Et quia Arideo mentis satis compos non erat [ex corporis vitio, non nativo, ut in fine Alexandri notat Plutarchus, sed medicamentis ab Olympiade procurato] Perdicca Orontis filius, Macedo ex Orestide, cui Alexander moriens annulum tradiderat, regni *ἐπιπλασίου* sive procurator, re ipsa Rex, est designatus. Castrorum, exercitus & rerum cura Meleagro Neoptolemi filio, cum vel sub Perdicca assignata est. Equitatus amicorum nobilissima præfectura, quam post Hephæstionem Perdiccas habuerat, Seleuco Antiochi filio [cum vel sub Perdicca etiam] commissa est. Cura quoque regni & regie pecuniæ custodia Cratero est concedita, Erant autem in thesauris [ut in lib. 13. cap. 1. Justinus refert] quinquaginta millia talentum, & in annuo vectigali tributo tricena millia. [Diodor. init. lib. 18. Justin. lib. 13. cap. 1. 2. 3. 4. Curt. lib. 10. cap. 10, 11, 12. Plutarchus in Eumene, & sine Alexandri. Dexippus & Arrianus, in

Anno  
Mundi.

Anno  
Periodi  
Julianæ.

Anno  
te æram  
Christi.

libris rerum post Alexandrum gestarum apud Photium, in Bibliothec. cod. 82. & 92. Appian. in Syriaci, pag. 110. & 114.]

Annos Philippi ab excessu Alexandri Magni numerari, initio semper à die primo mensis ejus sumpto, cui apud Ægyptios nomen est Thoth; in libello de die Natali notat Censorinus. Ægyptii enim astronomi æram hanc, faciliotis calculi gratia, ad annos suos æquabiliter accommodantes, caput ejus in primo die Thoth ineuntis anni à Nabonafaro 425. collocant: in 12. videlicet Novembris, anni Periodi Julianæ 4390. mense ante verum excessus Alexandri tempus septimo. Atque ab illius Thoth initio Stellarum omnium epochas in *περὶ ἁρῶν κωνσταντίνου* & *ἀστρονομίας* libro nondum edito deducit Ptolemæus, de quo ita ille, in Præfatione ad Syrum. *Συντάξις αἱ ἡμέραι πᾶντων ἀρῶν. εἰς τὴν ἐν Ἀλεξάνδρειά τῆς αἰῶς Αἰγυπτίων ἀστρονομίας, τῆς ἐν Ἀλεξάνδρειᾳ Θωθὶ ἢ μελέης τῆς ὁδοῦ ἐπιπέφιλκτου τῆς μετ' Ἀλεξάνδρου τῶν ἡμερῶν, Constituta sunt hic epochæ ad meridianum Alexandria qua est in Ægypto; à Kalendis mensis Ægyptiaci Thoth, primi anni Philippi qui fuit post Alexandrum Conditorum. non Philippi patris (uti quidam putarunt) sed fratris & successoris Alexandri, cui, ut Urbis suæ fundatori honorarium Conditoris titulum tribuere solebant Alexandrini. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς τῆς αἰῶς Αἰγυπτίων κωνσταντίνου καὶ Πτολεμαίου ἀστρονόμου, ἐν ἡμερῶν ἀστρονομίας Αἰγυπτιακῆς ἐπιπέφιλκτου, καὶ ἡμερῶν. ut in Græcis etiam collectaneis, inter Eusebiana à Scaligeri editis, (pag. 48,) legimus. Ab hujus igitur Philippi Aridæi, initio tempora expeditiorum canonum secundum Ptolemæum (qui anno Ægyptiorum æquabili in illis est usus) & secundum restitutionem anni Ægyptiaci (ad annum fixum Alexandrinorum, quo in suis canonibus usus est Theon) sumpta, numerantur. Unde & in epistola ad Apollophanem Dionysio Areopagitæ falso attributa (apud Hilduinum in Areopagiticis) Tabulæ hujusmodi astronomiæ Canonis Philippi Aridæi nomen obtinuerunt.*

Septimus dies erat (ut apud Justinum legitur: triginta enim dies habet Ælianus, in Var. histor. lib. 12. cap. 64.) ex quo Alexandri corpus exanimum jacebat in folio, curis omnium ad formandum publicum statum à tam solenni munere averfis: & nulla illud tabe ac ne minimo quidem livore corruptum, inventum est. Vigor quoque qui constat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque Ægyptii Chaldæique jussi corpus suo modo curare, primo non sunt ausi admove- vere velut spiranti manus. Deinde precati, ut jus fasque esset mortalibus atrectare eum, pur- gaverit corpus: repletumque est odoribus aureum folium, & capiti adjecta fortunæ ejus infi- gnia. [Curt. lib. 10. cap. ult.]

Funeris, & curus quo regium cadaver in Hammonis templum deducendum erat apparandi negotium Aridæi (sive Regis, ut apud Justinum, lib. 13. cap. 4. & Dexippum, in Græcis Eusebiana Scaligeri pag. 48. legimus; sive alterius potius Aridæi, de quo ex Diodoro postea vi- debimus) curæ commissum est. [Diodor. ad ann. 2. Olymp. 114.] In quorum magnificentissim- um apparatus biennium ab eo est insumptum. [Diod. ad ann. 3. Olymp. 114.] Quanto tem- pore quum sepultura ille caruisset; mater ejus Olympias graviter ingemiscens dixisse fertur. *Tu vero, ô fili, quum inter calites locari volueris, & id perficere summo studio conatus sis; nunc neque illorum quidem, quorum omnibus mortalibus æquale & par jus est, pariceps fieri potes, terre sepultureque.* (Ælian. Var. histor. lib. 13. cap. 30.)

Mater regis Darii Sisygambis, audita morte Alexandri, dolori succubuit: obvolutoque ca- pite accidentis genibus suis neptem nepotemque (Drypetin & Oxathrem) averfata, cibo pariter abstinuit & luce. Quinto postquam mori statuerat die, inedia vitam finiit. [Diodor. sin. lib. 17. Justin. lib. 13. cap. 1. Curt. lib. 10. cap. 8.]

Roxane prægnans, quum à Macedonibus coletetur, & alteram Alexandri conjugem Statiram majorem Darii filiam amularetur, literis circumventam commentitiis evocavit. Quam, ut ve- nit, cum foreore [Drypeti, Hephæstionis vidua] necavit; ac cadavera earum in puteum præ- cipitavit, tertamque ingessit: conscio & adjutore Perdicca. [Plutarch. in sine Alexandri.]

Roxane filium peperit, patris nomine Alexandrum dictum: quem mox regem militaris turba renuncia vit. [Arrian. in Biblioth. Photii, cod. 92. cum Pausania in Atticis, & Dexippo in Græcis Eusebiana Scaligeri, pag. 48.]

Perdicca lustrationem castrorum, propter mortem Regis & discordiam quæ eam secuta est, edixit. Macedonicus autem lustrationis modus erat, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraque abjicerentur parte. Transiente exercitu, Perdicca 300. fere qui Meleagram erumpentem ex concione, quæ prima habita est post mortem Alexan- dri, secuti erant, à cæteris discretos, elephantis in conspectu totius exercitus objecit: omnes- que belluarum pedibus obrutti sunt ipso inspectante Aridæo; quem nihil ab infante differentem [ut in libro 2. de fortuna Alexandri habet Plutarchus] purpura modo infantiliter involutum Meleager in folio constituit. Tum vero Meleager, quia ipsius corpori vis non afferebatur, in agmine quietus stetit: sed mox, desperata salute, in templum confugiens, occisus est. [Justin. lib. 13. cap. 4. Curt. lib. 10. cap. 12. Arrian. apud Photium.]

Alexandrum de toto regno testamentum à se confectum in Rhodiorum civitate deposuisse, confirmat Diodorus Siculus [lib. 20. ad ann. 4. Olymp. 118.] Eo testamento nationem omnem in successoris unius jura translata, in libro 23. Ammianus Marcellinus innuit. Credidere quidam, testamento Alexandri distributas esse provincias. Sed famam ejus rei, quanquam ab authoribus tradita est, vanam fuisse comperimus; inquit Q. Curtius. [lib. 10. cap. 13.] Verum opinionem illam alteram, ab authoribus & traditam & creditam, primi libri Maccabaici scriptor secutus fuisse

videtur,

videtur, qui Alexandrum, cum adhuc viveret, ministris suis illustribus regnum suum divisisse asserit. Et Alexandrinus Chronographus (ex quo collectanea Barbaro-latina à Scaligero edita, pag. 58. & 59. desumpta sunt) Alexandri testamento eam provinciarum inter Principes dispositionem factam fuisse significat; quam à Perdicca (cui imperii post mortem suam constituendi potestatem annulo tradito ille commisit) peractam, Diodorus, (sub libri 18. initium) Justinus, (lib. 13. cap. 4.) Curtius, [lib. 10. cap. 13.] Arrianus, in Photii Bibliotheca, cod. 92.] Dexippus, [ibid. col. 82.] & alii scripto prodiderunt. Ea autem, quantum ex eorum omnium inter se collatione intelligere possumus, fuit ejusmodi.

In Europa, Thracia & Chersoneso, gentibusque Thraciæ finitimis usque ad mare quod Salmydessum Ponti Euxini urbem attingit, Lyfimachus Agathoclis filius Pellæus præfectus est. Quæ vero ultra Thraciam ad Illyrios, Triballos & Agrianos pertinent, ipsaque Macedonia, & Epirus ad Ceraunios usque montes pertingens, cum Græcia univerfa, Antipatro & Cratero obvenierunt.

In Africa, Ægyptus & quicquid Libyæ ac Cyrenaicæ Alexander obtinuerat [cum omni illa Arabiæ parte quæ Ægypto adjacet] Ptolemæo Lagi filio obtigit; quem Soteris cognomentum à Rhodiis accepisse, indicat in Articis Pausanias. A Macedonibus Philippi patris Alexandri filius fuisse credebatur. Mater enim Arsinoe, ex Philippo gravida, in uxorem ab eo tradita est Lago obscuro cuidam Macedoni. Unde, quum aliquando Ptolemæus [ut in libro de ira cohibenda refert Plutarchus] Grammaticum quendam ob inscitiam sublannans, interrogasset, quis Pelei fuisset pater? Lagi patrem à Rege sibi nominari petiit; obcuritatem generis illius eo disterio perstringens. [Vid. Curt. lib. 9. cap. 15. Pausan. in Artic. pag. 5. edit. Græc. Francofurt. & Suid. in voce Λάγος.] Cleomenes vero, ab Alexandro vectigalibus hujus Sarrapæ præpositus, Ptolemæo provinciam tradere eique vicariam præstare operam jussus est. Et quia statim post mortem Alexandri Ptolemæus hanc sarrapiam obtinuit, & quadagesimo post anno vitam ipse finit; principatus inde Ægyptiaci annos 40. Lucianus, [in Meupoisus] Dexippus, [in Græcis Eusebianis Scaligeri, pag. 49.] Porphyrius [ibid. pag. 225.] Clemens Alexandrinus, [lib. 1. Strom.] Eusebius [in Chronico] Epiphanius [in lib. de ponderib. & mensur.] & alii, illi attribuunt. Post quem & posterius, ad Cleopatram usque, regnum Ægyptiacum obtinuerunt; commune ab eo Ptolemæorum nomen adepti.

In minori Asia, Cappadocia & Paphlagonia, & regiones conterminæ Ponto Euxino adjacentes, usque ad Trapezuntem Sinopenium coloniam, ad quas Alexander temporis incommoditate, dum bellum cum Dario gereret, exclusus non accesserat) Eumeni Cardiano sunt assignatæ: cum mandato, ut bellum cum Ariarathe gereret, qui solus tum Macedonum detrectabat imperium. Pamphylia, Lycia, Lycaonia, & magnæ Phrygiæ satrapes constitutus est Antigonus: minoris Phrygiæ, quæ Helleponto adjacet, Leonatus. Lydia (non mediterraneæ solum, sed etiam littoralis, id est, Æolidis & Ionie) satrapia Menandro ab Alexandro prius concessa [teste Arriano, lib. 3. pag. 56.] eidem confirmata est: pro quo, Meleagri nomen apud Diodorum irrepsit. Caria Cassandro Antipatri filio, Cilicia & Isauria præfectura Philotæ commissa est.

In majore Asia, Laomedonti Mitylenæo Syria cum Phœnice data est. Cypri insulæ reguli potestatem ab Alexandro illis concessam aliquandiu retinuerunt. Armeniæ Neoptolemus, Mesopotamiæ Arcefilas, Babylonis Archon præfectus est. Atropates Perdicæ socer, Mediæ satrapes ab Alexandro relictus est. In hac divisione, Mediæ majori Atropatum, minori socerum Perdicæ præpositum fuisse, referant Justinus [lib. 13. cap. 4.] & Orosius [lib. 3. cap. 23.] ipsum Atropatem Perdicæ socerum fuisse nescientes. Diodorus hic, quasi sui oblitus, Mediam Pithoni primum, deinde Atropa vel Atropate potius, à Perdicca traditam fuisse scribit. [lib. 18. pag. 587. & 588. edit. Græcolatin.] Sed re postea rectius considerata, in secunda demum sarrapiarum partitione ab Antipatro in Triparadiso facta Pithoni Mediam obtigisse agnoscit: [lib. 19. pag. 660.] neque à genero aliquam dignitatis partem Atropatæ fuisse adeptam, ullo modo sit verisimile. Bactrianæ citerioris & Sogdianæ administratio Philippo concessa est: Sogdianæ tamen communicato cum Oropio imperio; quem accepto ab Alexandro illius regno ob perductionem exitum fuisse, Dexippus indicat. In Persidis sarrapia Peucestes, in Hyrcaniæ & Parthiæ [quas simul censas fuisse, confirmat etiam Strabo, lib. 11. pag. 514.] Phrataphernes, in Carmaniæ Tlepolemus Pythophani filius, in Bactrianæ ulterioris & Paropamisii Oxyartes sive Oxathres [Roxanes pater & Alexandri socer] in Aria & Drangianæ [juxta Taurum] Stasanor Solius, in Sufianæ Scynus, in Arachosiæ & Gedrosiæ Sibirius, ut ab Alexandro constituti fuerant, relictus sunt. Indiæ ora, à Paropamisio atque ab Aecemis & Indi confluentibus usque ad Oceanum, Pithoni Agenoris filio permilla est: sicut Mallorum & Oxydracorum sarrapia Eudemo vel Eudemoni Thracum duci, reliquaque India Poro, & Taxili, & Abisari filio; quos ab ipso Alexandro iis in locis constitutos supra vidimus.

Cum hæc divisio veluti fatale munus singulis contigisset, magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas divisissent: sic reges ex præfectis facti magnas opes non sibi tantum paraverunt, verum etiam posteris reliquerunt. [Justin. lib. 13. cap. 4.] Atque ita maximum in terris Macedonum regnum nomenque inde morte Alexandri distractum in multa regna est. [Liv. lib. 45.] Hujus tamen honoris ornamentis tamdiu omnes abstinerunt, quamdiu filii regis sui superesse potuerunt. Tanta

Anno  
Mundi.

Anno  
Periodi  
Julianz.

ANNON-  
te gram  
Christiz.

in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro iustus hæres fuit. [*Iustin. lib. 15. cap. 2.*] Quæ omnia à Spiritu sancto, Daniel. XI. 4. clare fuerunt prædicta.

d. De mandatis Cratero ab Alexandro datis, Perdiccas deliberationem ad publica Macedonum comitia retulit. Quæ licet illi approbarent: tamen cum supra modum ardua perfectuque difficillima viderunt, nihil eorum petendum statuerunt [*Diodor. ann. 2. Olymp. 114.*]

Græci veterani ab Alexandro in superiorum satrapiarum coloniis collocati redeundi in patriam desiderio affecti, quoad extremos imperii fines essent rejecti, à Macedonibus defece- runt, Philone Æniane duce sibi electo. Et jam ultra 20 millia peditum, & 3 millia equitum omnes bellorum certamina sæpissime expertos; & eximie fortitudinis viros contraxerant. Ad- versus hos, ex Macedonum agmine 3000 pedites & 800 equites sorte delectos Pithoni (qui à custodia corporis Alexandro fuerat, vir animi celsi & ductandi exercitus peritus) ducendos Perdiccas tradidit: literis etiam ad præfectos datis, ut his peditum decem & equitum octo mil- lia adderent. Pithon vero Græcos humanitate sibi conciliare, auctisque per horum societatem copiis, suis providere commodis & provincias superiores in suam potestatem redigere cogitabat. Quod animadvertens Perdiccas, ut rebelles armis edomitos trucidaret, spoliisque militibus distribueret, edicto cavit. Cumque Pithon corrupto per quendam Æmanem Lipodoro, qui trium millium agmini apud rebelles præerat, victoriam obtinisset: præcone ad devictos misso, ut arma deponerent edixit, & data acceptaque fide, suam quisque domum revertentur. Sed Macedones mandatorum Perdiccæ memores, posthabita iurijurandi religione, universos con- foderunt, opeque diriperunt. Ita Pitho, spe sua frustratus, cum Macedonibus ad Perdiccam est reverfus. [*Diodor. ibid. P. olog. Troi, lib. 13.*]

Ptolemæus Ægyptum citra periculum adeptus, humanum se regionis ejus incolis exhibebat: & octo millibus talentum potitus, conductis, qui ara mererentur, exercitum comparabat. Complures etiam amice erga illum affecti, propter æquitatem, ad ipsum confluebant. Cum- que certo futurum sciret, ut Perdiccas Ægypti satrapiam ipsi adimere conaretur; cum Antipa- tro societatis sædus inivit. [*Diodor. ut supr.*] & reges finitimos beneficiis obsequisque sibi devinxit. [*Iustin. lib. 13. cap. 6.*] Cleomenem quoque, vicarium sibi adjunctum, quod Perdiccæ studeret, sibi suspectum occidit, & Ægyptum præsidii firmavit. [*Pausan. Attic. pag. 5. edit. Gr. et Latin.*]

3682

Habebant in mandatis Leonatus & Antigonus, ut magna manu Eumenum Cardianum in satrapiam Cappadociæ & Paphlagoniæ inducerent. Antigonus, elatus jam animo atque despiciens omnes, Perdiccæ litteris non obtemperavit: Leonatus vero ex superioribus provinciis descen- dens in Phrygiam, recepit Eumeni se illam expeditionem suscepturum. Sed quum Cardiano- rum Hecatæus tyrannus, cum illo congressus, oraret ut Antipatro potius & oblessis Lomiæ Macedonibus subsidio veniret; in Græciam trajicere instituit: quo etiam invitavit Eumenum, cumque reconciliare enisus est cum Hecatæo. Detrectante vero expeditionem Eumene, & timere se Antipatrum dicente; fidem habens ei Leonatus nihil eum consiliorum suorum cela- vit. Sed cum ad societatem suam perducere eum non posset, interficere conatus est: & fecisset nisi ille clam ex præsidii ejus effugisset. Nocte enim cum impedimentis suis discessit: habens secum equites 300 & ex ministris suis stipatores 200, atque aurum ad argenti rationem quin- que talentum millia. Cum autem ita ad Perdiccam fugisset, Leonatiq; consilia enuntia- set; statim apud eum multum valuit, atque adhibitus est in concilio. [*Plutarch. & Æmil. Prob. in Eumene.*]

Leonatus Antipatro opem ferens, à Græcis in prælio occiditur. [*Diodor. ann. 2. Olymp. 114. Iustin. lib. 13. cap. 5. Plutarch. in Phocione. Arrian. apud Photium.*]

Thimbro, interfecto in Creta per dolum Harpalo, (qui direptis Alexandri thesauris ex Asia profugerat) & quicquid illi pecuniarum reliquum erat, una cum exercitu & classe, potitus; ex Cydonia urbe Cretensium, cum sex (vel septem, ut Diodorus innuit) militum millibus in Cy- renem trajecit, accessit à Cyrenensium Barcensiumque exsulibus. [*Diod. & Arrian. ut supra. Strabo, lib. 17. pag. 837.*]

Inito cum Cyrenæis conflictu, Thimbro multos eorum occidit, nec paucos cepit. Inde red- acto in potestatem suam portu, expugnatos & perterritos Cyrenæos ad pacificationem adegit hac lege; ut quinque millia talentum argenti persolverent, dimidiamque curruum partem ad expeditionem instructam præberent. Per legatos etiam ab aliis urbibus ut societatem inirent secum, contendit; finitimam subjugare Libyam præ se ferens. Quin & relictas in portu mer- catorum opes invasit, & diripiendas militibus, ut ad promptitudinem in bello invitarentur, concessit. [*Diodor.*]

Mnaseles Cretensis, Thimbronis ducum unus rerum bellicarum peritus sed turbulenti homo ingenii, ad Cyrenæos defecit: multisque crudelitatem Thimbronis & perfidiam criminatus, ad solvendum pacta & libertatem afferendum illos suadendo perpulit. Propterea, cum 60 tantum talentis exhibitis reliqua pecuniæ summa non exsolveretur: Thimbro quotquot tum in portu aderant, Cyrenæos, num. 800. comprehendit; & continuo admotis urbi copiis, tum suis tum Barcaorum & Hesperitarum, cum eo militantium, Cyrenem oppugnavit. Sed cum nihil efficere valeret, in portum retrocessit. [*Id.*]

Cyrenæi parte copiarum in urbe relicta, cum cæteris finitimorum agros populatum eunt.

4392 522



His ergo Thimbronis opem implorantibus, quicquid tum præto erat militum ad suppetias educit. Quo tempore magnam in portu solitudinem esse conjectans Mnaficles, relictis intra Cyrenem invadendi portus auctor est. Quibus è vestigio morem gerentibus, impetum ille facit in portum; eoque propter Thimbronis absentiam facile potius, quicquid mercium adhuc reliquum erat negotiatoribus postliminio reddit, ac portum omni studio tutatur. Male hoc primum habebat Thimbronem, quod opportuno excidisset loco, & impedimentorum jacturam simul fecisset: sed resumptis post animis, cum oppidum Taricha expugnasset, spes iterum arxit. [Id.]

Classarii Thimbronis milites, quum exclusi portu cibariis indigerent, excursibus in agros quotidie factis alimenta sibi conquirebant: quos per regionem dispalantes Afri ex insidiis adorti, magnum ex iis numerum cædunt, nec minorem capiunt. Superstitis igitur fuga ad naves elapsi, ad socias inde urbes navigarunt. Sed quum vehemens tum ventus insurrexisset, navium plurimas mare absorpsit: cæteris, pars in Cyprum, pars in Ægyptum à fluctibus ejecta est. Quo successu animosiores facti Cyrenæi, pugna cum Thimbrone commissa, plurimos de militibus ipsius peremerunt. [Id.]

Craterus è Cilicia profectus, cum sex millibus qui cum Alexandro in Asiam trajecerant & quatuor millibus eorum quos in itinere asumpserat, Persis præterea sagittariis ac funditoribus mille & 1500 equitibus, ad ferendas Antipatro suppetias, in Thessaliam venit: ubi primas ultro concedens Antipatro, junctis cum eo castris ad Peneum fluvium confedit. Signis deinde apud Cranona mensè Munychione (sive Aprili) Græcos superarunt. [Id. cum Arriano, & Plutarcho in vita Phocionis, & Demosthenis.]

Post Jaddum, filius ejus Onias I. apud Judæos Pontifex maximus fuit. [Ioseph. in fine lib. 11. Antiqu.] annis 21. [Græc. Euseb. Scaligeri, pag. 50.]

Thimbro, conductis peregrinis militibus, qui plures quam 2500 numero sine stipendiis ad Tænarum adhuc oberabant, bellum cum Cyrenæis redintegravit. Illi, à finitimis Afri & Carthaginensibus suppetias accercentes, triginta millibus in universum cum oppidanis simul coactis, de summa rerum cum Thimbrone acie disceptarunt: magnoque inchoato conflictu, multis eorum interemptis, Thimbro victoriam est consecutus. Tum Cyrenæi, caesis in acie cunctis duobus, Mnaficlem Cretensem cum aliis quibusdam exercitui præficiunt. Thimbro victoria elatus, portum Cyrenensem obtinet, & quotidie Cyrenem oppugnat. Bello tandem in longum protracto, Cyrenæi commeatus inopia laborantes, inter se dissidere cœperunt: & plebs viribus superior opulentos urbe pepulit. Qui patria amissa partim ad Thimbronem, partim in Ægyptum perfugerunt. [Diodor. ut supr.]

Qui in Ægyptum se receperunt, Ptolemæo ad reducendum se permoto, cum validis peditum & classiariorum militum copiis, duce Ophella Macedone reversi sunt. Quorum audito reditu, qui cum Thimbrone erant exules noctu se illis adjungere festinabant: sed res detecta, trucidati sunt omnes. Tum plebis Cyrenæicæ ductores, territi exulum reditu, pace cum Thimbrone inchoata, conjunctis viribus cum Ophella confligentes debellati sunt. [Id.]

Thimbro in fuga ab Afriis quibusdam bigas agentibus comprehensus, ad Epicydem Olynthium, cui Teuchiram urbem curandam Ophellas commiserat, adductus est. Eum Teucheritz, Ophella permittebat, flagellis caesum in Cyrenensium portum de cruce suspendendum miserunt. Cyrenæis vero adhuc seditionem moventibus ipse Ptolemæus accessit; rebusque omnibus constitutis, domum renavigavit. [Arrian. apud Photium.]

Perdiccas regem Philippum regisque copias secum habens, in Ariarathen Cappadociæ regulum, quod Eumeni Cardiano ibi imperare jussio non cessisset, expeditionem suscepit. Magnas Ariarathes tum popularium tum exterorum copias sibi comparaverat: 30 peditum, 15 millia equitum sub vexillis habens. Duobus præliis commissis, Perdiccas victor quatuor millia interfecit, & supra sex millia vivos in potestatem accepit, inter quos ipse etiam Ariarathes fuit. Hunc omnesque propinquos excarnificatos in crucem egit. Victis autem incolumitate concessa, postquam res in Cappadocia constituisset, satrapiam Eumeni (prout in partitione destinatum erat) gubernandam tradidit. [Diodor. cum Arriano, & Plutarcho in Eumene, & Appiano in Mithridaticis, pag. 175.]

Eumenes urbes commisit amicis suis, iisque præfectos cum præsidii imposuit. Judices ibidem & procuratores, quos sibi visum fuit, reliquit; nihil in his se ingerente Perdicca. Inde una cum Perdicca remeavit. quod tribuit ejus observantiæ, & ne abesset ab aula. [Plutarch.]

Perdiccas & rex Philippus, relicta Cappadocia, in Pisidiam profecti; duas urbes, unam Larandæorum, Isaurensium alteram, evertere decreverunt. Nam hæ, vivente adhuc Alexandro, Balacrum Nicanoris filium, ducentem illis ac satrapam designatum, occiderant. Larandæorum itaque urbem prima incursione subigunt: & trucidatis puberibus, aliisque sub corona venditis, urbem solo æquant. Isaurenses obsessi, incensa urbe, se cum opibus cremant. Milites quibus diripiendam urbem Perdiccas concessit, flamma restincta, multum argenti aurique reperiunt. [Diodor. ann. 2. Olymp. 114.] A Cappadocibus factum incendium hoc, victo Ariarathe, refert Justinus, [lib. 13. cap. 6.] & cum secutus Orosius. [lib. 3. cap. ult.]

Iollas Antipatri filius & Archias è Macedonia ad Perdiccam venerunt, adducta in uxorem illi Nicæa Antipatri filia. Eam Perdiccas, priusquam res ipsius confirmata erant, jam antea desponderat. Sed posteaquam regias copias administrationem & tutelam adeptus erat; Cleopatram Philippi filiam & germanam Alexandri sororem, Eumene Cardiano

inprimis suadente, matrimonio sibi jungere constituit. Interim vero, quo facilius ab Antipatro supplementum tyronum ex Macedonia obtineret, & ne conatibus suis reluctantem illum haberet, Niczam duxit: Alcetz fratris præcipuè consilio ad nuptias illas inclinatus. [*Diodor. & Arrian. cum Justin. lib. 13. pag. 6.*]

Cynna quoque Philippi filia & Alexandri foror (sed non ex eadem matre) filiam suam Adeam, quæ postea Eurydices cognomen tulit, Philippo Aridæo uxorem adducebat. Cynnæ vero Perdiccas & frater ejus Alcetas occiderunt. Unde Macedonum seditione orta, ad eam sedandam Perdiccas filiam ipsius Aridæo, matrimonio conjungendam procuravit. [*Arrian. apud Phot. ubi Cynnæ appellatur: quæ ab eodem Arriano in lib. 1. de rebus Alexandri pag. 5. Cynna, atque à Diodoro ad ann. 1. Olymp. 116. & Athenæo in lib. 13. cap. 2. Cynna est nominata.*]

Perdiccas ex Cilicia ablegavit Eumenem, verbo ad suam provinciam, reuera ut confinem Armeniam à Neoptolemo commotam in potestate retineret. Quem Eumenes, quamvis animi tumore inflatum, blandis verbis elaboravit in officio continere. [*Plutarch. in Eumene.*]

Eumenes phalangem Macedonum inflatam & ferocem inveniens ex provincialibus manum equestrem collegit; vestigalia eis remittens, & immunitatem dans. Equos etiam emit, quos distribuit iis quibus ex comitatu suo maxime fidebat: largitionibus animos eorum inflammas, corporaque itineribus faciendis ac laboribus exercens. Unde exiguo spatio equites non minus 6360 ab eo coacti sunt. [*Id. ibid.*]

1618 Antipater & Craterus in Græcia Ætolis bellum intulerunt. Quos cum Crateri milites per hyemem in locis nive confertis perdurare cogent: conneatus inopia extremum in discrimen venerunt. [*Diodor.*]

Perdiccæ munera Sardes ad Cleopatram Eumenes attulit: cum jam Perdiccæ esset decretum, Niczæ Antipatri filia repudiata, ejus in locum Cleopatram ducere. Id Menander Lydiæ sarrapa Antigono, qui amicitiam cum Antipatro colebat, significavit. [*Arrian.*] Cumque Antigonus Perdiccas calumniis & criminationibus iniquis oppressum occidere statuisset: ille, quasi contra objecta se crimina defensusus esset, præ se ferebat. Interim fuga clam adornata cum familiaribus Demetrioque filio, naves Atticas noctu ingressus in Europam, ut cum Antipatro se conjungeret, contendit. [*Diodor.*]

4393 321

Cum Aristander Telmissensis vates, à Diis sibi revelatum finxisset, eam terram quæ Alexandri corpus exciperet felicissimam & ab hostium incursionibus in perpetuum futuram liberam: de eo potiundo inter Macedonum duces, Perdiccam inprimis & Ptolemæum, magno studio est certatum. [*Arrian. lib. 12. cap. 64.*] A Perdicca suis negotium datum erat, ut Ægas illud deportarent. [*Pausan. in Attic. pag. 5.*] Sed Aridæus qui illud apud se servabat, contra Perdiccæ voluntatem cum eo ad Ptolemæum profectus est; à Babylone per Damascum in Ægyptum iter faciens. Qui sæpenumero licet à Polemone Perdiccæ familiari impeditus, pervicit tamen, re ex animi sui sententia gesta. [*Arrian. apud Phot.*]

Aridæus igitur, biennio in funeris apparatu insumpto, (cujus magnificentia à Diodoro copiose describitur) è Babylone corpus Alexandri deportavit: ingente opificum & aliorum qui vias aperirent & pompam deducerent multitudine comitante. Ptolemæus vero cum exercitu ex Ægypto Syriam usque obviam processit. [*Diodor. ann. 3. Olymp. 114.*] acceptumque corpus Macedonico ritu Memphi condidit [*Pausan. Attic. pag. 5.*] & inde paucis post annis Alexandriam transtulit. [*Curt. lib. 10. cap. ult.*] quam tamen translationem à filio ejus Ptolemæo Philadelpho factam fuisse, Pausanias significat. [*in Attic. pag. 6.*] Vid. Strabon. lib. 17. pag. 794.]

Perdiccas in Cappadocia congregatis amicis & ducibus, utrum in Macedoniam agmen movendum, an prius in Ptolemæum arma expedienda essent, deliberandum proposuit. Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri: sed magis in rem visum est ab Ægypto incipere, ne in Macedoniam profectis Asia à Ptolemæo occuparetur. Eumeni igitur, præter provincias quas acceperat, Caria, & Lycia, & Phrygia à Perdicca sunt adjectæ: partisque illius Asiæ, quæ inter Taurum montem & Hellespontum jacet, præfectura illi est commissa. Copiarum etiam quæ in Cappadocia & Armenia erant dux cum summo imperio creatus, Craterum & Antipatrum opperiri, locisque ad Hellespontum occupatis, transitum eorum prohibere jussus est. Alcetz quoque fratri suo, & Neoptolemo Perdiccas præcepit, ut Eumeni in omnibus parerent; Eumenem vero voluit pro suo agere arbitrio. Clito cura classis est tradita: Cilicia Philotæ adempta, Philoxeno data. Ipse vero Perdiccas Damasco profectus, quo speciosorem causam expeditioni prætexeret, regem Alexandrum puerum Alexandro Magno & Roxane genitum in exercitu habuit, & cum eis Ægyptum versus, adversus Ptolemæum dimicaturus, iter instituit. [*Diodor. Justin. lib. 13. cap. 6. Arrian. Plutarch. & Emil. Prob. in Eumene. Pausan. in Attic. pag. 5.*]

Cum Antipater & Craterus ab Antigono audivissent Perdiccam, accepta in matrimonium Cleopatra, cum exercitu in Macedoniam tanquam regem ad imperium illis adimendum esse venturum: pace cum Ætolis protinus facta, Polysperchontem Græciæ & Macedoniae præposuerunt; ipsi vero è Chersoneso Hellespontum trajecerunt, tractus custodibus clam per legatos deceptis. Legatos etiam ad Ptolemæum, Perdiccæ maxime infensum ipsisque amicis & iisdem insidiis, appetitum, de societate jungenda mitti placuit. Missi sunt & ab his ad Eumenem ac Neoptolemum, Perdiccæ obnoxios, legati: quibus Neoptolemus quidem assensus est, Eumenes vero minime. [*Diodor. Justin. ut supr. Arrian.*]

Alcetas, cum Macedonibus quibus præerat, expeditionem in Antipatrum & Craterum suscipere aperte abnuvit: Neoptolemus vero, invidia adversus Eumenem stimulatus, non modo clam cum illis societatem est pactus, verum etiam insidias Eumeni struxit, & prodece exercitum ejus voluit. Quam rem cum præfensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit: magnaque strage facta, impedimenta illius cepit, & reliquam multitudinem sibi adjunxit; magno honorum ex Macedonibus virorum numero copias suas adaugens. Neoptolemus cum 300. equitibus ex acie elapsus, ad Antipatrum & Craterum profugit. Ab illis ad Eumenem legati missi qui inducerent eum ut transfiret ad ipsos, retentis provinciis suis, acceptisque insuper ab ipsis aliis, Quo respondente, prius vitam se quam fidem relicturum: in duas partes exercitum diviserunt. Cum una Ciliciam versus progressus est Antipater; ut inde in Ægyptum profectus, una cum Ptolemæo contra Perdiccam decertaret: cum altera Craterus est relicta, adversus Eumenem dimicaturus.

Eumenes, hostium adventu cognito, veritus ne si copie sue cognoscerent adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuncio in diversa fugituras; devius itineribus eas duxit, in quibus vera audire non possent: rumore divulgato, Neoptolemus iterum intrudere & Pigrum cum Cappadocum & Paphlagonum equitatu. Effecit etiam illud locorum præ-occupatione, ut equitatu potius dimicaret quo plus valebat, quam peditatu quo hostibus erat inferior. Peditum 20. millia ex diversis nationibus ille ducebat; equitum vero millia quinque, quorum virtute certaminis periculum decernere constituerat. Equites aliquanto plures quam 2000. Craterus habebat: pedites autem, numero quidem Eumeni pares, sed majore parte Macedones, celebratæ strenuitatis viros, in quibus spem victoriae collocaverat.

In Cappadocia instructa utrinque acie, Craterus dextrum administrabat cornu, sinistro Neoptolemus præfecit. Eumenes Cratero ex adverso neminem locavit Macedonum, sed duas externorum equitum alas, quas Pharnabazus Artabazi filius & Tenedius Phœnix ducebat; jubens, ut nullis editis vocibus in Craterum irrumperent: ipse cum trecentis equitibus fortissimis Neoptolemu adortus est, Tum Craterus cum turba delectorum in hostes impressione facta, insigniter quidem decertavit; sed equo cespitante, à Thrace quodam (vel Paphlagonæ, ut Arrianus innuit) in latus decurrente hasta transfossus in terram decidit; quem unus ex Eumenis ducibus cognoscens, custodiam corpori graviter jam affecti animamque agentis adhibuit. Eumenes interea & Neoptolemus inter se complexi in terram ex equis deciderunt: ut facile intelligi posset inimica mente contendisse, animoque magis etiam pugnasse quam corpore. Tum Eumenes Neoptolemi poplitem ferit: qui mox accepta plaga enervatus jacuit. Animi tamen firmitate corporis imbecillitatem superante, in genua connixus, adversarii brachium & femur tribus ictibus sauciavit. Quorum cum nullus esset lethalis; Eumenes secundo ictu collum impetens, Neoptolemu obruncavit: diebus circiter decem, postquam eundem priori prælio fugaverat. [*Id.*]

Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum recreate studuit: cumque id non posset, multis lachrymis & extensa dextra sortem ejus miseratus, pro hominis dignitate atque pristina amicitia amplo funere extulit; ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit. [*Plutarch. & Emil. Prob. in Eumene.*]

Duce utroque interfecto, multis præterea & maxime nobilibus captis, cornuque utroque in fugam acto, profligati equites ad phalangem peditum, tanquam ad prævalidum quendam murum, se receperunt. Eumenes hac victoria contentus, tuba militibus revocatis, trophæum excitavit, & eos qui in acie ceciderant funeravit. Pedestris vero Macedonum exercitus, qui in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem ab eo impetravit: dataque per jusjurandum fide, potestatem in pagis vicinis frumentandi accepit. Verum resumptis viribus, comparatisque alimentis, contra jurejurando obstrictam fidem noctu inde digressus, clam ad Antipatrum se recepit. [*Diodor. cum Arrian. & Emil. Prob.*]

Perdiccas cum Regibus (Aridæo & Alexandro puero) & copiis in Ægyptum veniens, non procul ab urbe Pelusio castra posuit: ubi dum fossam quandam antiquam repurgare instituit, Nilus supra modum effusus opera labefactavit. Et licet Ptolemæus objecta crimina coram multitudine ita purgasset, ut injuste accusatus videretur: bellum tamen contra voluntatem multitudinis, illi intulit. [*Diodor. & Arrian.*]

Quum Perdiccas videret multos amicorum, castris ejus desertis, ad Ptolemæum transfire: ductoribus convocatis, alios donis, alios promissis magnificis, omnes denique colloquiis humanis, sibi conciliavit. Inde clam sub vesperam castris motis, juxta Nilum confedit, non procul à castello quodam cui Murus Camelorum erat nomen. Illucescente die, transmisissis copiis & elephantis oppugnationem castelli aggressus, & à Ptolemæo fortiter repulsus, in castra sua retrocedere coactus est. Quibus noctu motis itinere tacito in regionem quandam venit Memphi adversam, ubi Nilus in duas partes scissus insulam effecit recipiendis castris idoneam. Quo dum exercitum trajicere conaretur, plures duobus millibus perierunt: inter quos non pauciores mille, diu huc illuc jactati, à belluis in fluvio sunt devorati. Ptolemæus autem ejectorum ad ipsum corpora combussit, justisque exequiarum peractis, ossa defunctorum necessariis & amicis transmisit. Unde Macedonum animi in Perdiccam longe magis efferati, benevolentiam suam ad Ptolemæum inclinarunt. [*Diodor.*]

Seditione in castris orta ducum primores ad centum numero defeiverunt: inter quos nobilissimus

nobilissimus erat Pithon nulli amicorum Alexandri virtute & gloria secundus. Equitum vero nonnulli, conspiratione facta, oppressum in tentorio Perdiccam trucidarunt: quum per tres annos (vel, tertio jam currente anno) principatum obtinuisset. [*Id cum Arriano, Justin. lib. 13. cap. 8. Pansan. in Attic. pag. 5. & Nisio Probo in Eumene, qui Perdiccam apud flumen Nilum interfectum à Seleuco & Antigono fuisse scribit.*]

Postidie congressis ad concionem militibus, Ptolemæus ad reges, transmissio Nilo profectus est: donisque allatis & variis quoque obsequiis tam eos quam ceteros Macedonum proceres amanter complexus est. Et quum à se facta excusasset; quia comiteus defecerat, largam frumenti copiam exercitui subministravit, aliisque necessariis castra replevit. Quin & ipsorum Perdiccæ amicorum vicem dolere se palam ostendit: & quibuscumque Macedonibus periculum aliquod imminere videretur, eisdem ille omni ope ac ratione metu liberare studuit. Quanquam vero gratia qua apud multitudinem valebat Regum tutelam vindicare sibi facillime potuisset: consilio tamen suo effecit, ut quum deliberationem Macedones de imperio proposuissent, omnes propensis animis Pithonem (qui Græcos in superiore Asia à Macedonibus deficientes debellaverat) & Aridæum (qui Alexandri corpus deportaverat) regum Aridæi & Alexandri pueri curatores cum supræma potestate crearent; & copiis universis, Perdiccæ loco, præficerent. [*Diodor. & Arrian.*]

Duobus post Perdiccæ interitum diebus, de victoria Eumenis in Cappadocia & de quoque Neoptolemi & Crateri nuntius pervenit: qui si duobus diebus illum anteverisset, propter successus magnitudinem nemò Perdiccæ manus inferre fuisset ausus. Ob Crateri vero necem infensi Macedones, Eumenem hostem declararunt, & de adjunctis ipsi viros nobilissimos 30. quorum in numero erant, & Pitho Illius (sic enim conjunctum apud Justinum lego; ut etiam apud Arrianum in Indicis, pag. 181. Πύθων Κρατήρ Ἀλλανῶν quæ Stephano urbs est Illyridis) & Perdiccæ frater Alceas. Dux contra eos Antigonus cum Antipatro delectus est: evocatusque è Cyprio est Antigonus, & una cum Antipatro ad Reges festinare iustus. [*Diodor. & Arrian. cum Justino, lib. 13. cap. 8. & Plutarcho in Eumene.*]

Interfecti etiam sunt à Macedonibus in Ægypto amicorum Perdiccæ fidelissimi, & soror ejus Atalanta; quam Attalus classis Imperator, qui tum ad Pelusium agebat, uxorem duxerat. Ille certior de uxoris & Perdiccæ cæde factus, cum classe solvens, Tyrum appulit. Ubi Archelaus Macedo, præsidio urbis præfectus, comiter eum excepit; urbemque, cum 800 talentis à Perdiccæ custodia suæ commisis, ei tradidit. Ita Attalus ad Tyrum subsistens, quicumque è castris ad Memphim Perdiccæ amicorum evaserant, collectos recreavit. [*Diodor.*]

Eurydice, regis Aridæi conjux, Pithonem & Aridæum Regum curatores nihil se inconsulta volebat agere. Qui primò quidem non repugnarunt: post tamen, nihil illi commune cum Republica esse, sibi vero illam, dum Antigonus & Antipater veniant, curæ fore responderunt. [*Arri.*]

Pithon & Aridæus à Nilo cum Regibus & copiis profecti, in Triparadisum superioris Syriæ pervenerunt. Ibi dum Eurydice multa curiosus agit, & curatorum studiis adversatur; Pithon incommoditate illa offensus, quod & Macedones in mandata ejus magis intentos videret, advocata concione, tutela se abdicavit: Macedones ergo Antipatrum cum summa potestate curatorem elegerunt. [*Diodor.*]

Exercitus ab Antipatro quæ Alexander promiserat militia præmia poscit. Antipater, cum in præsentia nihil haberet, æquum postulare responder: seque mox thesauros regios, quæque alibi recondita essent, exploraturum est pollicitus. Quæ ipsius oratio parum jucunda fuit exercitui. Quare cum Eurydice quoque criminationes adversus Antipatrum foveret, plebe indignante, seditio coortur. Quo tempore & Eurydice in eum concionatur (Asclepiodoro scriba sermonem ejus referente) & præter eam item Attalus: planè ut vix cædi ereptus sit Antipater. Ejus patrociniū Antigonus & Seleucus apud inconditam plebem susceperunt: qui & ipsi propterea non parùm de vita periclitati sunt. Morti ergo ereptus Antipater ad suum se recepit exercitum, & equitum præfecti deinde vocati conveniunt: vixque tandem seditioni sine dato, Antipatrum rursus, ut antea, summæ præesset rei jubent. [*Arrian.*]

Dehinc Satriatum in Triparadiso ab Antipatro facta est partitio: qua priorem partim ratam habuit, partim ubi temporum necessitas exigeret innovavit. Et Ptolemæo quidem, quam huc usque renuerat, assignavit. Fieri enim haud poterat, ut is alio transferretur; propterea quod sua ipsius virtute Ægyptum velut armis partam obtinuisse videretur. Mesopotamiam & Arbelitidem Amphimacho regis fratri, Babyloniam Seleuco, Parthiam Philippo, Ariam & Drangianam Stasandro Cyprio, Bactrianam & Sogdianam Stasanori Solio ex eadem insula oriundo, attribuit. Mediæ, Atropatæ (mortuo Perdiccæ genero suo) ademptæ ad Caspias usque portas præfecturam Pithoni Crateæ sive Crateæ filio assignavit. Unde atropates minorem Mediam, à se atropatiam nominatam à Macedonum potestate averrens, dittonis illius ab aliis separatæ regem se constituit: cujus successionem ad sua usque tempora ibidem duravisse, testatur Strabo. [*lib. 11. pag. 523.*] Antigoni (pro quo, *Antigoni* nomen apud Diodorum perperam legitur) argyradum ductori, quod primus Perdiccam invasisset, Susianæ præfecturæ, & pecuniæ Susis colligendæ cura commissa est: eique è Macedonibus, qui maximè tumultuati fuerant, ad tria millia traditi. Reliquæ majoris Asiæ satriæ in eodem quo prius fuerant statu relicte sunt. nisi quod *Patala*, urbem Indorum maximam, Poro regi cessisse Arrianus refertat: quod nos non facile admittimus.



In minore Asia, Cappadocia (& cum ea conjuncta Paphlagonia; ademptæ Eumeni provinciæ) Nicanori, Lydia (non Lycia, ut apud Diodorum legitur) Clito, Phrygia minor ad Hellespontum posita Aridæo data est: Cariam Cassander; magnam Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliam & Lyciam Antigonus, ut antea, retinuit. Apud Diodorum, pro Lycia, malè hic posita est Cilicia: quam Philoxeno datam ab Antipatro idem ipse prius dixerat; vel (ut apud Arrianum est) confirmatam potius. Eam enim provinciam Philotæ ademptam dedisse Perdiccam Philoxeno, ex Justino (*lib. 13. cap. 6.*) supra audivimus.

Antigonum hunc (quem, quod uno careret oculo Cyclopem appellatum scribit Ælianus, *lib. 12. Var. histor. cap. 43.*) regii exercitus Imperatorem constituit Antipater, iisdemque copiis quibus antea Perdiccas præferat eum præfecit, eique Regum curam custodiamque mandans, bellum cum Eumene conficiendum volenti commisit. Unde ab Antipatro *ἡγεμῶνος τῆς Ἰνδίας* Appianus, (*in Syriacis pag. 121.*) *τῆς Ἀσίας στρατηγὸν ἀντιπατρίτου*, Diodorus (*lib. 18. pag. 626.*) declaratum eum fuisse significat. Filium vero suum Cassandrum (Cariæ satrapam) ut equitum Chiliarchum illi adjunxit; ut si quid privatæ rei moliretur Antigonus, clam id habere non posset. [*Diodor. & Arrian.*]

Eodem tempore, corporis Regii custodes ac stipitatores, Autolycum Agathoclis filium, Amyntam Alexandri filium atque Peucestæ fratrem, Ptolemæum Ptolemæi filium & Alexandrum Polyperchontis filium, Antipater designavit. [*Arrian.*] Valdeque ab omnibus ob res bene gestas laudatus, cum Regibus & agmine suo Macedoniam versus iter intendit. [*Id. & Diodor.*]

Eumenes, ut se hostem à Macedonibus judicatum bellumque Antigono decretum cognovit, ultro ea militibus suis indicavit: ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret; simul, ut circa se animati essent, cognosceret, sumpturus consilium ex motu universorum. Constantiter tamen præfatus est, si cui hæc terrori essent, habere eum discendi potestatem. Qua voce adeò cunctos in studium partium suarum induxit; ut ultro illum omnes hortarentur, rescissurosque se ferro decreta Macedonum affirmarent. [*Justinus lib. 14. cap. 1.*]

His etiam auditis, Alcetas Perdicæ frater fuga salutem sibi quæsit: & Pisidas sibi conciliavit. Commoda enim ex hostico sic inter illos partiebatur, ut prædæ dimidium acciperent. In colloquiis præterea verborum humanitate utens & in conviviis quotidie eorum nobilissimos mensæ adhibens, multosque donis eximiis honestans, omnium sibi benevolentiam conflagit. [*Diodor. pag. 623.*]

Attalus quoque, totius classis imperio tunc fungens, qui in civili ab Antipatro defectione nemini secundus fuerat, fugiens pariter cæteris sese exilibus miscuit: exercitumque tandem conflagit peditum 10000, equitum 800. ac cum his Cnidum, Caunum & Rhodum invadere conatus, à Rhodiis fortiter, Demarato apud eos classis præfecto, repulsus fuit. [*Arrian.*]

3684 Eumenes ex regis armentis, quæ ad Idam pascebantur, equos sumpsit quot habebat opus. Cumque rationem procuratoribus scriptam misisset, risisse dicitur Antipater ac dixisse; mirari se cautionem Eumenis, qui expectaret ipsis se de rebus regis relaturum rationem, aut repetiturum ab ipsis. [*Plutarch. in Eumene.*]

Hinc exercitu, non in *Ætoliam*, ut vulgata legunt Justini exemplaria, sed ut codex habet Manuscriptus, in *Ætoliā* (sive *Ætulanen*, Armeniæ minoris in Cappadocia portionem; ut ex Ptolemæo hic observavit juvenis eruditissimus mihi que amicissimus Isaacus Vossius promotus, pecunias civitatibus Eumenes imperavit; recusantesque dare, hostiliter diripuit. Inde Sardes profectus est ad Cleopatram forem Alexandri Magni, ut ejus voce centuriones principalesque confirmaret; existimatuos ibi majestatem regiam; unde soror Alexandri staret. [*Justin. lib. 14. cap. 1.* Cumque Sardes etiam in itinere suo Antipater peteret; Eumenes in Campis Lydiis decertare cum eo voluit, quod ab equitatu firmus esset, simul etiam quod Cleopatæ vires suas ostentare gestiret. Sed Cleopatra, verita ne apud Antipatrum & Macedonas quasi belli ipsis causa foret in crimen vocaretur, Eumeni ut Sardibus abscederet persuasit. [*Plutarch. & Arrian.*] Antipater tamen eam nihilominus cum advenisset, ob societatem cum Eumene atque Perdicca, non sine probis atque convitiis inerepavit. Illa vero, supra quam ab eo sexu expectari poterat, sese defendit, aliaque plurima vicissim objecit: ac tandem pacati discesserunt. [*Arrian.*]

Eumenes, relicta Lydia, superiorem Phrygiam petiit, & Celænis hybernavit. [*Plutarch.*] Nuncios ad Alcetam ejusque socios misit, qui copias omnes in unum adducere, atque ita junctis viribus communem hostem oppugnare rogarent. Aliis vero aliud suadentibus, nihil effectum est. [*Arrian.*] Ubi Alceta, Polemone & Docimo de ducatu cum eo contententibus; Hoc ilud, inquit, est quod dici solet, Exitii nulla habetur ratio. [*Plutarch.*]

Eumenes militibus intra triduum solvere stipendium pollicitus, fecit iis villarum illius regionis castellorumque hominibus & pecore referorum, auctorem. Qui mercatus aliqua fuerat ordinum ductor vel mercenariorum præfectus, tormentis & machinis ab Eumene acceptis, expugnabat ea: prædamque in debitum stipendium milites partiebantur. [*Id.*]

Antipater cum Eumene pugnare adhuc non ausus, Cassandrum misit, qui cum Attalo atque Alceta dimicaret. Certatum hic est æquo propemodum Marte: sic tamen: ut inferior Cassander discesserit. [*Arrian.*]

Cassander ab Antigono dissentiens, animi perturbationem, Antipatro patre inhibente, deposuit. Apud Phrygiam tamen cum parte congressus, ne à Regibus longius discederet, sed An-

tigonum

gonum suspectum haberet, hortatus est. Antigonus vero cum temperata sua prudentia tum variis obsequiis atque virtutibus, suspicionem pro virili substulit. Mitigatus itaque Antipater de illis copiis quas in Asiam secum transvererat, pedites Macedonici generis 8500 & parem equitum externorum numerum, cum elephantorum parte dimidia, id est, 70 Antigono tradidit; quo facilius bellum cum Eumene conficeret. Ita Antigonus bellum hoc administrare exorsus est. Antipater vero, acceptis Regibus cæterisque copiis, in Macedoniam trajecturus abiit. [ *Id.* ]

Ibi cum tumultuantes milites pecuniam postularent, promisit Antipater, ubi Abydum pervenisset sese curaturum, præbiturumque fortasse donativum universum: sin vero, majorem certè partem accepturos. Hac ergo spe lactatos, absque seditione deinceps Abydum usque eos perduxit: unde ipse noctu (deceptis astu militibus) una cum Regibus Hellepontum ad Lyfimachum traiecit. Postridie vero ejus diei, etiam ipsi transferunt; de pecunia poscenda in præsens quiescentes. Hæc Arrianus: [ *in Bibliotheca Photii, cod. 92.* ] qui hic libros suos 10 de rebus post Alexandrum gestis terminavit.

Antigonus, ad Eumenem bello subigendum, ex hybernis copias ad se contraxit: & comparatis bello necessariis in Eumenem duxit, qui tunc ad Cappadociam subsistebat. [ *Diodor.* ] In totis vero Eumenis castris abjectæ inventæ sunt epistolæ, centum talenta & honestum ordinem proponentes ei qui Eumenis caput ad Antigonum detulisset. [ *Justin lib. 14. cap. 1. Plutarch. in Eumene.* ] His cognitis, Eumenes vocatis ad concionem militibus primò gratias agit, quod nemo inventus esset, qui spem cruenti præmii fidei sacramento anteponeret: deinde callidè subnectit, confictas has à se epistolas ad experiendos suorum animos esse. Quo facto, & in præsentia labantium animos deterruit; & in futurum providit, ut si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed à duce tentari arbitrentur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis ejus obtulerunt. [ *Justin.* ] Decreverunt autem, ut ex præstantissimis mille essent assidue corporis ejus custodes, stationesque & excubias vicissim agerent. Obtemperabant illi, lætisque præmia accipiebant ab eo, quæ à regibus amici. Siquidem jus Eumeni erat causas purpureas & chlamydes conferendi: quod apud Macedones habebatur inter dona regia præcipuum [ *Plutarch.* ]

Ab Eumene tamen ex præcipuis ducibus quidam nomine Perdiccas, cum 3000 peditibus & 500 equitibus, deficiens, tridui via castra habebat. Contra hunc Phœnicem Tenedium cum quatuor millibus selectissimorum peditum & mille equitibus Eumenes misit. Is noctu raptim iter faciens ex improvise rebelles opprimit adhuc dormientes: captoque Perdicca, exercitu potitur. Tum præcipuos defectionis authores capite mulctat Eumenes; & milites cæteris mixtos humaniter tractat, sibi que benevolentiam illorum conciliat. [ *Diodor.* ]

Posthæc Antigonus per internuncium cum Apollonide equitum præfecto quodam apud Eumenem agens, ingentibus promissis, ut proditorem se exhiberet, in pugna ad hostes transeundo, effecit. Castra tum habebat Eumenes in Orcyniis Cappadociæ, equestri prælio accommodatis, Antigonus igitur cum toto exercitu illuc profectus, superiores camporum tractus quibus montes imminet occupavit. Habebat tum Antigonus supra decem millia peditum (quorum plerique Macedones erant, fortitudine admirabiles) & duo millia equitum, cum elephantis triginta: Eumenes vero non minus 20 millibus peditum, & 5. millibus equitum. Prælium hinc acerrimum committitur: & propter subitum Apollonidis cum equitatu à sociis secessum, Antigonus vincit; octo circiter millibus adversariorum occisis. Impedimentis quoque omnibus potitur. [ *Id.* ]

Proditori vero non dedit facultatem Eumenes, ut ex fuga elaberetur ad hostes; sed arreptum suspendit. Ipse fugiens, contraria ac illi tenebant qui eum insequerentur via, inscius illis convertit iter; atque præteritis hostibus, ut ad locum venit ubi fuerat pugnatum, castra metatus mortuos coacervatos circumjectorum vicorum diruptis foribus cremavit, seorsum duces seorsum milites: excitatisque tumulis, recepit se. Ut Antigonus, qui post eò pervenit, stuperet audaciam atque immotum ejus animum. [ *Plutarch.* ]

Hinc incidens in Antigoni impedimenta, quum multa libera capita & magnam vim servitiorum opumque facile capere potuisset, veritus ne sui spoliis prædaque locupletati ad resistendum timidiore, ad fugam ob sarcinas tardiores, & in subeundis periculis inertiores efficerentur; ut corpora primùm curarent & pabulum darent equis, deinde hostes adorirentur, præcepit. Interim ad Menandrum super hostium impedimenta positum clam summittens eum monuit, ut ex locis planis ad proximi montis latus celerrimè se reciperet, ne ab equitibus ille subito cingeretur. Quod, periculo animadverso, cum ille fecisset: Eumeni se multum debere profitebantur adversarii, qui eorum liberos à servitute, & uxores à militari violentia servasset. Quod tamen non illorum causa factum ab eo dixisse fertur Antigonus, sed ne seipsum torpedicis fugientem intricaret. [ *Id.* ]

Hinc vagabundus Eumenes & fugitans, magnam militum partem induxit ut facerent: vel quod eorum gereret solitudinem, vel quod trahere eos secum nollet, pauciores quam ad signa conferenda, & plures quam ad tegendam fugam suam. Postquam in Nora castellum munitum (quod suo tempore Neroasum dictum, in 12 notavit Strabo) ad Lycaoniæ & Cappadociæ positum confinia, cum 500 equitibus & 200 peditibus (licet utriusque simul ordinis circiter 500 Diodorus statuat) refugit; quotquot amici ejus missionem postulaverunt, quod non ferrent asperitatem loci vel victus angustias, omnes complexus atque omni comitate profecutus, missos fecit. Loci enim ambitus duo stadia non excedebat: eratque frumenti ibi & aque

& falis copia, sed obsoniorum nihil suppetebat. [*Id cum Diodoro, & Iustino, lib. 14. cap. 2.*] Antigonus admoto exercitu, antequam obsidere Eumenum cepisset, evocavit eum ad colloquium: illoque obsides rogante, ad se sicut superiorem ut veniret mandavit. Cui ille: *Neminem*, inquit, *quousque gladii compos ero; me censeo superiorem.* Ubi Antigonus igitur fratris filium Ptolemæum, ut ille postulaverat, in arcem misit, descendit Eumenes; ac complexi inter se consalutavere amicè ac familiariter. Multa quum essent disputata, neque mentionem Eumenes salutis suæ & veniæ ullam faceret, verum satrapias quoque ab initio traditas posceret sibi firmari & præmia reddi: obstupuerunt assistentes, admiratique sunt animum ejus & fortitudinem. Antigonus ergo de his ad Antipatrum se relaturum pollicitus, Eumenum agrè à turbatum reduxit; atque duplici muro fossisque circumvallatis Noris, relictoque quod oppugnationi sufficeret præsidio, inde movit. [*Id.*]

Post aliquod tempus interjectum Eumenes legatos (inter quos Hieronymus Cardianus historicus, civis suus, fuit) ad Antipatrum, quod solus par Antigoni viribus videbatur, de pacificatione misit. [*Diodor. & Iustin. lib. 14. cap. 2.*] Ipse interim circumfessus victum sociis, licet tenuem, lætum tamen, paravit; omnes vicissim ad mensam suam invitans conviviumque lepidis sermonibus & comitate condiens. [*Diodor. & Plutarch.*] Quotiescunque autem voluit, & apparatus & munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. [*Amil. Prob.*]

Cum revereretur ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agtandi: certis quotidie horis eos ita suspendebat, ut posterioribus peditibus innixi, prioribus elevati, dum naturalem assistendi appetunt consuetudinem, ad sudorem usque crura jactarent: Hordeum etiam objiciebat eis elixum, ut & persicerent id citius & concoquerent melius. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta æquè nitida ex castello educeret, ac si in campestribus ac planis ea locis habuisset. [*Diodor. Iul. Frontin. Stratag. lib. 4. cap. 7. Plutarch. & Amil. Prob. in Eumene.*]

Ptolemæus Lagi filius, advertens Phœniciam & Syriam quæ Cava dicitur, maximè sibi accommodatam futuram, unde & Egyptum posset tueri, Cyprium invadere, multum in hoc operæ dedit, ut illis potiretur. Laomedontem igitur Mitylenæum, harum provinciarum satrapam à Perdica & Antipatro constitutum, ut eas sibi traderet, oblato ingenti auri pondere tentavit, Quod quum non impetrasset, Nicanorem unum ex amicis ducem creavit; & cum justis illuc copiis misit. Is expeditione in Syriam facta, Laomedontem cepit: qui corruptis custodibus, ad Alcetam aufugit in Cariam. Nicanor vero, Syria tota & Phœnicia intra breve tempus subacta & præsidii munita, in Egyptum rediit. [*Diodor. cum Appiano in Syriac. pag. 121. & Pausania in Atticis, pag. 5.*]

Ptolemæus partes cavæ Syriæ & Phœnicie adortus, Hierosolymis dolo occupatis ad centum hominum millia ex Judæa in Egyptum traduxit: ex quibus circiter 30000 selectos, qui ætate & robore præstarent, armis instructos in exercitum & ad militie usum stipendiis amplioribus recepit, usque ut maxime fidis Egypti præsidia munita commisit. Reliquam vero turbam seniorum, & juniorum, ac mulierum etiam, concessit militibus in servitutem: non tam sponte & consilio suo, quam exoratus ab illis, ad usus & necessaria in belli rebus ministeria. [*Aristeas, in libello de LXX. interpretib. cum epistol. Ptolemæi Philadelphi apud eund. Ioseph. Antiquit. lib. 12. cap. 1. & 2. Euseb. in Chronico.*]

De captis ab eo Hierosolymis ita meminit Agatharcides Cnidus, in *ἱεροσόλυμα* sive Alexandri Magni successorum historia. [*apud Ioseph. lib. 1. contra Apion. pag. 1050. cum lib. 12. Antiquit. cap. 1.*] *Qui vocantur Judæi, habitant omnium munissimam civitatem, quam Hierosolyma vocare solent indigena. Hi septima die vacare consueverunt. & neque arma illo die gestare, neque agriculturam attingere, neque alterius cuiuspiam ministerii curam habere: sed in locis sacris manus extendentes, orare usque ad vesperam. Ingressiente vero in civitatem Ptolemæo Lagi cum exercitu, & hominibus eorum qui civitatem custodire debebant observantibus insipientiam; patria quidem acerbum suscepit dominum, lex vero convicta est malam habere consuetudinem. Addit Appianus, Ptolemæum Hierosolymorum mœnia diruisse; relictisque in Syria præsidii, in Egyptum navigavisse. [*Syriac. pag. 119. & 121.*]*

De Egyptiaca deportatione, in libro 12. Antiquit. cap. 1. ita scribit Iosephus, *Ptolemæus multos captivos ex montano Judæa tractu & Hierosolymorum vicinia, Samariæque & Garizin monte, in Egyptum traductos iussit sedes ibi figere. Et cum Hierosolymitas pertinacissimè iurisjurandi fidem servare compertum haberet ex responso quod Alexandri legatis post Davi cladem dederant; multa ex eis præsidia disposuit per arces: & cum eis apud Alexandriam jus civitatis pari cum Macedonibus conditione dedisset, sacramento omnes devinxit, servaturos fidem posteris ejus qui tam multa ipsis crediderat. & in libro secundo contra Apionem. [*pag. 1063.*] *Ptolemæus Lagi Judæis Alexandrinis Egyptiaca castra commisit; arbitratus fide simul eorum & fortitudine conservanda: & in Cyrene credens se tutissimè regnaturum, & in aliis Lybia civitatibus; ad ea loca partem Judæorum habitandi causa direxit. Ex quorum posteris, fuit Jason ille Cyrenæus; & cujus scriptis secundus liber Maccabæorum fuit excerptus; [*II. Maccab. II. 24.*] & Simon Cyrenæus, qui Christi crucem tulit: [*Matth. XXVII. 32.*] & quorum in Act. II. 10. & VI. 9. facta habetur mentio.**

3685

Antigonus, dum Noris muro duplici circumseptus hareret Eumenes, in Alcetam & Attalum expeditionem suscepit. Cum toto igitur exercitu è Cappadocia profectus in Pisidiam contendit,

ubi

ubi Alcetas cum suis consistebat: & intra septem dies 2500 stadia emensus, ad urbem quæ Cretensium vocatur venit; & jam hostibus ignaris adventus ipsius imminens, colles quosdam & impedita loca prior occupavit. Sub signis vero, præter elephantos, plusquam 40 pedatum, & equitum septem millia habebat. Cum quibus Alcetas tamen congregari est ausus cum illi pedites 16000 & equites 900 tantum socii armorum essent. Sed Antigonus ex edito loco pugnans & viribus longe superior, profligato toto illius agmine, Attalum cum Docimo & Polemone multisque ducibus insignibus cepit. Quibus in fidem acceptis, reliquos in ordines suos distribuit; & clementem humanumque se illis præbens, agmen suum amplificavit haud mediocriter. [*Diodor.*]

Alcetas cum satellitibus & filiis suis Pisidiisque illi militantibus, in Pisidiæ urbem Termessum confugit: Pisidis illis, qui sexies mille circiter numero erant & strenuitate excellentes, nullo se eum pacto derelicturos promittentibus. Quum igitur Antigonus cum toto agmine ad Termessum castrametatus, Alcetam sibi dedi peteret, eumque tradendum seniores censerent: juniores inita conjuratione decretum fecere, se pro salute ejus quodvis periculum subituros. Seniores vero noctu legatis ad Antigonum missis, se Alcetam sive vivum sive mortuum ipsi tradituros pollicentur. si juvenes modo levioribus velitationibus, & simulata fuga, longius extra urbem eliceret. Quod dum ille faceret, captata absentia juvenum opportunitate, immisissis suis Alcetam seniores invaserunt: qui ne in hostium potestatem veniret, ipse manus sibi intulit. Cadaver lectulo impositum & lacerna vilissima obtectum, clam illis qui præliabantur, Antigono est traditum: quod indignis toto triduo affectum contumeliis ille tandem inséputum abjecit. Juniores à pugna reversi in suos efferantur: & urbis parte occupata, domos primum incendere decreverunt. Sed mutata sententia, ad incursionem & latrocinia conversi, magnam hosticia terræ partem devastarunt. Alcetæ vero cadaver ab Antigono relictum splendide funerarunt. [*Id.*]

Antipater mortuus Regum curatorem & ducem summa cum potestate designavit Polyperchontem: qui natu fere maximus erat inter omnes Alexandri commilitones, & à Macedonibus in honore habetur. Filius ejus Cassander, Chiliarchi quod obtinebat munere non contentus, & Polyperchontem sibi à patre prælatum indignatus, de summa rerum potestate cum amicis suis colloquia instituit. Occulte insuper missis ad Ptolemæum legatis, amicitiam renovavit; & ut societatem armorum secum jungeret, classe quamprimum ex Phœnicia in Hellepontum expedita, rogavit. Similiter & ad cæteros duces & civitates misit, qui de amnis cum ipso jungendis sollicitarent. [*Id. cum Plutarcho in Phœnicia.*]

Quum Antigonus, ex Pisidia Phrygiam versus exercitum ducens, ad Cretensium urbem pervenisset: de his omnibus ad Aristodemo Milesio certior factus est. Quibus cum voluptate auditis, summum spe sua imperium complexus est. [*Diodor. cum Plutarcho, in Eumene.*] Asiæ enim imperator cum plenaria autoritate ab Antipatro relictus, & majorem exercitus vim habens, thesauris in Asia potiturum se, dum nemini ad resistendum facultas suppeteret, confidebat. Erant tum in exercitu illius 60 peditum & 10 equitum millia, & 30 elephantas. Præterque has copias, se alias insuper quando opus foret comparaturum sperabat: quod peregrinis subinde allectis ubertim Asia stipendia posset sufficere. Senatu igitur amicorum coacto, quod summam rerum capessat, illis exponit; & præcipuis amicorum, qua satrapias, qua præfecturas, adscribit: omnesque spes magnas suggerendo, ad capessendum quæ agitabat promptiores facit. Asiam enim pervadere, ejectisque Satrapis qui hæcenus fuerunt, ad amicos suos imperia tradere constituerat. [*Diodor.*]

Aridæus Phrygiæ ad Hellepontum satrapes, cognita Antigoni molitione, Satrapia suæ res in tuto ponere statuens, Cyzicenorum urbem, quod maxima esset & præ cunctis opportuna, subito aggressus est: habens secum plusquam decem millia peditum mercede conductorum Macedonumque mille, sagittarios & funditores Persas 500, & equites 800, cum omni telorum & catapultarum apparatu ad oppugnationem necessario. Cyziceni, sub specie tractatus de conditionibus urbis tradendæ dilatione obsidionis obtenta, à Byzantiis milites & tela, cæteraque propugnationi urbis convenientia, acciverunt: navibusque longis oram præternavigantes, suos ex agris receptos in urbem revexerunt. Unde, obsidentium plurimis interfectis, Aridæus infecto negotio in satrapiam suam regredi coactus est. [*Id.*]

Antigonus, Celenis tum subsistens, cum viginti peditum & tribus equitum millibus ex toto agmine delectis, celeriter ad ferendum Cyzicenis suas contendit: periclitatam urbem ad futuras molitiones sibi obnoxiam reddere constituens. Sed quum paulo serius illuc venisset, ad Aridæum legatos misit, qui hisce de rebus cum eo exostularent: simulque ut satrapia decederet, atque una ad victum urbe accepta privatam inde vitam ageret, imperavit. Id ille se facturum negavit: & distributis per urbes præsidis, partem exercitus cum præfecto misit; mandato ei dato, ut se cum Eumene conjungens, Nora castellum obsidione liberaret, Eumenemque periculis exemptum in societatem belli adversus Antigonum adscisceret. [*Id.*]

Vere appropinquante Eumene, simulata deditio, dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni imposuisse, seque ac suos omnes à castro extraxisse incolumes scribit in ejus Vita Æmilius Probus. Antigonum vero, quum auxilia Eumeni ab Antipatro missa didicisset, ab obsidione recessisse, Justinus refert. [*lib. 14. cap. 2.*] At Diodorus & Plutarchus Eumenem, Hieronymi Cardiani amici & civis sui interventu, fide præstita, ab obsidione liberatum fuisse narrant. Ita enim res se habuit.

Antigonus de summo principatu continua anno verians, Hieronymum historicum ad se accersitum, magnisque invitatum muneribus, legationem ad Eumenum obire jubet; qua hortaretur ipsum, ut pugna in Cappadocia gestæ oblitus, amicitiam & societatem belli secum jungat dona prioribus longe majora, & ampliore provinciam; atque ut primus sit inter amicos, ac totius instituti particeps, illi promittens, [Diod.] Quumque præscripta ab eo fuisset jurisjurandi formula, qua pactio sanciretur: eam Eumenes suo arbitratu correxit; & ad Macedones à quibus circumfidebatur retulit, utraque jurisjurandi formula esset æquior. Antigonus enim de functorie in capite Regum facta mentione reliquum jusjurandum in se nomenque suum conceperat. Eumenes vero primo loco Olympiadem cum Regibus posuit, deinde sic jusjurandum composuit, ut juraret sibi eosdem amicos & inimicos fore, non qui essent Antigono tantum, sed qui essent Olympiadi & Regibus. Quæ cum essent visa justiora, Eumene illud juramentum suscipiente, obsidionem solverunt; miseruntque ad Antigonum, ut ille quoque Eumeni id sacramentum diceret. Interea Eumenes quoscunque Noris habuerat Cappadocum obsides eis reddidit. Antigonus autem Macedonibus quod jurisjurandi emendationem comprobassent, acerbè & amare rescipit; atque ut Eumenum obsiderent rursus & circumvallarent, sero nimis mandavit. [Plutarch.]

Eumenes post annuam obsidionem desperato salutis compos factus, ad tempus in Cappadocia moram traxit; ibique amicos pristinos, & palantes per regionem militiæ socios, recollegit. [Diodor.] A Cappadocibus, qui obsides receperant, equos & tentoria accepit: collectisque illis militibus, qui dispersi post fugam in illis locis vagabantur, equites paulo minus mille contraxit. [Plutarch.] Qui enim mirum in modum industrius erat, confestim multos ejusdem spei socios, & ad communem militiam obsequium deferentes, habuit. Denique intra paucillimum dierum, præter quingentos illos amicos qui obsidionem cum ipso in munitione toleraverant, plus quam bis mille ad imperata promptos milites apud se habuit. [Diodor.]

Antigonus, missis ad debellandum Aridæum minoris Phrygiæ satrapam copiis, ipse cum numeroso agmine, versus Lydiam movit, satrapam ejus Clitum inde ejecturus. Qui præcognito ejus adventu, præcipuas urbes præsidii munierat, ipseque in Macedoniam, ut Regibus & Polyperchonti audaciam & defectionem Antigoni significaret, & auxilia sibi peteret, transmittēbat. [Diodor.]

Tum Antigonus Ephesum primo statim adventu in fidem accepit, adjutantibus illum in urbe nonnullis. Post quum appulisset Ephesum Æschylus Rhodius, & in quatuor navibus à Cilicia advexisset 600 argenti talenta Regibus missa in Macedoniam: ille pecuniam interceptit, sibi ad peregrinos milites conducendum illa opus esse dicitans. Quo facto satis declaravit, quod totus ad sua tractandum negotia converteretur, Regibus adversaretur. Post hæc urbes deinceps oppugnatum ibat; alias vi subigens alias verbis sibi concilians. [Id.] atque ab hac defectione numerantur anni illi 18, quos Antigoni principatui à Dexippo, Porphyrio & Eusebio tributis invenimus. [in Græcis Eusebianis Scaligeri, pag. 48. 164. & 226.]

Callander transmisso Helleponto, in Asiam ad Antigonum se contulit; auxilium ut sibi ferret rogans, & Ptolemæum in belli societatem venturum confirmans. Illum haud invitus suscipit Antigonus, & confestim tum pedestribus tum nauticis se illum copiis instructurum promissit. Hæc simulatione quadam agebat, quasi propter amicitiam cum Antipatro illi opem ferret: sed revera magnis hominem bellis distineri volebat; ut ipse, extra periculum, Asia perdomita, summum imperium ad se pertraheret. [Diodor.]

Polyperchon, Regum tutor & imperii Macedonici ἐπιμελητής sive procurator, epistolam Regum nomine scriptam ad Eumenum misit, suadens ut opera sua Regibus addicta, inimicitias cum Antigono non deponeret: sive in Macedoniam transgressus communi secum opere tutelam Regum gerere vellet, sive potius eligeret in Asia remanere, & exercitibus pecuniisque acceptis contra Antigonum, qui jam manifesto à Regibus descivisset, bellum gerere. Quod si majoribus indigeret copiis, vel se cum Regibus universas regni vires in Asiam traducturum. Ad quæstores etiam Ciliciæ ab eisdem data sunt literæ, ut ex pecunia quæ erat Quindis (ubi Macedonum fuisse gazophylacium, docet Strabo, lib. 14. cap. 672.) Eumeni 500 talenta ad refarciendum damna pridem accepta; ceteraque pecuniæ quantum ad peregrini militis conductionem aliosque belli usus requisiverit exhiberent. Ad Antigenem quoque & Teutamum trium millium agryraspidum duces scripserunt, ut eos Eumeni traderent eumque in omnibus alacriter juvarent; utpote totius Asiæ imperatorem plena cum potestate designatum. Similes præterea ab Olympiade matre Alexandri Magni missæ sunt literæ: quibus, inter alia, ut cum ipsi tum Regibus opem ferret sollicitè postulabat. [Diodor. cum Plutarcho & Emilio Probo, in Eumene.]

Eumenes confestim à Cappadocia movit, 500 equites & peditum supra duo millia secum habens. Non enim spatium illi erat ad suscipiendum eos, qui se una militaturos polliciti, venire tardassent: propterea quod ingens Antigoni manus duce Menandro adventaret, quæ in Cappadocia illum degere, hostem Antigoni factum prohiberet. Qui vero relictus fuerat exercitus, triduo serius Eumenum secutus, cum eum assequi non posset, in Cappadociam regressus est. [Diodorus.]

Magnis itineribus contendens Eumenes, superato celeriter Tauro in Ciliciam devenit. Tum duces agryraspidum Antigenes & Teutamus, Regum literis obsecuti cum amicis per longum intervallum Eumeni occurrerunt: & comiter excepto gratulati, quod è maximis periculis nec opinato incolumis evasisset, prompte ad omnia se præsto illi futuros sunt polliciti.

Ipsam etiam Argyraspidum ex Macedonia agmen, tria millia circiter, cum benevolentia studioque obviam processit. [Id.]

Invidiam Macedonum veritus Eumenes, quam subiturus erat, si ipse alienigena (ex Thraciæ Chersoneso Cardianus) summo imperio potiretur, primum 500 talenta ad reficiendum semetipsum à Regibus concessa recepturum se abnuvit: tanta donatione se non indigere dictitans, qui nullum sibi principatum consciscere laboraret. [Diodor. & Plutarch.] Deinde Alexandri nomine tabernaculum statuit, (ab ipso, ut hoc faceret, monitum se per somnium fuisse fingens) in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate poni iussit, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur: credens minore se invidia fore, si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri, bellum videretur administrare. [Diodor. Plutarch. Amil. Prob. Polyan. lib. 4. Stratagem.] Interim ipse per omnes tractationes publicas æqualem se cæteris ducibus exhibendo, & omnes colloquiis humanissimis demulcendo, invidiam à se depulit. Consimiliterque erga Macedones qui Argyraspides nominabantur se gerendo, magnum sibi favorem contraxit, & dignus qui Regum curam gereret habebatur. [Diodor.] Blandimentis enim usus, nunc commilitones suos, nunc patronos appellabat, periculis Orientalium socios, addens, solos fuisse quorum virtute Oriens sit domitus, solos qui militiam Liberi patris, qui Herculis monumenta superarint: per hos Alexandrum, magnum factum, per hos, divinos honores & immortalem gloriam consecutum, orans denique, ut non tam ducem se, quam commilitonem reciperent, unumque ex corpore suo esse vellent. [Justin. lib. 14. cap. 2.]

Hinc ex amicis delegit Eumenes maxime idoneos, quos pecuniis largissime instructos ad conducendum liberalissimis stipendiis militem huc illuc misit. Horum alii extemplo in Pisidiam Lyciamque ac finitimam regionem, alii in Ciliciam, Cœle-syriam, Phœniciam & Cyprum profecti, cogendi milites munere sedulo functi sunt. A quibus cum stipendia offerrentur amplissima; multi quoque ex Græciæ urbibus accurrebant, & nomina in hanc militiam profitebantur: adeo ut intra breve tempus colligerentur peditum supra decem millia & equites 2000. præter argyraspides, & qui cum Eumene venerant. [Diodor.]

Ptolemæus cum classe ad Zephyrium Ciliciæ delatus, missis quibusdam ducibus Argyraspidas sollicitabat, ne Eumenem à Macedonibus jampridem supplicio capitis addictum sequerentur. Ad præfectos itidem præsidii in Quindis misit, ne quicquam illi pecuniarum exhiberent. Huic vero morem nemo gessit: propterea quod Reges, & tutor ipsorum Polysperchon, atque etiam Olympias, scripserant, ut ad omnia Eumeni, velut summo regni imperatori, paterent. [Id.]

Antigonus deinde ex amicis Philotam cum 30 Macedonibus ad Argyraspidas misit, qui primo ducem & præcipuorum militum animos privatim tentarent, si forte largitione aut munere pollicitatione induci possent ad insidias adversus Eumenem struendas. Et aliorum quidem nemini persuadere valuerunt. Solus Teutamus argyraspidum dux corrumpi se passus, ut collegam etiam suum Antigenem ad ejusdem facinoris societatem illectaret, operam dedit. Sed ad meliora eum consilia Antigenes reduxit: docens certiora sibi ab Eumene, viro fideli ac mediocris fortunæ, speranda esse; quam ab Antigono nimium potenti, qui ad summa provectus, in Satrapiis ipsis dehinc ademptas surrogaturus esset amicos suos quos velit. Tum Philotas communes Antigoni ad exercitum litteras ducibus reddidit; quibus mandavit, ut Eumenem sine mora comprehensum occiderent: addita comminatione, nisi id facerent, se cum universo exercitu venturum ad bellum eis pœnamque inferendam. Quibus cum illi essent exterriti, superveniens Eumenes cohortatus eos est, ut Regum decreta exsequerentur, nec homini jam apertè rebellanti auscultarent. Cumque multa præsentis negotio accommoda dixisset; non imminenti duntaxat periculo exemptus est, sed etiam multitudinem ad benevolentiam pristina majorem inflexit. [Id.]

Hinc indicta militibus expeditione, in Phœniciam contendit Eumenes; naves ex omnibus passim urbibus contrahere, validamque classem comparare properans: ut Polysperchon, assumptis ex Phœnicia navibus, mare in potestate haberet, & copias quandocumque vellet tuto è Macedonia in Asiam contra Antigonum transportare posset. Ipse ergo, ad nauticas colligendum vires, in Phœnicia substitit. [Id.]

Polysperchon Clitum (Lydiæ satrapam) navibus præfectum cum tota classe misit, ad finitima Hellepontii stationem habere jubens, & prohibere copias ex Asia in Europam transmeantes. Aridæum quoque (majoris Phrygiæ satrapam) qui cum militibus suis in Cianorum urbem confugerat, Antigono inimicum, adsumere mandavit. [Id.]

Postquam ad Hellepontum trajecisset Clitus, jamque urbes ad Propontidem in fidem accepisset, & Aridæi copias se confirmasset: præsidii Munychiani dux, à Cassandro cum tota classe missus, navigavit. Antigoni etiam naves assumpsit: ita ut supra centum numerus se extenderet. Commisso igitur prælio navali haud procul à Byzantium urbe, Clitus vicit, & naves hostium 17 demersit; nec infra 40 cum ipsis hominibus cepit. Reliqui in Chalcedonensium se portum receperunt. Quibus tam prospere gestis Clitus hostes mari non amplius contendere ausuros, propter cladis acceptæ magnitudinem, existimat. [Id.] Quo exultasse illum non est mirum; quum prius ad Amorgum (è Cycladibus insulis unam) tribus aut ad summum quatuor depreffis Græcorum navibus, vocari se Neptunum passus est, tridentemque gestavit: ut in libro 2 de fortuna Alexandri refert Plutarchus.

Antigonus, audito classis detrimento, actuarius navibus à Byzantinis noctu accersitis sagittarios, funditores, & alios ex levioris armaturæ ordinibus, quot sufficere videbantur, imponit; eosque in oram ulteriorem transportat. Hi ex hosticis navibus in terram egressos & castra pedestria metatos adorti, terrorem Clitianis incutiunt. Qui subito metu perturbati, in naves insiliunt: unde ingens existit tumultus, qua ob impedimenta, qua etiam ob captivorum multitudinem. Interim Antigonus naves longas adornat: in quibus peditum strenuissimos mediocri numero collocatos commisit, cum exhortatione ut audester hostes invaderent; victoria enim certissime potituros. Hi ergo cum Nicanore noctu subvecti, cum jam illucesceret, subito in hostes tumultuantes impressione facta, primo statim concursu illos vertunt: naviumque alias rictis pulsatas sursum jactant, alii remos detergent, nonnullas cum viris se dedentes circa discrimen in potestatem accipiunt. Tandem excepta prætoria, reliquis omnibus una cum militibus potiuntur. Clitus autem ad terram fuga elapsus, deserta navi, per Macedoniam se recipere instituit: sed in Lysimachi milites quosdam delapsus interiit. [Diodor.]

Antigonus clade tanta hostibus affectis, maris potestatem sibi vindicare, Asiæque imperium citra controversiam acquirere properabat. Ideo ex omni exercitu 20 peditum millibus & equitum millibus 4 delectis, qui maxime forent expediti, versus Ciliciam movit; ut Eumenis cohortes dissiparet, priusquam agmen copiosius contraxisset. [Id.]

## Jubilæus XXIII.

Eumenes, cognito Antigoni impetu, Phœniciam (in qua erat) injuste à Ptolemæo occupatam, Regibus iterum vindicare conabatur. Sed ab opportunitate destitutus, motis à Phœnicia castris, agmen per Cavam Syriam duxit; ut Satrapias, quas superiores vocant, attingeret. [Diodor. lib. 18.] Et Argyraspidas, cum duce eorum Antigene secum habens, in pagis Babyloniarum Caris appellatis hyemavit. [Id. lib. 19.]

Ad Seleucum Babyloniarum & Pithonem Mediæ satrapam legatis missis, postulavit Eumenes, ut auxilia Regibus subministrantes, communi secum bello Antigonum impugnant. Seleucus autem, se Regibus quidem necessaria exhibiturum respondit: Eumeni autem, qui dudum publico Macedonum concilio capite damnatus fuerat, nunquam obtemperaturum. Antigene etiam & Argyraspidas, ut abdicarent imperio Eumenem, per legatum sollicitavit: sed frustra. [Id. ibid.]

Eumenes, collaudata in se militum fide, cum exercitu progressus, juxta Tigrim fluvium castra posuit; ut 300 à Babylone stadiis abesset. Atque ibi, incolarum incursum, nonnullos suorum amisit. Inde Susa progredi cogitabat; ut & copias ex superioribus satrapiis evocaret, & regis thesauris ad urgentes necessitates uteretur. Sed aggresso eum Seleuco apud Euphratem fluvium, parum abfuit, quin universum exercitum in subita inundatione amitteret; cum veteris cujusdam fossæ capite à Seleucianis rupto, universa castra in aquis stagnarent. Illum ergo diem Eumeniani, in tumultum quendam confugientes, quieti permanserunt, quomodo his rebus consulendum esset ambigentes. Postridie vero navigiis 30 quæ contis impellebantur adhibitis, præcipuum exercitus robur, nemine transitum inturbante, transportarunt. Seleucus enim equitatum solummodo, eumque longe numero adversariis inferiorem, penes se habebat. Jamque nox appetebat; cum Eumenes de impedimentis anxius retro Macedones iterum transmisit; & docente quodam indigena, locum quendam purgavit, quo fossam divertere, ac meabilem reddere tractum viciniam, facile erat. Quo Seleucus animadverso cum illos à Satrapia sua quamprimum excedere cuperet, de induciis legatos misit, liberumque illis transitum permisit. Atque ita Eumenes contra quam sperasset à Seleuci manibus elapsus, cum agmine in Persiam (vel Susanam potius) devenit; 16 millibus peditum, & 1300 equitibus tunc instructus. Et recreato ex laboribus & ærumnis milite, ad præfectos superiorum provinciarum misit, qui milites & pecunias inde accerferent. [Id. lib. 18. & 19.]

Attalus, Polemo, Docimus, Antipater & Philotas, duces qui cum Alcetæ copiis capti in castello quodam incredibiliter munito asservabantur, audita Antigoni in superiores provincias profectio (in Mesopotamia vero tum eum fuisse, Diodorus indicat) armis correptis, mediam circa noctem, ipsi tantum octo custodiam 400 militum invadunt. Xenopiem, qui custodiæ præerat, correptum de muro petra stadium alta præcipientem agunt; aliisque partim concisis partim exturbatis, domos incendunt: ex illis vero qui extrinsecus successum rei observabant ad quinquaginta intro recipiunt. Sed dum inter se dissentientes, consultarent, utrum manere ac castelli munitione uti, subsidia Eumenis præstolantes, an fuga quamprimum arrepta per agros divagari expediret; à vicinis præsidiiis pedites 500 & equites 400 plures, & ex indigenis hinc inde supra 3000 accurrentes, ductore ex seipsis creato, locum illum castris suis circumdant. Docimus, qui ex arce excedendum prius suaserat, animadverso quodam descensu ab excubiis immuni, per legatum egit cum Stratonice Antigoni uxore, quæ non procul inde aberat: & cum uno comite illac exsiliit. Verum, non servata fide, custodiæ mancipatus est. Qui cum eo descenderat, ducem se hostibus præbuit; nec paucis in castellum adductis, unum ex saxis præcelsis occupavit. Attalus vero cum cæteris, qui in castello manendum esse statuerant, ex die in diem certamen fortiter continuarunt. [Id. lib. 19.]

Pitho Mediæ satrapæ, Philota superiorum Provinciarum duce interempto, fratrem suum Eudramum in illius locum suffecerat. Quo perpetrato, reliqui Satrapæ omnes concurrere, ne simili modo tractarentur veriti: quod turbulenti Pithon ingenii esset, magnisque se conatibus

implicaret.

implicaret. Superatum igitur prælio, ubi magnam militum partem conciderant, è Parthia profugati sunt. Ille quidem principio receptum in Media quærebat: sed brevi post Babylonem profectus, Seleucum ut sibi auxilium ferret rogabat. [*Id. lib. 19.*]

Eumenes in Susiana agens, exercitum in tria agmina, propter frumenti penuriam, divisit. Et sic tripartitum per regionem iter habens, tritici magnam sensit inopiam, Oryzam igitur sesamumque ac fructus palmæ, quibus regio illa abundabat, inter milites distribuit. Quanquam vero jam antea Regum literas ad superiorum præfectos Satrapiarum perferendas curaverat: tamen etiam tunc tabellarios misit, rogatum, ut cum suis quisque copiis in Susianam occurrerent omnes. Eas in expeditione adversus Pithonem unum in locum congregatas tabellarii invenerunt. [*Ibid.*]

Nobilissimus inter duces erat, & communi omnium scito imperium gerebat Peucestes; quem Alexander corporis custodem & Persidis satrapam constituerat. Aderant illi tum sagittarii & funditores Persici decies mille; & ex diversis gentibus in Macedonicum adoptati ordinem ter mille: equites autem ex Græcis & Thracibus 600. & ex Persis plures 400. Polemon Macedo, Carmanie satrapes, in peditatu habebat 1500. in equitatu 700. Sibyrus Arachosie præfes, 1000 pedites, 610 equites exhibuit. Androbazus ab Oxyarta Paropamisadum satrapa cum 1200 peditatu & 400 equitatu missus erat. Stalander Aria & Drangiane satrapes, adjunctis sibi Bactrianis, pedites 1500 habebat, equites 1000. Ex India venerat Eudamus (apud Arrianum Eudamus, apud Curtium Eudemon dictus; Oxydracum & Mallorum satrapes) cum 300 equitibus, 3000 peditibus, & elephantis 120. Quas belluas nactus erat, quum dolo Porum Indorum regem interfecisset. Universum cum Satrapis congregata erant amplius 18700 peditum (licet particulares numeri 21200 conficiant) equitum 4600. [*Ibid.*]

Hi cum in Susianam ad Eumenem pervenissent, concionem publicam advocarunt: in qua ingens, inter Peucestem præcipuè & Antigenem argyraspidum ducem, de Imperatoris electione exorta est contentio. Eam jam ante usurpato stratagemate sedavit Eumenes: erecto Alexandri tabernaculo & folio; ad quod convenientes, communi consilio de singulis negotiis consulerent. [*Ibid.*]

Post hæc cum ipsi Susa pervenissent, à thesaurorum custodibus Eumenes tantam pecuniarum copiam esse consecutus, quantam necessitas exigebat, huic enim soli, quantum postulare, exhibendum esse, Reges per litteras constituerant. Macedonibus ergo stipendia in sex menses erogavit: & Eudamo qui elephantes ex India adduxerat, 200 dedit talenta, expensarum quidem nomine in belluas, sed revera, ut hoc munere hominem sibi devinciret. Cuicumque enim per ortas factiones hic sese adjuncturus fuerat, ei propter usum belluarum formidabilem ingens momentum afferebat. Aliorum Satraparum unusquisque ex regione sua militem sibi obnoxium alebat. Eumenes itaque in Susiana moram trahens, exercitum recreabat. [*Ibid.*]

Philippus Aridaeus, cum uxore sua Eurydice, iussu Olympiadis occisus est, sex annis post Alexandrum potitus regno. [*Justin. lib. 14. cap. 5.*] & mensibus præterea quatuor, [*Diodor.*] anno quarto Olympiadis CXV. [*Id. & Porphyr. in Græc. Euseb. pag. 228.*] circa 22 diem Septembris.

688

Cassander Olympiadem, cum nepote Hercule Alexandri Magni filio & matre ejus Barsine, in urbe Macedoniæ Pydna conclusam obsedit. Ineunte vere, quum fames indies invalesceret, milites suos Olympias dimittere coacta est; ipsaque tandem, pacta salute, quam ægrè etiam obtinuit, victori se tradidit. [*Diodor. & Justin. lib. 14. cap. 6.*]

4398

316

Antigonus, motis è Melopotamia castris, in Babyloniam venit; societateque cum Seleuco & Pithone inita, & militum ab eis manu accepta, navigiis Tigridis fluvium junxit; transportatisque copiis, celeriter adversus hostes contendit. De quibus certior factus Eumenes, Xenophilo arcis Susianæ præfecto mandatis datis, ne quid pecuniarum Antigono traderet, neque ad colloquium ejus descenderet, totam Tigridis fluminis oram à fontibus ad mare usque custodiis munivit. Et quia custodiæ illæ propter longitudinem non paucis militibus indigebant, Eumenes & Antigenes à Peucesta, ut sagittariorum decem millia ex Persia ad eum mitterent, impetrarunt. [*Diodor. ann. 1. Olymp. 116.*]

Antigonus cum exercitu in Susa regiam profectus, Seleucum terræ satrapam creavit; datisque militibus artem obsidere iussit. Detrectante vero postulata Xenophilo thesaurorum custode, ipse nocturnis itineribus sub Canicula exortum ad Copraten fluvium in Tigridis decurrentem profectus, ob immodicum æstus magnam militum jacturam fecit. Cùmque quatuor circiter plethrorum latitudo fluvii illius esset, paucas naviculas quæ contis propellebantur nactus, è peditatu aliquot transmisit, reliquum agmen expectare iussit. De qua hostium molitione per speculatores edoctus Eumenes, qui 80 inde stadiis aberat, cum quatuor millibus peditum & 1300 equitibus superato Tigridis ponte, de Antigoni exercitu qui transierant offensus plus quam tria peditum millia, & equites 300, nec pauciores quam sex millia eorum, qui sparsim pabulandi causa trajicere solebant. Hos derepente adortus, dum inter se turbantur, ceteros illico in fugam vertit, Macedones vero, qui resistere audebant, vi numeroque superatos in fluvium omnes depulit: ubi, navigiis præ multitudine ingressorum demersis, pauci evaserunt. Et qui aquis credere se nolebant, quatuor circiter millia, in hostis potestatem venerunt. Ita Diodorus. Plutarchus, Paphlagonem annem aggressum transmittere Antigonom, quod ceteri qui in stationibus erant ne senserunt quidem, solum Eumenem excepisse scribit; signisque collatis multos occi-



disse de militibus ejus, flumen cadaveribus complevisse, & quatuor millia cepisse.

Desperato fluminis transitu, Badacam versus, urbem ad Eulæum fluvium sitam, castra movit Antigonus. ubi per dies aliquot subsistens, exercitum æstus magnitudine confectum recreavit. Inde Ecbatana profecturus, non regia via, propterea quod & immodico æstu & 40 dierum longitudine molesta erat, sed per Colchos iter instituit via brevior & frigidior: ubi plurimis suorum desideratis, cæterisque in periculum adductis, vix nono tandem die in habitabiles Mediæ tractus evasit. Ubi tumultuantibus adversus eum militibus, qui intra 40 dies in tres clades non exiguas incidant, Pithon totam obire Mediam ab eo jussis, equites 2000 & equos cum apparatu plus 1000, tantumque præterea jumentorum numerum, ut totus armati exercitus posset secum redire: cum 500 insuper ex regio fisco talentis. Equites illos in ordines cooptavit Antigonus: equis vero in eos qui amiserant distributis, & jumentis, liberaliter huc illuc donatis, pristinam militum benevolentiam recuperavit. [ *Diodor. ann. 1. Olymp. 116.* ]

Eumeniani, motis à Pasitigride castris Persiam versus, ad Persepolim regni sedem 24 dierum itinere pervenerunt: ubi à Peucesta, qui regionis illius erat satrapes, totus exercitus, post sacrificia Diis Alexandroque & Philippo facta (ove etiam, ut Plutarchus narrat, ad facta faciendâ viritum divisa) magnificentissimo epulo est exceptus. Quum vero his & aliis obsequiis cum multitudinem sibi conciliare dignitatemque Imperatoriam ambire videret Eumenes: adulterinam quandam epistolam Syriacis literis ab Oronte Armeniæ satrapa, qui Peucestæ amicus erat, scriptam commentus est, quod Olympias cum Alexandri filiolo, sublato Callandro, regnum Macedonia recuperasset, & Polyperchon in Asiam contra Antigonum cum validissima regii exercitus parte atque elephantis trajecisset. [ *Diodor. ibid. Polyæn. Stratagem. lib. 4.* ] Fide igitur literis habita quum in Eumenis manu futurum videretur, & provehere per regem quos veller, & pœnas à delinquentibus exigere: omnes ab eo expectatione maximæ spei pendendum sibi arbitrabantur. Siqui vero ab ipso alieni erant, eos ille in judicium deferens perterrefaciebat (exemplo in Sibyrto Arachosiæ satrapa dato: ) Peucestam interim comitate verborum ac promissorum magnitudine delinens, atque in officio continens. [ *Diodor. ibid.* ]

Alios etiam Sattapas & duces devincire sibi cupiens Eumenes, pecuniis se indigere simulavit; & unumquemque, ut mutuum Regibus darent, adhortatus est. Quadringentis igitur talentis à quibus expedire visum ducibus acceptis, illos qui prius infidiarum aut desertionis fuerant suspecti, metu amittendi crediti, fidissimos jam & corporis sui custodes habebat. [ *Id. ibid. & Plutarch. in Eumene.* ]

3689 4. In minore Asia Attalus & alii duces, post obsidionem per annum unum & menses quatuor fortiter toleratam, in hostis tandem potestatem venerunt. [ *Diodor. ad ann. 4. Olymp. 115.* ]

In Asia majorè Antigono cum exercitu ex Media in Persiam movente, illi occursum Eumenes, cum post peractum sacrificium opiparo convivio exercitum excepisset, & bibendo conviviis nimis se attemperasset, in morbum incidens, profectioem ad dies aliquot inhibuit. Quo casu fracti animi sunt militum, dicentium, alios convivia splendide parare, Eumenem unum imperare & belligerare nosse. Remittente tamen malo, cum se brevi recollectisset, copias promovit: primum agmen ducente Peucesta cum Antigene; ipso in lectica cum elephantum ductoribus subsequente. Jamque iter unius diei exercitus inter se distabant: cum per missos utrinque speculatores, cognito hostium numero consilioque, ad pugnae discrimen se compararent. Cùmque Eumenes extra aciem quietis gratia in lectica ferretur, antesignanique vociferarentur gradum se nisi illius ductu non promoturos: ille mox lectica ab uno cornu ad alterum circumlatus, in ordines suos digessit exercitum, inspectante & cachinnante Antigono. Et copias quidem in aciem illi producebant, sed propter loci difficultatem configere non poterant. [ *Diodor. ann. 1. Olymp. 116. Plutarch. in Eumene.* ]

Ad tria ergo stadia translatis ab invicem castris, quadriduum in velitationibus & agrorum depopulatione consumebant, rerum omnium egeni. Quinta inde luce Antigonus rursus copias Eumenis ab eo avertere promissis conatus est: sed à Macedonibus legati ejus cum minis sunt repulsi. Deinde Gabienem, tridui itinere inde distantem regionem commodam & opulentam, ab Antigono ad capiendâ castra noctu occupatum iri præsentens Eumenes, per simulatos perfugas Antigonum moneri curavit, Eumenem noctu ejus castra invasurum: ad quem incursum dum ille se parat, Eumenes Gabienem præoccupare contendit. Sed Antigonus fraude agnita: quanquam duas jam noctis vigilias antevertisset Eumenes, infectus nihilominus eum est; & Pithone cum reliquo agmine lentè subsequi jussu, ipse magna celeritate cum expeditissimis usus in colle præalto se inspicendum Eumeni præbuit. Is ratus totum cum Antigono exercitum adesse, substitit, antequam ad optatum locum perveniret, atque aciem instruxit, cum interea reliquæ copiarum ad Antigonum confluerunt sicque uterque dux sibi mutuis artibus imposuere. [ *Diodor. ibid.* ]

Hic vero (in Paratacenorum regione) uterque Imperator egregiè aciem suam instruxit: ut copiosè declarat Diodorus. Ducebat secum Eumenes peditum 35 millia, equites 6100 elephantos 114. Antigonus peditum plus quam 28 millia, equites 8500, elephantos 65. Eventu prælii ancipiti acerrimè pugnatum est, in mediam usque noctem, Luna plena: quando jam fessi, prælio omissio castrametari cogebantur. Interempti sunt ex parte Antigoni 3700 pedites, 54 equites vulnerati plus 4000. Ex peditatu Eumenis ceciderunt 540, equites perpauci; vulnerati plures 900. [ *Id. ibid.* ]

Eumenes ad eos qui in pugna ceciderant accedere studebat, ut eorum corporibus potitus victoriam certo sibi assereret. Verum refragante turba, & ad impedimenta sua quæ longius aberant revertendum esse vociferante, obsecundare illis coactus est. Antigonus vero vi turbam compulit, ut prope interfectos castra ponerent: eorumque sepulturæ dominus factus, de victoria contendit, affirmans nihil in præliis potius esse, quam potiri eorum qui ceciderint. Tum suorum cadaveribus sub diei ortum sepultis, & præcone hostium de recipiendis mortuis apud se detento, exacta die illum dimisit, recuperationem mortuorum in crastinum permittens. Ipse prima statim vigilia appetente cum toto exercitu movens, contentis itineribus procul ab hoste ad Garmarga usque Media perrexit: quæ regio sub Pithonis imperio affatim omnia magnis exercitibus suppeditare poterat. [*Ibid.*] Atque ita Antigonom in Paratacis malè acceptum Eumenes in Mediam hyematum coegit redire. [*Æmil. Prob. in Eumene.*] in *Gadamalis* vel *Gadarlis* ut Diodorus, vel *Gadamariis* ut Polyænus appellat.

Eumenes per exploratores de habitu hostis certior factus, ab infecutione abstinit; quod & ipse inedia ærumnisque magnis affectum haberet militem: & ad mortuorum exsequias convertis, magnificè sepeliendos curavit. Ibi Ceteus dux eorum qui ex India venerant, cum occisus esset, ingens inter duas eius uxores contentio est exorta, utra earum impetraret, ut cum marito mortuo viva combureretur, Junior magno cum gaudio victoriam adepta, rivalem quæ uterum ferebat, vivere coactam, mœnore confectam reliquit: ut pluribus narrat Diodorus.

Eumenes, negotio funerationis expedito, è Paratacis in Gabienem movit: quæ regio à castris Antigoni distabat, si per culta quis iter faceret, stathmos 15. per deserta verò & inaquosa, 9. Tantis alter ab altero spatiis remotus hyemavit, & copiam exercitui ad recolligendum vires præbuit. [*Id.*]

Cassander regnum Macedoniæ affectans, Olympiadem regis Philippi viduam & Alexandri M. matrem è medio sustulit, Thessalonicem ejusdem Philippi (non Aridæi, ut apud Justinum legitur) filiam & Alexandri sororem duxit uxorem, puerumque Alexandrum Alexandri Magni filium cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam custodiendos misit. [*Diod. Olymp. 116. ann. 1. Justin lib. 14. fin.*]

Quum paulisper Eumenes milites respirassent, ducibus insultantes regionem Gabenorum ferme universam hybernis occuparunt; ut postremorum tabernacula prope mille stadia essent à primis dirempta. [*Plutarch.*] Hyberna enim sumplerant non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam: indeque longè inter se discesserant. [*Æmil. Prob.*]

Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque se parem non esse paratis adversariis dispersos eos & non opinantes aggredi statuit. Itaque famam spargens, sese in Armeniam ducturum, repente sub brumale solstitium (*ὁ ἀγὸς ἔσσι ἀπὸ χειμερινῆς ἑσπέρης*, ut à Diodoro est notatum) relicta via regia, per desertam ire contendit; interdiu ignibus per castra accensis, noctu extinctis: ne qui ex editis locis ignem noctu conspicati, hosti adventum suum nunciarent. Sed cum quinque jam dies laboriosè iter fecissent, milites propter frigus aliosque usus necessarios ignem in castris die noctuque accedebant. Quod conspicati quidam solitudinis accolæ, eodem die per nuncios camelis dromedariis usos (qui non multo minus 1500 stadiis uno die conficiunt) Eumeni & Peucestæ significarunt. [*Diodor. Plutarch. & Æmil. Prob.*]

Peucestes nuntii metu prorsus obstupescens, cum haud secus reliquos videret affectos, fugæ consilium cepit. Quibus tumultum Eumenes & timorem absterxit; promittens se effecturum, ut hostes triduo aut quadriduo (vel, ut apud Amilium Probum est, non minus quinque dierum spatio) tardius venirent quam expectabantur. Itaque primum nuncios ad suos dispersos misit, ut in unum locum convenirent. Deinde ipse cum expeditis ducibus excurrans, crebros ignes in regione montana, qui ab Antigono videri possent, excitari jussit, quales solent in castris per noctes accendi; idque intra 70 stadiorum ambitum, quò procul spectantibus justus esse videretur exercitus. Antigonus itaque ab aliquo proditum se credens, & Eumenem cum toto exercitu adventare existimans, ne fatigatus cum recentibus dimicare cogeretur, flectit iter suum, & anfractum longiorem copiosæ viæ capit; ibique diem unum opperitur ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decertaret. [*Id. & Polyæn. lib. 5. Stratagem.*]

Interim copiæ ad Eumenem majori ex parte congregatæ sunt: militesque prudentiam ejus mirati, solum ipsum præesse rebus jusserunt. Ex quo Argyraspidum præfecti, Antigones & Teutamus, invidia, extimulati, cum plerisque Satrapis & ducibus de eo tollendo consilium inierunt. Quod cum Eudamus elephantis præpositus & Phædimus, duo ex eis qui pecuniam ipsi mutuo dederant, ut amissionem præverterent, Eumeni clam detexissent; ille, in turba belluarum versari se dicens, testamentum condidit, literasque omnes conscidit; ne ipso mortuo ex arcanis his crearentur illis qui eas scripserant pericula aut calumniæ. [*Plutarch.*]

Ad postremum deinde prælium devenit, quo inter Antigonom & Eumenem de summa rerum est pugnatum: quod à Diodoro pluribus habetur descriptum. Erant Antigono peditum 22 equitum 9 millia, elephantum 65. Eumeni pedites erant 36700, equites 6050, elephantum 114. Campus erat latissimus, sabulosus & totus incultus: ex quo tantum pulveris ab equitatu est excitatus, ut si quis paululum abesset, quid fieret dispicere non posset. Quo observato Antigonus, Medis & Tarentinis quibusdam equitibus clam missis, impedimenta hostium, quæ quinque circiter stadia à loco prælii aberant, occupavit. Peucestes etiam Persiæ satrapes, ab Antigono conterritus, cum equitatu suo expulvere se subducens, aliorum etiam ad 1500 secum avulsit Argyraspides

raspides

raspides vero pedestre Antigoni agmen violentius adorti, nemine suorum amisso, supra quinque millia hostium cæciderunt, peditatumque omnem in fugam coniecerunt. Atque ita superior prælio discessit Eumenes, 300 tantum suorum interemptis. [ *Diodor. Plutarch. Polyen. lib. 4.* ]

Quum Macedones impedimenta sua capta, uxoresque ac liberos, cum multis aliis necessitudine sibi devinctis, in hostis potestate esse comperissent: magnus moror & luctus in eorum qui vicerunt castris versabatur. Quos furentes pacare conatus Eumenes, ab eis quinque millia hostium cæsa esse dicebat; & si in bello persistent, ultro hostes pacem petituros. Damna, quibus se victos putent, duo millia mulierum & paucos infantes & servitia esse: quæ melius vincendo possint reparare, quam deserendo victoriam. Argyraspides vero neque fugam se tentaturos respondebant, post conjuges amissas, neque bellum gesturos contra liberos suos; ultroque eum convitiis agitabant. Ignaris deinde cæteris ducibus, Teutamus confestim ad Antigonum legatos mittit petentes ut sua reddi jubeat: conventumque est, ut tradito Eumene restituerentur omnia, & Macedonicæ copiæ se cum Antigonianis jungerent. Atque ita Macedones, & cum illis decem Persarum millia quibus Peucestes præerat, Sattapæ quoque aliorumque ducum & militum pars maxima, deserto Eumene, ad Antigoni castra transierunt. [ *Ibid. cum Justino, lib. 14. cap. 3.* ]

Argyraspides igitur, impetu in Eumenem facto, gladium ei eripuerunt, manusque in tergum zona revinxerunt: atque quarto post peractum prælium die Nicanori, qui ab Antigono ad eum accipiendum fuerat missus, tradiderunt. Petiit ille, ut per medios Macedonas duceretur & ut postremum sibi alloqui exercitum liceret. Quo facto, custodes suos præcedere ad Antigoni castra cœpit. Sequitur exercitus prodito Imperatore suo, & ipse captivus, triumphumque de seipso ad victoris sui castra ducit: & ne quid deesset pompæ, elephantum quoque & auxilia Orientalia subsequuntur Antigonus vero Eumenem, verecundia prioris amicitie, in conspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus præcepit. [ *Plutarch. in Eumene. Justin. lib. 14. cap. 4.* ]

Inter faucios tunc etiam Hieronymus Cardianus historiarum inscriptor captivus fuit adductus. Qui per antegressum tempus ab Eumene semper in pretio habitus, post interitum ejus Antigoni etiam humanitatem fidemque expertus est. [ *Diodor. lib. 19. Olymp. 116. ann. 1.* ] Scripsit autem Hieronymus *ἱστορίων* ( ut habet Diodorus, lib. 18, pag. 621. & Josephus, lib. contr. Apion. pag. 1050. ) vel *ἱστορίων* ( ut Dionysius Halicarnæus, Romanarum suarum Antiquitatum proœmio ) id est, Successorum Alexandri Magni, & temporis sui, historiam.

Antigonus tum Eumene tum omni exercitu hostili potitus, Antigenem argyraspidum ductorem comprehendit, vivumque in loculo conditum exussit. Eudamum quoque, qui ex India elephantos adduxerat, & Celbanum, aliosque sibi invidiosos à medio sustulit. [ *Diodor.* ]

Cum quæreret ab Antigono præfectus custodum ( cui Onomarcho nomen erat ) quemadmodum Eumenem servari vellet; ut acerrimum leonem, respondit, aut ut ferocissimum elephantum. Paulatim vero ad misericordiam flexus, catenas graviores ei præcepit detrahi, & puerum ex familia ejus ad eum admitti, ut ungeretur: permittitque amicis qui vellent, ut eum adirent & ferrent necessaria. Et licet filius quidem illius Demetrius, & Nearchus Creensis conservare studerent Eumenem: cæteri tamen fere omnes intercedebant suadebantque de medio tollendum. Antigonus tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, cum vereretur ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quemquam admitti; & quotidianum victum amoveri jussit: nam negabat se ei vim allaturum, qui aliquando fuisset amicus. Cumque duos vel tres dies fame fuisset fatigatus, & castra essent repente movenda; missus intro quidam, insciente Antigono, eum jugulavit. Corpus Antigonus, ob superiorem cum illo necessitudinem, amicis ejus sepeliendum tradidit: qui illud militari honestoque funere, comitante toto exercitu, cremaverunt: ossaque ejus, vasculo recondita argenteo, in Capadociam ad uxorem & liberos ejus deportanda curaverunt. [ *Diodor. Olymp. 116. ann. 1. Plutarch. & Emil. Prob. in Eumene.* ]

Antigonus reducto in Mediam universo exercitu, reliquam hyemem in pago quodam non procul Ecbatanis transiegit: militemque per totam huc illuc Sattapiam distribuit, & maxime in præfecturam quæ Rages ( à *ῤῥῆγ*, quod terræ motibus hic urbes complures & pagi 2000. conruerint; ut, ex Possidonio, refert Strabo, lib. 11. pag. 514. ) nomen obtinuit. Ubi cum Pithonem Medie satrapam complures militum in hibernis, qua promissis qua etiam donis, sibi devinctos reddere & ad defectionem pellicere cognovisset; dissimulatione usus, tumorem spargi curavit, se Pithonem cum sat valido ad defensionem exercitu superioribus provinciis satrapam esse relicturnum. Literis quoque ad eum scriptis contendit, ut quamprimum ad se veniat; quo coram de necessariis inter se collocuti, propediem ad mare descendant. Quibus & consimilibus aliis literis ab amicis datis deceptus Pitho, qui in extremis Medie partibus hyberna tunc habebat, ad Antigonum se contulit. Qui eum nactus, in consensu ejusdem consilii participum actionem illi intendit: ac facili negotio condemnatum illico necavit. [ *Diodor. ut sup.* ]

c. Antigonus, coacto in unum locum exercitu, Sattapam Medie designavit Oronotobatem Medum, ducem vero exercitus Hippostratum, qui 3500. pedites habebat peregrinos. Ipse assumptis copiis Ecbatana progressus est: ubi argenti non signati quinque talentum millibus receptis, in Persidem contendit. Adscensus autem ille ad regiam usque; quæ Persepolis vocatur, dierum erat 20. circiter. [ *Ibid.* ]

Interea dum iter facit Antigonus Pithonis amici & molitionis consortes, quorum nobilissimi

Anno  
Mundi.

Meleager & Menætas erant, dispalantes Eumenis & Pithonis familiares, circiter 800. equites, congregant: initioque Medorum: qui simul desciscere nolebant, agros populantur. Deinde Hippollati & Orontobatis castra noctu invadunt. Nec multum aberat, quin conatus successum habuisset: sed multitudine superati, cum militum quosdam ad communem pellexissent defectionem, retrocesserunt. Qui vero expediti erant, omnesque equis utebantur; ex improvise fecerunt incursionem, & magnam in terra consternationem excitarunt. Sed aliquanto post in locum præcipitiis circumdatum inclusi, partim cæsi, partim capti sunt. Ductores autem, Meleager & Cranes Medus, & de nobilioribus quidam alii, inter resistendum occubuerunt, [ *Ibid.* ]

Quamprimum in Persiam venit Antigonus, regio ab incolis honore affectus est; ut qui contra controversiam jam Asia esset dominus. Ibi convocato amicorum senatu, de Satrapiis consilia tractavit. Carmaniam Tlepolemo, Bactrianam Stasanori, Paropamisum Oxyartæ Rhoxanes patri, unde avelli illos facile non potuisse putabat, retinendam permisit. In Ariam Evitum: eique brevi post mortuo Evagoram suffecit, virum ob fortitudinem & prudentiam admirandum. [ *Ibid.* ]

Ex Atachosia Antigonus Sybertium bene ipsi cupientem accersens, in Satrapia sua confirmavit: eique Argyraspidum, qui Eumenem dederant, mille turbulentissimos tradidit; verbo quidem ad usus belli, at reipsa ad interitum. Privatim enim injunxerat, ut paulatim ad eos belli usus ipsos amandaret, in quibus perituri essent: ne quis eorum in Macedoniam rediret, vel mare Græcum aspiceret. [ *Diodor. ibid. cum Plutarcho, in fine Eumenis, & Polyano lib. 4. Stratagem.* ]

Videns Antigonus in magna apud Persas gratia esse Peucestam, satrapiam ante omnia illi ademit. Hoc indigne ferentibus indigenis, quum Thespias quidam ex illustrissimis unus liberius contradiceret, non admissus imperium alterius Persas; huic vitam ademit. Asclepiodorum vero, mediocri instructum manu, Persia dedit præfectum; Peucestamque ad spes alias translatum, & vana arreptum persuasione, è regione eduxit. [ *Diodor. ibid.* ]

Dum Antigonus iter Sula versus habet, Xenophilus opes Susianas in potestate habens ad Pasitigim illi occurrit: quem Seleucus ad omne imperatum faciendum miserat. Hunc susceptum inter summos se colere amicos simulabat: ne mutato animo rursus ipsum excluderet, metuens. Ipse, occupata Susorum arce, vitam inibi auream, operumque copiam, ad 15. millium talentum æstimationem, nactus est. Conflata ipsi etiam alia pecuniarum vis è coronis, cæterisque donis & spoliis, ad quinque talentum millia; & totidem per Mediam collecta, præter Susianos thesauros: ita ut in summa 25. millia talentum conficerentur. [ *Id. ibid.* ]

d. Antigonus Susianæ præfectum reliquit ex indigenis quendam Alpisam. Ipse pecunias omnes ad mare deportare constitutum habens, vehiculis & camelis operam dabat comparandis: easque secum asportans, Babyloniam versus cum exercitu perrexit. [ *Diodor. Olymp. 116. ann. 2.* ]

Cum dierum 22. spatio Babylonem attigisset, Seleucus regionis satrapes regalibus Antigonum donis honoravit; exercitumque universum convivio exceperit. Ibi quum Seleucus multasset quendam è ducibus, non communicato cum Antigono consilio; indignatus ille, rationes ab eo poposcit proventuum & pecunie publicæ. Seleucus se non obstrictum esse ad reddendas de hac regione rationes, quam Macedones ob navatam vivente Alexandro operam sibi dederint, respondit. Dissidio in dies gliscente, Seleucus Antigono imparem se esse videns, veritusque ne ipsum (ut Pithonem Mediæ satrapam) è medio tolleret; cum 50. equitum comitatu, ad Ptolemæum in Ægyptum secessit. Hujus enim benignitas, & erga confugientes ad ipsum humanitas, ubique pervulgata erat. [ *Id. ibid. & Appian. in Syriac. pag. 121.* ]

Latitia exultanti Antigono, quod non coactus amico vim inferre, sine sanguine & sudore Babyloniam recepisset, Chaldæi responderunt; si dimitteretur Seleucus, futurum ut Asia tota in potestatem illius veniret, & Antigonus ipse acie cum illo congressus vitam suam finiret: unde facti pœnitens, qui persequerentur hominem, misit. Verum hi aliquo usque progressi, negotio infecto redierunt. [ *Diodor. ibid.* ] Antigonus vero Bitorem Mesopotamiæ præfectum, quod Seleucum abeuntem transmisisset, magistratu amovit. [ *Appian. ibid.* ]

1690 Seleucus in Ægyptum elapsus, omnibus humanitatis officiis à Ptolemæo exceptus est: apud quem acerbe aculato Antigono, Ptolemæum ad bellum cum eo gerendum accendit. [ *Diodor. ibid. cum Pausania in Attic. pag. 5.* ]

Seleucus amicorum quosdam in Europam misit; qui Cassandrum in Macedonia & Lyfimachum in Thracia imperantem ad inimicitias cum Antigono suscipiendas incitarent. Cujus propositum ex verisimilibus conjecturis assecutus Antigonus, missis ad Ptolemæum, Lyfimachum & Cassandrum legatis, ut pristinam secum amicitiam conservare vellent rogavit. [ *Diodor. ut sup.* ] Sed Seleuci opera est effectum, ut inter ipsum & Ptolemæum, Lyfimachumque & Cassandrum, contra Antigonum fœdus iniretur. [ *Appian. ut sup.* ]

Antigonus, satrapa Babylone creato Pithone qui ex India venerat, promotis castris iter Ciliciam versus intendit. Ubi Mallon (in Cilicia) perventum est; in hyberna exercitum distribuit, jam post occasum Orionis (mense Novembri Juliano.) Pecunias etiam in Quindis decem millia talentum accepit. Ex annuis præterea redditibus undecim millia talentum ei collecta erant. [ *Diodor. ibid.* ]

Jamque in Superiorem Syriam movebat Antigonus, cum legati à Ptolemæo, Lyfimacho & Cassandro advenere. Qui introducti ad consessum postulabant, ut Cappadocia Lyciæque Cassandro, Phrygia juxta Hellespontum Lyfimacho, Syria tota Ptolemæo, & Babylonia Seleuco traderetur: simulque pecuniæ publicæ, quas à pugna cum Eumene sibi vendicasset, cum ipsis cæterisque Macedonibus qui satrapias suas amiserant dividerentur. Quibus asperius ille respondens, se jam in Ptolemæici negotii apparatu esse dicebat; nec se in ejus belli præmia socios admitturum, in cujus periculum solus descenderat. [*Diodor. & Appian. ut supr. Justin. lib. 15. cap. 1.*]

Legatis re infecta regressis; Ptolemæus, Lyfimachus & Cassander societatem armorum inter se pacti, bellum tera marique enixe instruxerunt. [*Id.*] Antigonus quanta belli surgentis moles esset futura perpendens, nationes ac civitates principesque ad societatem invitavit. Ad reges Cypri Agesilaum, in Rhodum Idomenea & Moschionem, in Cappadociam nepotem ex fratre Ptolemæum cum exercitu, in Laconiam Aristodemum Milesium cum mille talentis ad conducendos milites, ablegavit. Ipse per universam Asiam, quam in potestate habebat, tabellarios disposuit: quorum opera celeriter omnia administraret. [*Diodor.*]

His expeditis, in Phœniciam movit Antigonus, copias etiam navales contrahere properans. Castris ergo ad Tyrum Phœnicæ positis, regulos Phœnicum & Syriæ præfectos accerens, ut suam ad naves compaginandas operam cum ipso conjungerent invitavit: quandoquidem totam Phœnicæ classem Ptolemæus haberet in Ægypto. His mandavit, ut 4,500,000. frumenti medimnos (tantus enim sumptus in annum fiebat) ocyssime præpararent. Ipse congregatis undique qui ligna cæderent & naves compingerent, materiam ex monte Libano ad mare deportandam curavit: cui decidendæ & dividendæ octo virorum millia, devehendæ autem mille jumenta operam locabant. [*Id.*]

His dum fungitur Antigonus, juxta mare castra habens, venit ex Ægypto Seleucus cum navibus centum regaliter instructis; & contemptim castra illius prætervectus est. Quod cum præfentes tum è civitatibus socios non parum turbavisset: bono eos animo Antigonus esse jussit, 500. se navibus hac ipsa ætate mare ingressurum confirmans. Interim Agesilaus legatione in Cypro functus aderat; quod Nicocreon cæterique regum potentissimi societatem cum Ptolemæo contraxerint, Cittiæus autem & Lapithius, Marius & Cerynites ad ipsius amicitiam se contulerint, renuncians. Quibus auditis, tria armatorum millia duce Andronico ad Tyri obsidionem reliquit Antigonus: ipse cum exercitu Joppen & Gazam, ad imperata contumaces, adortus, violenta eas manu expugnavit, & redactos in potestatem ibi Ptolemæi milites, in suos ordines distribuit: præsidio quoque in urbes introducto, quod ad imperata faciendum oppidanos coeret. Tum in pristina ad Tyrum castra reversus, necessaria obsidioni adornavit. [*Id.*]

Per hoc tempus Aristo, cujus fidei Crateri ossa credita fuerant, ad sepulchram illa tradidit Philæ Antipatri filię: quæ prius Cratero, tum vero Demetrio nupserat. Huic enim ut eam duceret pater Antigonus persuasit: averfanti ut ætate sibi non respondentem, sed majorem, Euripideo hoc in autem insufurrans.

*Ότι το κίβος, κατ' εἰς ἡμῶν.*

*Ubi lucrum suadet, relucetur licet*

*Natura, ducis conjungem.*

*ἡμῶν Ducas, pro σωτηρίῳ Σερβίῳ, scite subiecto. Hæc vero scæmina ingenio & prudentia excellere videbatur. Nam turbulentos in exercitu milites erga unumquemque sic uti par esset gerendo se, compescebat; pauperum sorores filiasque suis impensis elocabat, atque è periculis multos calumniis iniquis circumventos eripiebat. [*Id. cum Plutarcho, in Demetrio.*]*

Inter duces ab Antigono missos, Aristodemus in Laconiam transvectus, & conducendi militis copiam à Spartanis adeptus, è Peloponneso 8000. coegit: atque cum Polysperchonte & filio ejus Alexandro congressus, amicitiz scædere Antigono illos adstrinxit. Et Polysperchontem quidem Peloponnesi ducem creavit: sed Alexandro, ut ad Antigonum in Asiam trajiceret, persuasit. [*Diodor.*]

Ducum alter Ptolemæus cum exercitu in Cappadociam profectus, cum obsessam ab Asclepiodoro Cassandri præfecto Amisum offendisset, periculis illam exemit; & dimisso certis partibus Asclepiodoro, Sattirapiam recuperavit. Hinc per Bithyniam ducens, Zibyten Bithynorum regem in oppugnatione Astacenorum & Chalcedonenfium urbes occupatum inveniens, obsidionem solvere coegit: inique societate cum urbibus & Zibyte, postquam obsides accepisset, Ioniam & Lydiam versus movit. Ut enim ora isti quam celerrime auxilium ferret, quippe Seleuco classe illam petituro; scripserat Antigonus. Ad quæ loca ubi Seleucus appulit, Erythras circumfedit. Sed in propinquo hostem esse certior redditus, absque effectu inde solvit. [*Id.*]

Venerat interea Polyspercontis filius Alexander ad Antigonum. Ubi publica militum ac peregrinantium illic advocata concione, Cassandro actionem intendit seque Olympiadis mortem ab illo interfectæ ulcisci velle, & Alexandrum regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare, & Græcos omnes à præsidii illius immunes suo juri restituere, declaravit. Deinde Alexandrum, ad magnas in posterum spes excitatum, cum 500. talentis in Peloponnesum remisit. [*Id. cum Justino, lib. 15. cap. 1.*]

Antigonus, navibus è Rhodo accersitis & plerisque recens ædificatarum instructus, Tyrum contendit.

contendit. Cui dum maris imperio jam potitus frumenti importationem intercludit, ad gravif-  
simam obfessos egestatem adduxit. [*Diodor.*]

Ptolemæus Lagi filius, auditis quæ Macedones cum Antigono de libertate Græcis reddenda  
decrevisset, ejusdem sententiæ decretum etiam ipse scripsit: notum hoc fieri cupiens, se non  
minus Antigono libertatis Græcorum curam gerere. Suis etiam partibus adjunxit Cassandrum  
Cariæ satrapam, virum potentem, & qui non paucas sub imperio urbes tenebat. Et licet jam  
antea regibus in Cypro tria militum millia misisset; tamen nunc etiam decem alia militum  
millia cum Myrmidone Atheniensi, & Polyclitum cum navibus centum eodem misit; fratre  
Menelao omnium imperatore constituto. [*Id.*]

Hi transvecti in Cyprum, adjuncto illic cum classe Seleuco, in confessu quid factu opus sit  
deliberant. Placet tandem ut Polyclitus cum 50. navibus in Peloponnesum transgressus, Ari-  
stodemo & Alexandro & Polysperchonti bellum facessat; Myrmidon cum peregrino milite in  
Cariam eat suppetias allatum Cassandro satrapæ, quem Ptolemæus Antigoni dux armis impe-  
tebat: & Seleucus Menelausque in Cypro relictis cum Nicocreonte rege aliisque sociis, adver-  
sarios oppugnent. Divisis autem, ad hunc modum copiis, Seleucus Ceryniam & Lapithum  
expugnat: & pellecto in suas partes Stafæco Malensium rege, Amathusiorum principem ob-  
fides dare cogit. Citiorum vero urbem, cum adjungere illam sibi non posset, omnibus ad-  
motis copiis obsidet. [*Id. ibid.*]

Sub id tempus ex Helleponto Rhodoque naves 40. Themifone navarcho, ad Antigonom  
venerunt: alias itidem 80. Dioconides inde adduxit. Sed jam ante instructam habebat Antigo-  
nus classẽ ex compaginatis in Phœnicia 120. naves; adnumeratis quas ad Tyrum reliquerat.  
Ita ut in universum congregatas haberet 240. naves longas: inter quas tetraeres 90. penteres  
10. enneres 3. deceres 10. (24, 5, 9, 10. ordinibus remigum sic appellatæ) & 130. apertæ. Hac  
classẽ divisa, 50. naves in Peloponnesum misit: cæteris Dioconidum, suam ex fratre ne-  
potem, præfecit; cum mandato, ut huc illuc navigando socios tutaretur, insulasque nondum  
societati ipsorum addictas, partibus suis conciliaret. [*Ibid.*]

Polyclitus Seleuci legatus, è Cypro transmittens, Cenchreas (Corinthiorum navale) appu-  
lit. Ubi cum Alexandrum Polysperchontis filium ab Antigono ad Cassandrum descivisse didi-  
cisset, nihil copiarum hostilium videns, Pamphyliam versus navigationem intendit. Inde  
Aphrodisiadem Ciliciæ devectus, audit Theodotum Antigoni navarchum ex Patari Lyciæ  
cum classẽ Rhodia, ex Caria remiges habente, prætervehi; & Perilaum cum agmine terrestri  
classis in litore comitari, ad tutum illis iter præbendum. Utrosque igitur vafre decepit. Ex-  
positum enim militem opportuno abscondit loco, qua hostes transire necessum erat: ipse cum  
tota classẽ eo delatus, cum promontorium sibi objecisset, accessum hostis observat. Peditatus  
ibi primus in insidias incidit; Perilaus capitur; alique inter dimicandum partim cadunt, partim  
vivi in hostium manus veniunt. Dumque classiarum auxilio suis venire conantur, Polyclitus  
repente ordinata invectus acie, hostem perturbatum facile in fugam vertit. Idcirco evenit, ut  
naves universæ, nec exiguus virorum numerus caperetur: inter quos fuit etiam Theodotus  
ipse, vulneribus confectus, qui post paucos dies obiit. [*Ibid.*]

Polyclitus citra periculum tanto usus successu, in Cyprum, atque inde ad Pelusium renavi-  
gavit. Quem laudatum Ptolemæus donis ingentibus honestavit, atque victoriæ insignis autho-  
rem longe amplius provexit: Perilaum vero ac de cæteris captivis quosdam, cum Antigoni  
legatio propter illos venisset, solvit. Ipse dehinc ad Ecregma (quod vocatur) profectus, col-  
loquium cum Antigono habuit: sed non concedente Antigono quæ postulabat, rursus discessit.  
[*Ibid.*]

Cassander ex Macedonia exercitum in Cariam misit: tum ut urbibus Ptolemæo & Seleuco  
ibi confæderatis opem ferret; tum ut mature Antigonom distraheret, ne ocium transmitten-  
di in Europam haberet. Hujus agminis duces, Cassander (Cariæ satrapes) & Prepelæus, au-  
dientes Ptolemæum Antigoni præfectum copias in hyberna distribuissẽ, ipsumque in sepultura  
patris occupatum; Eupolemum ad Caprima in Caria hostibus insidiatum misere, 8000. pediti-  
bus & 2000. equitibus adjunctis. Sed Ptolemæus, hostium consilio per transfugas explorato,  
ex proxime hyemantibus pedites 8300. & 600. equites evocavit: atque mediam circa noctem  
insperato vallum hostis adortus, cum sine excubiis in somnum effusus obruisset, tum Eupole-  
mum ipsum cepit, tum ad deditionem milites adegit. [*Diodor. Olymp. 116. ann. 3.*]

Antigonus Asiam sibi vindicare Cassandrum videns, filium Demetrium in Syria cum manda-  
tis reliquit, ut Ptolemæanos, quos cum exercitu in Syriam progressuros suspicio erat, insidiis  
exciperet. Peditum ex peregrinis 10. millia, ex Macedonibus 2. millia, Lycios insuper & Pam-  
phylios 500. sagittariosque ac funditores ex Persia 400. quinque etiam millia equitum, & supra  
40. elephantos cum eo remanere jussit. Quatuor consiliarios illi adjunxit, Nearchum Creten-  
sem, Pithonem Agenoris filium, qui paucos ante dies Babylone venerat, Andronicum Olyn-  
thium & Philippum: viros ætate provectos, qui militiæ Alexandri per totam expeditionem so-  
cii fuerant. Nam juvenis adhuc erat Demetrius, annos tantum 22. natus. [*Id. ibid.*]

Ipse Antigonus, cæteris apud se copiis retentis, dum Taurum superare nititur, in magnam  
viã nivium incidit, nec parvam militum jacturam fecit. Ideo retro in Ciliciam reversus, alian-  
que nactus opportunitatem, minori incommodo montem illum transcendit; & ad Celænas  
Phrygiæ progressus, in hyberna exercitum distribuit. [*Id. ibid.*]

Tyrus, per annum & tres menses obsidione fortiter tolerata, sub conditione Antigono dedita est: Ptolemæanis cum rebus suis abire permittis. Præsidii vero ad urbem tuendam introducti dux mansit Andronicus. [*Id. ad Olymp. 116. ann. 2. & 117. 1.*]

Medius cum classe cui præerat à Phœnicia ab Antigono accersitus, Pydnæorum naves 36. forte illi occurrentes prælio subactas una cum viris in potestatem redegit. [*Id. Olymp. 116. ann. 3.*]

Callander (Cariæ latrapes) mole belli gravatus, cum Antigono hac conditione transegit; ut milites omnes Antigono traderet, & Græcis urbibus juris sui libertatem concederet, ac Satrapiam quam prius habuerat tanquam donum retineret, firmus Antigono deinceps amicus. Horum causa, obsidem illi fratrem Agathonem dedit. Sed post dies non multos, cum pactorum illum pœneret, fratrem à custodia surripuit; & legatione ad Ptolemæum & Seleucum missa, ut quam primum sibi auxilia ferrent, contendit. Quod indignissime ferens Antigonus, terra marique copias ad liberationem urbium misit; & classi Medium navarchum, terrestri autem agmini Docimum imperatorem præposuit. Hi ad urbem Milesiorum profecti, cives ad libertatem invitant, arcem præsidio munitam expugnant, legesque suas reipublicæ restituant, [*Id. Olymp. 116. ann. 4.*]

Hic dum illi occupantur, Antigonus Tralles expugnat, & Caunum progressus, accersita classe, etiam hanc urbem capit, præter arcem. Quam vallo cinctam, ex qua parte invadi poterat, continuus assultibus impetit. Missus erat cum sat valida manu Ptolemæus Iasum urbem. Is cum Antigono se conjungere cogitur. Et hæc tum Cariæ urbes in ditionem Antigoni venerunt. [*Id. ibid.*]

3692

Cyrenæi à Ptolemæo deficientes, arcem veluti jamjam præsidium ejectioni obsident. Cumque legati ex Alexandria illuc missi, ut ab obsidione desisterent, hortarentur; capite illos multant; & obsidionem majore contentione urgent. His graviter commotus Ptolemæus, Agim ducem cum terrestri illuc exercitu mittit; classem etiam in subsidium belli, Epæneto prætore, expedit. Agis itaque bellum adversus defectores strenue persequens urbem vi subigit; aurorefque defectionis in vincula compactos Alexandriam mittit, cæteris vero arma demit. Hinc civitatis rebus prout commodum ei videbatur constitutis, in Ægyptum redit. [*Id. Olymp. 117. ann. 1.*]

4402

311

Ptolemæus, ubi Cyrenes negotium ex animi sententia successerat, in Cyprum adversus reges imperium detrectantes ex Ægypto cum exercitu trajecit: & Pygmalionem cum Antigono per legatos agentem nactus, è medio sustulit. Tum Praxippum Lapithiæ regem & Ceryniæ principem de alienatione suspectum comprehendit. Stasicecum præterea cepit Mali regulum; eversaque urbe incolas Paphon transfudit. Quibus peractis, Nicocreontem Cypro ducem imposuit; urbemque ac reditus ejectionum regum illi attribuit. Ipse cum exercitu in superiorem Syriam transvectus, Posideum & Potamos Carum expugnatas diripuit; expeditoque cursu in Ciliciam provectus Mallum cepit, & deprehensos in urbe sub hasta vendidit. Finitimam insuper regionem devastavit: & ditato emolumentis exercitu, in Cyprum renavigavit. [*Id. ibid.*]

Demetrius Antigoni filius in Cæle-syria interim subsistebat, copiis Ægyptiorum imminens. Ubi vero de captis urbibus audivit, Pithonem illis in locis cum imperio reliquit; elephantis & gravis armaturæ ordinibus ei traditis. Ipse equitatu ordinibusque ferentiorum assumptis, subitis itineribus Ciliciam versus perrexit ut periclitantibus opem ferret. Sed cum tardius quam opportunum esset, post hostium inde discessum, venisset; citato in castra rediit equis in itinere plerisque amissis. Intra dies enim sex à Mallo 24. stathmos confecit: ita ut propter immodicos labores, neque cacularum neque equisonum quisquam subsequi posset. [*Ibid.*]

Ptolemæus, quum eum quem volebat progressum res habuissent, tunc quidem in Ægyptum regressus est. Sed non diu post à Seleuco instigatus, propter inimicitias cum Antigono, in Cæle-syriam movere & cum Demetrio configere decrevit. Quamobrem copiis undique contractis, ab Alexandria ad Pelusium movit, 18000. habens in peditatu, in equitatu 4000. quorum alii Macedones, alii conductitii erant. Ægyptiorum multitudo partim tela cæteraque impedimenta gestabat, partim armis ad pugnam ulum instructa erat. A Pelusio deserta emensus, prope hostes ad vetustam Syriæ Gazam castra posuit. Ita etiam Demetrius ex hybernis undique evocatis in Gazam veterem militibus, hostis adventum præstolabatur. [*Ibid.*]

Olympiade CXVII. Ptolemæus Lagi vicit in Gaza prælio Demetrium Antigoni, Poliorcetem cognominatum: ut habet Castor chronographus. [*apud Joseph. lib. 1. contr. Apion. pag. 1048.*] Cujus prælii plenior apud Diodorum Siculum extat descriptio, in ejusdem Olympiadis historia: ubi ex Demetrianis supra 8000. captos fuisse narrat, occisos vero supra 500. (5000. ex Plutarcho legendum) quorum magna pars equites fuerint, præcipuæ nobilitatis viri. Inter amicos vero qui ceciderant, illustrissimos fuisse notat, Pithonem, æquali cum ipso Demetrio functum imperio; & Bæotum, qui longo tempore cum patre Antigono vixerat, & omnis arcani particeps.

Ptolemæus & Seleucus urbe Gaza potiti sunt. Demetrius contento itinere Axotum pervenit circa medium noctis, 270. stadia emensus. Hinc præconem de recuperandis ad sepulturam cadaveribus misit: quam Ptolemæus & Seleucus non solum concesserunt; sed tabernaculum insuper & regiam suppellectilem cum amicis & toto famulitio absque lytris remisferunt; generoso adjecto dicto, Non de præda sed de dignitate & imperio iniisse se certamen. [*Diodor. Plutarch. in Demetr. Justin. lib. 15. cap. 1.*]

Demetrius,

Demetrius, quod iustus ad resistendum copiis destitueretur, misso ad patrem (qui tum in Phrygia agebat) tabellario, ut quam celerissime suppetias ferret, postulavit. Ipse vero Tripolin Phœnicæ ingressus, milites è Cilicia, & alios, quicumque vel urbes vel castella ab hoste longius remota custodiebant, evocavit. [Diodor.] Antigonus pugna nuntiata, Ptolemæum imberbes ait nunc vicisse, sed iterato dimicaturum cum viris. Ne animum autem infringeret filii, petenti de integro per se præliari non prohibuit, sed concessit. [Plutarch. in Demetr.]

Ptolemæus in Ægyptum captivos milites misit, in classis præfecturas huc illuc distribuendos. Ipse, quum cæsis in pugna omnibus exsequias peregrisset magnificas, Phœnicæ urbes cum exercitu invasit; alias obsidendo, alias persuadendo sibi adjungens. Post receptam Sidonem, prope Tyrum castrametatus, Andronicum præsidii ducem de tradenda urbe sollicitavit; præmia cum honoribus ampla illi promittens. Qui nullo se modo fidem, quam Antigonus & Demetrius ipsi haberent, proditurum respondens; gravissimis Ptolemæum convitiis incescit. Sed aliquanto post, cum perfidionem militum in hostis manus venisset; præterita injuriæ memoria, muneribus affectum Ptolemæum inter amicos cooptavit, & honorifice provexit. [Diodor.]

Seleucus acceptis à Ptolemæo peditibus mille (ut ait Appianus: non plures enim quam 800. habet Diod.) & 200. equitibus, cum tantillo exercitu ad Babyloniam satrapiam recuperandam properavit. Quum in Mesopotamiam pervenisset, Macedonum qui Carrhis confederant alios suadendo pellexit, alios vi compulsi ad ejusdem militiæ societatem. Simulac vero Babyloniam ingressus fuit, complures incolarum ei occurrebant, & ad sociati, quicquid ei visum foret communi se opera facturos pollicebantur. Adjunxit se illi etiam Polyarchus, administrationis quoddam munus gerens, cum amplius mille armatis. Cæterum qui amicitiam cum Antigono tuebantur, ubi multitudinis impetum cohiberi non posse vident, in arcem cui Diphilus custos impositus erat confugiunt. Hujus oppugnationem instituit Seleucus: eaque per vim capta, pueros & amicos illic aservatos (quos, post discessum illius ex Babylone in Ægyptum, in custodiam tradiderat Antigonus) inde eripuit. His autem confectis, milites conscribit, & equos à se coemptos iis qui uti possent tradidit. Dumque in congressibus humanum se omnibus præbet, paratos & alacres ad quemvis eventum periculorum locios sibi conciliat. Hoc itaque modo Seleucus Babyloniam recuperavit. [Diod. cum Appiano, in Syriac. pag. 122.]

Contra eum Nicanor, cui Antigonus Mediæ satrapiam commiserat, peditum supra 10. & equitum 7. millia è Mediæ Persiæque & finitimis locis eduxit. Cui occurrit Seleucus, habens in universum aliquanto plus tribus millibus peditum, & equites 400. Transgressus autem Tigrim fluvium, quum paucorum via dierum hostes abesse audiret; milites in paludibus propinquis occultavit, nec opinantes opprimere constitutum habens. Nicanor, quum promotis ad Tigrim signis hostes non inveniret; prope stathmum quandam regium castris locum delegit, longius illos fugisse opinatus. Nocte insequente dum contemptu hostis Nicanor excubias negligentius ageret; Seleucus derepente illum adortus, tumultum ac pavorem magnum excitavit. Persis enim pugnam conferentibus, accidit, ut tum Euager satrapes illorum, tum alii duces caderent. Post quem eventum major pars militum, quod & periculum extimescerent & administratione Antigoni offenderentur, ad Seleucum transitionem fecerunt. Nicanor autem cum paucis relictus, quum ne hostibus traderetur formidaret, cum amicis per deserta fugit. [Diodor.]

Ita valido potitus exercitu Seleucus, dum & humanum se omnibus præstat, facile Susianam & Mediæ & nonnulla de conterminis locis ditioni suæ adjecit. Ac de rebus à se gestis ad Ptolemæum ceterosque amicos perscripsit; jam regiam majestatem & gloriam principatu dignam consecutus: ut in rerum anni Olympiadis CXVII. enarratione refert Diodorus Siculus, Unde ab eo anno & initium principatus Seleuci deducit Eusebius, indidemque & Edessenos sua tempora & Græcorum regnum Maccabæorum notat supputare historiam. Et sane ab autumno hujus anni, id est, Septembri vel Octobri anni Periodi Julianæ 4402. secundi Maccabæi libri collector suos Græcorum annos, Hebræi *eram Contraëctuum*, Edesseni & reliqui Syri suam Seleucidarum epocham, atque Arabes *Alexandri Dhilkarnain* quos vocant annos dinumerant. A præcedente tamen vere Græcorum annos primi libri Maccabæorum scriptor, à subsequente Chaldæorum annos in magna Syntaxi auspicatur Ptolemæus Alexandrinus.

Ptolemæus Lagides in Cœle-syria subsistens, ex amicis quos secum habebat Cillen Macedonem magnis cum copiis adversus Demetrium in Syria superiore castra habentem misit; ut totâ Syriâ eum expelleret, aut velut indagine comprehensum contereret, imperans. Demetrius à speculatoribus certior factus Cillen ad Myuntem negligenter castra metatum; impedimentis relictis, cum militum expeditissimis secum raptis, contentum noctu iter fecit: & repentino insultu circa matutinas excubias non expectantem perculit, atque castra cum ipso cepit duce. Milites 7000. vivos in potestatem redegit, ac permagna præda potitus est. Quia tamen Ptolemæum cum toto exercitu contra se venturum existimabat; ita castra fecit, ut paludes & lacus pro munimine illorum haberet. [Diodor. Olymp. 117. ann. 1. & Plutarch. in Demetr.]

De felici ejus pugnae successu ad Antigonum, qui Celenis tum in Phrygia versabatur, scripsit Demetrius; invitans ipsum, ut vel exercitum quam ocysime mitteret, aut ipse Syriam adiret. Qui redditus literis gavisus fuit oppido, quod filius adhuc juvenis & suo rem ductu prospere gessisse videretur, & dignum se regno ostenderet. [Diodor.] Demetrius vero, patre annuente, Cillen ducem & amicos ejus ad Ptolemæum remisit; parem priori ipsius munificentiae gratiam rependens. [Plutarch.]



Antigonus, copiis assumptis, è Phrygia movit; & Tauro intra paucos dies superato, cum Demetrio castra adunavit. Ptolemæus vero cognito Antigoni adventu, ex Ducum consilio excedendum esse è Syria iudicans; præcipuas urbes à se occupatas, ut Acen Syro-phœnicæ, & Joppen Samariamque & Gazam Syriæ, destruxit. Tum receptis ad se copiis & opibus quæ agi terrique poterant, in Ægyptum remeavit. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 1.*]

Multi hominum cognoscences mansuetudinem & clementiam Ptolemæi, cum eo proficisci in Ægyptum & rebus communicare voluerunt. Quorum unus erat Ezechias *ὁ ἄγριος* (secundanus fortasse Pontifex: nam summus tum erat Omias I.) Judæorum: homo ætate quidem quasi 66. annorum, dignitate vero apud contribules magnus, dicendique facultate & rerum usu pol- lens. Hæc & alia plura de Ezechia, qui cum eo apud Ptolemæum hoc tempore consuetudinem habebat Hecateus Abderita, in peculiari quem de *Judæis* conscriptis libello: ubi & de altero Judæo sibi cognito, Mofollamo sive Meshullamo nomine, aliam ita narrat historiam.

„ Eunte me ad mare rubrum, una secutus est quidam cum aliis equestrium Judæorum nos de-  
„ ducentium, nomine Mofollamus, vir animosus; inter omnes sagittarios Græcos & Barbaros  
„ optimus. Is igitur multis in itinere progredientibus, & quodam vate augurium captante &  
„ petente ut cuncti starent, interrogavit cur substissent omnes. Ostendente vero ei vate avem  
„ quam intuebatur, atque dicente, quod si quidem expediret eis ut manerent omnes, staret  
„ avis, si vero surgens antierius volaret, procederent, si vero post tergum iret, recedere cunctos  
„ oporteret: rursus tacens, arcumque trahens, sagittam emisit, & avem percussam interemit.  
„ Indignantibus vero vate & quibusdam aliis, & maledicentibus ei: Quid furitis, inquit, in-  
„ faustissimam avem fumentes in manum? Hæc enim suam salutem nesciens, de nostro itinere  
„ nobis prosperitatem potuit indicare? Si enim præscire futura valuisset, in hunc locum nequa-  
„ quam venisset, metuens ne sagitta à Mofollamo Judæo periret.

Ex eodem etiam libro de Judæis alia complura, in lib. 1. contra Apionem, Josephus repetit: Sacerdotum quoque numerum, qui decimas accipiunt & universa in communi gubernant, circa 1500. tunc fuisse, inde referens. Et Demetrius Phalereus in epistola ad Ptolemæum Philadelphum (apud Aristeam in libello de LXX. interpretibus & eundem Josephum lib. 12. Antiquit. cap. 2.) causam ex eo reddit, cur nullus vel Poeta vel Historicus sacrorum librorum, aut virorum qui juxta eorum præscriptum res suas administraverunt, mentionem fecerit: quia sanctam nimirum quandam & venerandam contineant in se sententiam; profano ore nequaquam temerandam.

Antigonus, cum citra periculum Syriam totam Phœniciamque recuperasset, in regionem Arabum qui Nabatæi vocantur expeditionem suscepit. Hanc enim gentem cum rebus suis parum æquam esse judicasset; ex amicis suis Athenæum designavit, traditis illi armaturæ levioris 4000. pedibus, & equitibus idoneis ad cursum 600. mandato dato, ut subito Barbaros invadat, & omnem illis prædam adimat. In propinquo tum erat celebris conventus quo finitimi partim merces suas venditum, partim aliquid rerum utilium sibi mercatum, confluere solebant. Ad hunc Nabatæi etiam profecti erant; relictis in rupe quadam opibus & viris senio confectis, una cum liberis & uxoribus, Athenæus, tempore hoc observato, celeriter ad Petram cum expedita manu contendit; & ab Idumææ provincia tridui & trinoctii spatio 2200. stadia emensus, sub noctem intempestam, insciis Arabibus, Petram occupavit. Milites continuo quos ibi deprehenderant partim occidunt, partim capiunt, quosdam fauciatos relinquunt; thurisque & myrrhæ partem maximam cum talentis 500. convalatam auferunt. Nec ultra vigiliæ tempus commorati, quod persecutionem Barbarorum metuere, protinus revertuntur; & 200. itinere stadiorum confecto, defatigati castra faciunt: excubias locorditer administrantes, quod intra duos aut tres dies hostem illuc pervenire non potuisse existimarent. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 1.*]

Arabes ab iis qui exercitum viderant certiores facti, extemplo relicta Panegyri ad Petram veniunt: ubi à faucis de rebus quæ contigerant edocti, omni festinatione Græcos persequuntur. Et quia milites Athenæi in tuendis castris negligentius agebant, & propter lassitudinem oppressi erant somno, captivorum quidam clanculum aufugere: per quos exploratis hostium rebus, circiter vigiliam tertiam castra invadunt, numero existentes octo millibus haud pauciores; & plerosque in lectis adhuc jacentes mactant, experrectos autem & arma capessentes transfigunt. Ad extremum pedites universi occumbunt; & equitum circiter 50. evadunt, majori ex parte faucii. Deinde facultatibus suis recuperatis Nabatæi in Petram revertuntur: & epistola ad Antigonum literis Syriacis scripta, Athenæum criminantur, se vero purgant. Quibus rescribens Antigonus, justam eos vindictam exercuisse dolose professus est, & inculato Athenæo, præter mandata incurfionem hanc ab eo factam asseveravit. [*Id. ibid.*]

Antigonus, cum pro amico Barbarorum ad tempus se gessisset, ex toto exercitu 4000. pedites; qui & leves armis & ad cursum apti essent, cum pluribus quam 4000. equitibus, delegit; quibus imperavit, ut ad complures secum dies cibos ignis haud indigentes ferrent: Demetriumque filium Ducem eorum constitutum sub primam vigiliam misit; cum edicto, ut quocumque posset modo Arabes ulcisceretur. Is triduum per avia iter faciens, clam Barbaros opprimere festinabat. At speculatores ingressu hostilis exercitus animadverso, facibus Nabatæis rem significant. Festinanter itaque Græcos adventare opinati, in Petram (ad quam unus tantum aditus manu factus tendebat) facinis depositis, custodiam illi validam præferunt: ipsi vero

prædam

prædam inter se partiti, alii alio in deserta greges abegerunt. Demetrius ubi ad Petram pervenit, translatamque prædam animadvertit; continenti oppugnatione castellum tentavit. Sed cum inclusi fortiter repugnarent, & propter altitudinem locorum facile superiores essent, certamine ad vespæram usque continuato, receptui signum datum est. Pace deinde cum Nabatæis inita, Demetrius acceptis obsidibus donisque de quibus convenerat, à Petra discessit; stadiaque 300. eminentius, juxta lacum Asphaltitem castra posuit. [*Id. ibid.*] Plutarchus, ingenti capta præda & 700. camelis recepisse se, scribit.

Antigonus, cum Demetrius ad ipsum reversus singula quæ gesserat exposuisset, ob pacificationem cum Nabatæis illum reprehendit; Barbaros impunitos dimissos, multo confidentiores evasuros dicens. Quod autem lacum Asphaltitem contemplatus regno proventum aliquem reperisse videretur, eum laudavit: & procuratorem illius fecit Hieronymum Cardianum historicum (quem ab Antigono Syriæ præfectum fuisse, in lib. i. contra Apion. notat Josephus; & quod Judæorum in Historia sua non meminisset, merito incusat, quum pene in ipsis locis egerit.) Huic imperatum erat, ut navigia construeret, exceptumque è lacu bitumen omne in unum congereret locum. Sed Arabes ad 6000. congregati, inque ratibus suis aggressi eos qui in navigiis versabantur, missilibus prope omnes confixerunt. Quo factum, ut spem redituum illorum Antigonus omitteret. [*Diodor.*]

Antigonus, acceptis à Nicanore Mediæ duce aliisque satrapis de successibus prosperis Seleuci literis, Demetrium filium misit cum peditibus Macedonicis 5000. mercenariis 10000. & equitibus 4000. cum mandato; ut ad Babylonem usque adscenderet, & recuperata satrapia, celeriter ad mare descenderet. Qui Damasco Syriæ egressus, patris mandatum studiose executus est. At Patrocles, à Seleuco Babylonis præfès datus, postquam Mesopotamiæ hostes imminere cognovit, adventum illorum, quod paucos circum se haberet, expectare non ausus, ceteros ut urbe excederent jussit: horumque alii, Euphrate relicto, in deserta fugerent; alii superato Tigri, in Sufianam & ad mare Persicum fugerent. Ipse cum adjuncta manu, fluminum & fossarum objectu loco propugnaculorum se tutans, in Satrapia versatus est; tum insidias hosti moliens, tum ad Seleucum in Mediam de iis quæ subinde fierent missitans, eumque ad ferendum celeritè suppeticas exhortans. [*Id.*]

Demetrius, ubi Babylonem pervenit urbemque reperit desertam, arcium oppugnationem aggressus est: captamque alteram militibus diripiendam concessit, ejectoque inde Seleuci præsidio, suum ibi septem millium militum imposuit. Altera per dies aliquot obfessa, cum tempore indigeret, Archelaum ex amicis unum ad obsidionem reliquit; 5000. peditibus & 1000. equitibus illi traditis. Ipse quum tempus jam excurreret quo ut hanc expeditionem conficeret injunctum erat, quacunque ex illa provincia rapere possent in prædam suam vertere militibus jussis, ad mare descendit: firmius Seleuco relinquens imperium) quippe qui cedere videretur, dum vastat quasi jam non suum. [*Id. cum Plutarcho, in Demetrio.*] Unde & ab hoc tempore Chaldæis suam Seleucidarum æram inchoare visum fuit.

Ad mare regressus Demetrius Halicarnassum, quam obsidebat Ptolemæus, celeriter succurrens liberavit. [*Plutarch. in Demetrio.*]

Cassander, Ptolemæus & Lyfimachus pacem cum Antigono fecerunt; scripta etiam formula pactorum, in hanc sententiam. Ut Cassander summus Europæ dux esset, donec Alexander è Rhoxane ad maturam ætatem pervenisset. Lyfimachus Thraciam in potestate haberet. Ptolemæus Egypto & conterminis in Lybia & Arabia urbibus imperaret. Antigonus toti Asiæ præfès, Græciæque suis legibus viverent. Non tamen diu his pactis steterunt: sed unusquisque probabiles captans prætextus, subinde plura acquirere nitabatur. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 2.*]

Cassander quum Alexandrum Rhoxanes adolescere videret, & sermones per Macedoniam à quibusdam spargerentur, decere ut puero è custodia producto regnum paternum traderetur: sibi ipsi metuens, Glauciæ custodia præfecto imperavit, ut Rhoxanem obtruncaret, cum rege; & cadaveribus occultatis, factum nemini enunciatet. [*Id. ibid.*]

Parysades Bosphori Cimnerii rex, post annos 38. defunctus, filio natu maximo Satyro imperium reliquit: quod 9. tantum menses ille obtinuit. [*Id. ad Olymp. 117. ann. 3.*]

1694

In Peloponneso dux Antigoni Ptolemæus, ab eo ad Cassandrum deficiens ad quandam ex fidelissimis amicis Phœnicem, cui procuratorem satrapie ad Hellepontum ille reliquerat, milites transmisit: utque castella & urbes tueretur, neque Antigoni deinceps auctoritatem sequeretur monuit. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 3.*]

4404 310

Ptolemæus Egyptius Antigonum criminatus, quod contra commune ducum fœdus urbes Græcorum nonnullas præsidii munivisset, missis cum Leonide præfecto copiis, asperæ Ciliciæ urbes Antigono subjectas potestatis suæ fecit. Ad urbes etiam Cassandro & Lyfimacho additas rogatum misit, ut suam amplexæ sententiam, ne cresceret potentia Antigoni prohiberent. [*Id. ibid.*]

Antigonus natu minorem filium Philippum cum Phœnicæ & defectoribus belligeratum ad Hellepontum misit: sed in Ciliciam Demetrium. Qui militiæ suæ munus strenue exsequens, & Ptolemæi duces vicit, & urbes recuperavit. [*Ibid.*]

Polyperchon in Peloponneso Cassandrum in crimen vocans, & Macedonum imperium affectans, Herculem Alexandri M. & Barzines filium è Pergamo (ubi educabatur, jam cir-

citer

citer 17. annos natus) accersit: & ad Cassandri inimicos missitans, ut adolescentem in regnum paternum reducerent, oravit. [*Ibid.*]

Ptolemæus Lagides, jam Cyprî urbes sub ditione habens, quum à Nicocle Paphiorum rege occultam cum Antigono amicitiam fuisse initam ex relatu quorundam cognovisset, ex amicorum numero Argæum & Callicratem, cum mandatis de tollendo Nicocle, misit. Illi ergo in Insulam profecti, à Menelao exercitus præfecto militibus acceptis; domum Nicoclis circumstunt; & exposito Ptolemæi decreto, ut vita se abdicaret, imperant. Qui ad diluendum quæ objiciebantur primum se convertit: sed ubi nemo attendit, manus sibi infert. Axiothea Nicoclis uxor, audita viri morte, filias suas adhuc virgines jugulat; fratrumque Nicoclis conjuges, ut una cum ipsa mortem oppetant, instigat: cum tamen nihil acerbi in eas statuisset Ptolemæus; sed incolunitatem illis concessisset. Fratres quoque Nicoclis, foribus oclusis domoque succensa, sibi ipsi manus intulerunt. Atque ita familia regum Paphiorum, tragicis oppressa calamitatibus, abolita fuit. [*Diodor. ibid. & Polyen. Stratagem. lib. 8.*]

Agathocle Siciliæ tyranno in Africam navigante, ut contra Carthaginenses bellum gereret tantum factum est Solis deliquium, ut stellis ubique apparentibus omnino noctis instar esset. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 3. Justin. lib. 22. cap. 6.*] Quam horrendam Solis eclipsim 15. die mensis Augusti, calculus astronomicus hoc anno nobis exhibet.

Epicurus, annos 32. natus, scholas primum Mitylenis & Lampfaci per quinquennium habuit. [*Diog. Laert. in Epicuro.*]

In Bosphoro Cimmerico Eumelus, cum Barbaris quibusdam finitimis amicitiam pactus, fratri natu maximo Satyro de regno controversiam movit. De quo Satyrus certior factus, cum numerosa adversus illum manu contendit: & superato Thapsi fluvio, ubi castris hostium proximavit, plaustris, quibus maximam commeatus vim advexerat, castra circumdedit; instructaque acie, ipse medium, ut Scytharum mos habet, agmen obtinebat. Militabant vero ipsi mercenarii Græci haud plures 2000. (al. 1000.) Thracæque totidem. Cæteri omnes Scythiæ erant auxiliariæ supra 20000. & equites haud pauciores 10000. Eumelum Ariopharnes rex Thracum adjutabat 20000. equites & 22000. pedites habens. Satyrus equestri primum inito prælio cum Ariopharne, in fugam eum convertit, deinde fratrem Eumelum totumque hostium agmen fudit; & utrumque prælio superato in regiam, fluvio, præcipitiis arduis & sylvis confertis cinctam, se recipere coegit. [*Diodor.*]

Satyrus initio agros hostium vastavit, pagosque incendit: unde captivorum prædæque vim ingentem coegit. Impressionem deinde per paludes facta, ligneis castellis potius est. Quibus direptis, trajectoque fluvio, sylvam etiam, qua necessario ad regiam transeundum erat, tridua militum opera dejecit, ac quarto demum die ad murum accessit. Ibi Meniscus mercede militantium ductor per aditum illapsus, ad murum licet strenue cum suis certaret, retro tamen, longe majore globo in ipsum erumpente, pellitur. Cui dum Satyrus succurreret, brachium ejus hasta transverberatur. Quo vulnere graviter affectus, in castra se recipit, & subsequente nocte vita excedit. Meniscus, obsidione soluta, in Gorgazam urbem exercitum abduxit: atque inde regis corpus Panticapæum ad Prytanim ejus fratrem per annum deportavit. Is sepultura magnifice peracta, postquam in regia conditoria exuvias reposuisset, Gargazam absque mora profectus, exercitum simul & principatum accepit. [*Ibid.*]

Eumeli tum legatio de parte regni ipsum convenit: cui ille obtemperare noluit. Præsidio itaque Gargazæ relicto, Panticapæum rediit, ut regni statum confirmaret. Per id vero tempus Barbarorum auxilio Gargazam occupavit Eumelus, & de cæteris urbibus ac castellis non pauca. Prytanim deinde prælio vicit. Isthmoque paludi Mæoticæ vicino inclusum ad deditionis pacta coegit; quibus & militem tradidit, & regno se excessurum est pollicitus. Verum ubi Panticapæum rediit (quæ in Bosphoro regnantium perpetuo erat regia) imperium denuo recuperare conatus est. Sed victus, in hortos quos vocant perfugit, atque ibi occisus est. Regnavitque post eum frater Eumelus, annos quinque & menses totidem. [*Ibid.*]

3695 Ut imperium Eumelus stabiliret, fratrum suorum Satyri & Prytanis amicos, conjuges præterea & liberos, è medio sustulit. Solus tantum Parysades Satyri filius, oppido juvenis adhuc, manus ejus evasit. Nam equi celeritate usus, ex urbe ad Agarum Scytharum regem profugit. Cum autem cives necessariorum eadem indigne ferrent; advocata in concionem multitudine, Eumelus de perpetratis se purgavit, & patriam eis reipublicæ formam restituit. Immunitatem etiam, quam incolæ Paticapæi habuerant illis concessit; omnia insuper tributa se illis remissurum pollicitus: multaque ad favorem populi sibi conciliandum tum disseruit. Cunctis igitur brevi ad pristinam benevolentiam per beneficia reductis, æquum deinceps juxta leges imperium exercuit; nec mediocrem sibi virtutum admirationem peperit. [*Ibid.*]

Ptolemæus Lagides, ubi duces suos urbes in Cilicia amisisse cognovit, classe Phaselidem transportata, urbem illam expugnavit. Hinc in Lyciam transvectus; Xanthum Antigoni præsidio infessam vi cepit. Inde Caunum appullus, urbem sibi deditam accepit; arcesque præsidii occupatas violenta manu subegit. Heracleum excidit: Persicum vero deditione militum in manus ejus venit. [*Diodor. Olymp. 117. ann. 4.*]

Tum in Con profectus, accivit Ptolemæum. Is Antigoni ex fratre nepos erat, exercitumque fidei suæ creditum habebat: sed relicto patruo, cum Ptolemæo rei communiter gerendæ societatem iniverat. Ex Chalceide igitur profectum, & Con delatum, initio humaniter Ptolemæus

except.

Anno  
Mundæ

excepit. Post quum intolerentius illum se gerere, & duces muneribus colloquiisque sibi devincere animadverteret; veritus ne quid infidiarum moliretur, præoccupatum custodia tradidit, & cicutam bibere coegit. Milites autem castra illius secutos promissis ad se pellexit, & ordinibus suorum immiscuit. [*Id. ibid.*]

Cassander metuens ne Macedones ad Herculem Alexandri Magni filium ( qui annos 14, ut Justinus, vel 17 potius, ut Diodorus indicat, tum excefferat ) transfugerent; fœdere cum Polyperchonte clanculum inito, illius opera occidi eum tacite cum matre Barsine curavit, corporaque eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderecur. Itaque sublato jam utroque Alexandri filio, cum nullus restaret in Imperio successor, Satraparum quisque provinciam cui præfectus erat tanquam regnum armis partum obtinebat. [*Id. ibid. & Justin. lib. 15. cap. 2.*]

3696

Ptolemæus è Myndo magna cum classe per Insulas navigans in transitu Andrum reducto præsidio liberavit. [*Diodor. Olymp. 118. ann. 1.*]

4406

308

Cleopatra, Philippi filia & Alexandri Magni soror, Antigono infensa, propensione sua ad Ptolemæum inclinavit; Sardibusque, ut transportaretur ad ipsum, excessit. At Sardiniam præfectus, cui servandæ ejus mandatum dederat Antigonus, discessum illius inhibuit; ejusque deinde jussu, mulierculatum quarundam opera dolose illam necavit. Antigonus vero se necis auctorem infamari nolens, quasdam ex mulierculis, quasi vitæ illius infidias, capite plexit; & funus regia magnificentia curavit. [*Id. ibid.*]

Ophellas, qui Thimbrone dejecto Cyrenæos Ptolemæi imperio subjecerat, cum Cyrenen ipse jam cum vicinis urbibus sibi vendicasset majorem animo principatum complectebatur. Dumque in his cogitationibus versatur, Ortho Syraculanus Cyrenen legatus ab Agathoele ad illum venit; ad belli contra Carthaginienses societatem illum invitans, illisque devictis Imperium Africae ei promittens. Cum igitur ad consilium jam olim meditatum nunc spes nova accederet, libens obtemperavit: & Athenas ( unde uxorem Eurydicen Miltiadis filiam acceperat ) de belli societate legationem misit. [*Id. ibid.*]

3697

Atheniensium & aliorum Græcorum multis militiæ huic promptis animis sese adjungentibus; quod florentissimam se Africa partem forte divisuros, & Carthaginis opes directuros sperarent; Ophellas tandem, ubi cuncta expeditioni necessaria affatum comparaverat, copias eduxit; pedites plusquam 10000, equites 600 ( vel 700, ) currus 100, aurigas essedariosque milites supra 300, sub signis habens. Ad hæc qui extraordinarii appellantur non infra 10000 comitabantur. Multique horum liberos & uxores, nec non alia impedimenta secum ducebant: ita ut hic exercitus coloniam speciem haberet. Octodecim ergo dierum itinere confecto, tria stadiorum millia emens, circa Automulas ( in occidentali Cyrenæicæ termino ) castra posuerunt. Deinde per siticulosam & bestiis infestam regionem magno cum labore pergentes, vix tandem, itinere duorum amplius mensium æruginosissimè confecto, Agathoele castra assequuntur: ubi coptis exiguo inter se disjunctis intervallo, castra posuere. [*Id. ibid.*]

4407

307

Agathocles Ophellæ obviam progressus, benignè omnibus suppeditatis ut exercitum ab ærumnis reparandum curaret monebat: & cum sapius simul cœnasent, ab Ophella filius adoptatus est. Majore vero parte Ophellæ militum pabulatum & frumentatum egressa, concione militum suorum advocat: & Ophellam eriminatus, quod qui ad societatem armorum venisset, nunc infidias pararet; exacerbata multitudine confestim instructum contra Cyrenæos exercitum eduxit. Insolentia rei percussus Ophellas, defendere se conatur. At celeritate hostis oppressus, dum & reliquæ exercitus ad resistendum non sufficiunt, inter præliandum occumbit. Agathocles multitudinem adhuc reliquam ad ponendum arma cogit: omniumque animis promissionum liberalitate conciliatis, toto sic potitur exercitu. Quos vero bello minus habiles invenit, Syraculas deportandos navibus imposuit: quarum pauca tamen, gravi exorta tempestate, integre eo pervenerunt. [*Id. ibid. cum Justin lib. 22. cap. 7.*]

3698

Ophella sublato, Cyrene & reliqua Libya ad Ptolemæi obsequium rediit. [*Suid. in Demetri.*]  
Demetrius, *Poliorceces* sive *Expugnator* ( ut Plinius vocem reddidit ) cognominatus, validis à patre Antigono copiis terrestribus simul & navalibus, telorum insuper aliorumque ad oblidionem utilium convenienti apparatu instructus, & ad Græciæ urbes in libertatem vindicandas missus; Epheso solvit. [*Diodor. Olymp. 118. ann. 2.* ] & 5000 argenti talenta secum habens cum 250 navium classe Peræcum appulit, die 26 mensis Thargelionis ( circa Maii Juliani 31. ut in Demetrii vita refert Plutarchus. Receptisque Athenis, Megarensium urbem cepit, & Munychiam Atheniensium præsidium ( à Dionysio Cassandri præfecto occupatum ) exscidit, archonte Athenis Anaxicrate: ut, præter alios habet Philochorus ( qui hoc tempore claruit ) in Atticarum historiarum libro octavo. [*apud Dionysium Halicarnassicum in Dinarcho.* ] ad finem nimirum tendente prætura Anaxicratis, & cum ea secundo anno Olympiadis CXVIII.

4408

306

Eurydicen Ophellæ sive Ophellæ Cyrenæ principis ( superiore anno interempti ) viduam Athenas remigrantem matrimonio ibi Demetrius sibi junxit. Has nuptias posuerunt in beneficio & honore civitatis suæ Athenienses. Idemque Demetrium & Antigonum *Reges* primum appellarunt, hoc nomen alias averfatos: quod quidem ex insignibus regiis unum adhuc Philippi & Alexandri generi illibatum aliis & intactum supererat. [*Plutarch. in Demetr.*]

Ex Græcia à patre Antigono revocatus Demetrius, ut cum Ptolemæi ducibus in Cypro belligeraret, in Cariam cum copiis transmisit. Inde in Ciliciam devectus, militibusque & navibus inde acceptis, in Cyprium trajecit: habens secum pedites 15000, equites 400; navium ad eursum

expeditarum tritemes supra 110, tardarum verò, sed tamen militarium, 53, præter pontones omnis generis, quot tantæ equitum peditumque multitudini sufficerent, ac primo in finitima Carpatæ ora castra posuit; subductisque navibus, vallo & fossa profunda castra munivit. Vicinas deinde urbes aggressus, Uraniam & Carpatiam vi cepit. Et relicta tutandis navibus custodia mediocri, Salamincum cum exercitu petiit. [*Diodor. Olymp. 118. ann. 2.*]

Menelaus, à Ptolemæo (fratre) Insulæ præfectus Salamincum subsistens, quum stadia 40 hostes inde abessent, eductis è castellis hinc inde militibus, 12000 pedites & 800 equites adversus illos eduxit prælioque paulisper commisso, ab hoste pressus, cum suis terga vertit. Demetrius vero in urbem usque eos insecutus, non multo pauciores 3000 cepit, & circiter 1000 interemit. Ac captivos quidem primum in ordines suos distribuit: sed cum ad Menelaum fugituros illos postea animadverteret, propterea quod impedimenta sua in Ægypto penes Ptolemæum reliquerant; navigiis impositos ad patrem Antigonum transmisit. [*Id. ibid.*]

Antigonus tum in superiore Syria urbem, suo nomine Antigoniam vocatam, juxta Orontem fluvium condebat; magnificè in eam sumptus faciens, ita ut ambitu 70 stadia complecteretur: Locus enim ille ad insidiandum Babylonæ & superioribus provinciis, inferiori etiam Satrapie & præfecturis Ægyptum usque, idoneus erat. [*Ibid.*]

Menelaus Salamincum repetens, ad tolerandam obsidionem sese parat; ad Ptolemæum in Ægyptum mittens, auxilium ab eo, ut in magno positus discrimine, postulat. Demetrius contra machinas ad vi capiendam urbem parat; unam præsertim, *Helepolis* (à capiendis urbibus) vocatam: arietisque prægrandes, & duas testudines eis ferendis aptas. Obsessi vero, facibus circa mediam noctem delirum immisis, operum maxima quæque incenderunt; militum qui in eis erant compluribus etiam absumptis. Neque Demetrius tamen ab incepto idcirco destitit; sed terra marique oppugnationem urgens, temporis diuturnitate se hostes debellaturum existimavit. [*Ibid.*]

Ptolemæus, clade suorum audita cum exercitu instructissimo terrestri ac navali ex Ægypto solvit; & ad Cypri urbem Paphon delatus, scaphas ex urbibus assumpsit. Citiumque (quod 200 à Salamincum distabat stadiis) appulit. Tota ejus classis 140 (vel 150, ut apud Plutarchum est) longas habebat naves: quarum maxima erat quinqueremis, minima quadrirems. Has Pontones plus quàm 200 sequebantur, peditum vehentes millia decem, haud minus. Menelao etiam mandavit, ut à Salamincum cum 60 navibus, fervente maxime prælio, à tergo in Demetrii classem impressionem faceret, ordinisque disturbaret. At Demetrius animadversò ejus consilio partem exercitus ad obsidionem relinquens, Antistheni navarcho, ut classis oppidanæ eruptionem ad conflictum intercluderet decem quinqueremes tradidit: tot enim ad angustias portus tenendas sufficere arbitrabatur. Ipse pedestres copias instructas per prominentia in pelagus promontoria circumfudit; & cum classe navium 108 (vel 180, ut Plutarchus habet) quarum maximæ septiremes erant, pars tamen major quinqueremes, in altum proventus est. [*Diodorus & Plutarchus.*]

Ptolemæus oppositos sibi fudit fugavitque; & navium alias demersit, alias cum ipsis militibus cepit, jamque à victoria revertens, etiam cæteras se facile subacturum sperabat: cum lævum cotnu profigatum, & proximas quasque fugam capessere & Demetrium vi gravissima imminere, animadvertit. Ad Citium ergo retrocessit. Victor autem Demetrius, navibus militaribus Neoni & Buricho traditis, ut hostem persequerentur & in mari natantes exciperent, ad castra portumque suum reversus est. [*Diodor.*]

Interim vero dum prælio navali disceptatur, Menelaus Salamincum præfectus naves 60 viris armisque completas, Menæcio navarcho, in subsidium Ptolemæo misit: & certamine cum 10 navibus, quæ stationem in ostio portus habebant, commisso; quum oppidani vi sibi exitum patefacerent, Demetriani ad terrestres se copias fuga receperunt. Menæciani autem in altum evecti, ubi paulo serius quàm commodum esset venerunt, Salamincum regressi sunt. [*Idem.*]

Ptolemæus rebus Cypri desperatis, cum solis octo navibus in Ægyptum refugit. [*Id. cum Justin. lib. 15. cap. 2. & Plutarcho.*] Menelaus Salamincum & naves & pedestres copias Demetrio tradidit; equites 1200, gravis armaturæ milites 12000. [*Plutarch.*] Receptisque deinde urbibus Insulæ cæteris omnibus, Demetrius præsidarios in ordines suos cooptavit, pedites 16000, equites vero circiter 600. [*Diodor.*]

Pontones (νεφέα) amplius 100 cepit Demetrius, in quibus 8000 propè milites erant. De longis navibus una cum viris captæ sunt 40, corruptæ vero circiter 80, quas falgine plenas ad castra prope urbem victores subdixerunt. Vitiatæ etiam fuerant ex Demetrianis, 2, quæ debita accuratione resectæ, commodos deinceps usus præbuerunt. Sic Diodorus. Plutarchus, ita. Ex navibus Ptolemæi 70, cum propugnatoribus & sociis navalibus, captæ sunt. Ex turba, quæ in navibus onerariis circa littus stationem habebant, servitorum, amicorum Ptolemæi, feminarumque, ad hæc armorum, stipendii, machinarum, nihil profusum elapsum Demetrio est, sed omnia cepit, atque in castra deportavit. In his fuit Lamia, tibiærum primum modulatione, deinde commercio meretricio celebris. Tunc vero etiam exolefcente forma multo se juniorem pellexit Demetrium: adeoque lepore devinxit & cepit eum, ut ab aliis mulieribus amaretur, unius illius esset amator. [*Plutarch.*]

Demetrius hostes qui ceciderant magnificè funeravit, atque captivos missos fecit. Athenien-

sibus

sibus cum armorum numerum dono dedit, quibus 1200 milites armate poterant. [Plutarch. in Demetr. Ptolemæi filium Leonticum, & fratrem Menelaum, amicosque ejus cum privati instrumenti ministerio, pari provocatus antea munere, in Ægyptum remisit: & ut appareret eos non odio, sed dignitatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius tunc bella gerebantur, quam nunc amicitia coluntur. [Justin. lib. 15. cap. 2.]

Victorie nuntium patri Demetrius misit Aristodemum Milesum, inter omnes aulicos adulatorem primum: qui diu suspensum cum tenens tandem alta voce exclamavit. *Salve rex Antigone: vicinus pralio navali regem Ptolemæum, Cyprum tenemus, milites 26800 captivos habemus.* Cui ille: *Et in quoque hercle,* inquit, *salve. Quia vero ita nos torssisti, lues pœnani: nam tardius premium lati nuntii accipies.* [Plutarch.]

Hac victoria elatus Antigonus, diademate ab amicis imposito, Regis deinceps nomen usurpavit: Demetrio quoque diadema misit, scriptaque epistola Regem appellavit. Ptolemæus etiam, ne ob acceptam cladem animum abjecisse videretur, neve minoris apud suos autoritatis haberetur, diadema etiam ipse assumpsit, & in omnibus exinde literis Regem sese appellavit. Horum exemplo reliqui etiam principes, Seleucus, qui superiores provincias suæ ditioni recens adjecerat, itemque Lyfimachus & Cassander, & ipsi regiam sibi majestatem vindicaverunt: fratre, matre & filiis Alexandri Magni jam extinctis. [Diodor. Justin. lib. 15. cap. 2. Plut. in Demetr. & Appian in Syriac. pag. 122.]

Seleucus non Babylonia solum, sed etiam Mediæ rex factus est; *Nicator*; sive *Nicanore*, sua manu in pugna occiso, cui Antigonus Mediæ satrapiam commiserat. [Appian. *ibid.*] Quem tamen non è caso illo, sed à victoriarum crebritate, *Nicatoris* sive *Nicanoris* (sic enim etiam in numismatis inscribitur) cognomentum accepisse, Appianus [ibid. pag. 124.] & Ammianus Marcellinus [lib. 23. *histor.*] confirmant. Expugnatis enim inde Bactrianis, reliquis quoque gentes usque ad Indum fluvium, ab Alexandro prius devictas, imperio suo adjecit. [Justin. lib. 15. cap. 4. Appian. Syriac. pag. 123.]

Rex Antigonus, cum filius ipsi natu minimus è vivis excessisset, regio funus apparatu deduxit: & Demetrio ex Cypro ad se vocato, copias ad Antigoniam convenire jussit. Nam expeditionem in Ægyptum destinavit. Itaque peditum agmen ducens ipse, per Cœlesyriam signa promovit, habens in exercitu peditum supra 80 & equitum circa 10 millia, cum elephantis 83. Classi Demetrium præfecit: quem juxta copias terrestres oram legere jussit, instructas habens in univerfum 150 naves longas, & pontones militares 100 quibus ingens telorum copia vehabatur. Cumque navium magistri occasum Pleiadum censerent respiciendum, qui post dies octo futurus videbatur, sub Aprilis initium, ut nimis ad pericula timidos increpavit. [Diodor. *Olymp.* 118. *ann.* 3.]

Antigonus ad Gazam castrametatus, quod Ptolemæi apparatus antevertere cuperet, militibus ut 10 dierum cibariis se instruerent imperavit. Camelis autem ex Arabia coactis medimnum frumenti 138 millia, & vim magnam fœni ceteris jumentis imposuit, carrisque tela vehens, iter per desertam faciebat, non absque molestia: quod pleraque ibi loca palustria erant & cœnosa, maxime circa Barathra, quæ vocantur. [Id. *ibid.*]

Demetriani, postquam nocte tempesta Gaza solvissent, tranquillo per aliquot dies mari, velocium navium remulco pontones militares post se trahebant. Inde cum Pleias opprimeret eos, & ventus Borealis insurgeret; multa quadrirems subito ad urbem Rhapsiam, impulsu difficilem & lacustrem, vi tempestatis delatae sunt. De navigiis autem quibus tela vehabantur, alia undis submersa perierunt, alia cursu reciproco Gazam petierunt. Scapharum tamen summissimis summa contentione enixi, Casium usque penetrarunt. Id Nilo haud procul distat: sed importuosum est, & tempestate coorta nullum præbet accessum. Jactis idcirco anchoris, duobus circiter stadiis à terra in salo multis circumdati periculis consistere cogebantur. Ad eam denique penuriam sunt redacti, ut si ad unum tempestas diem adhuc durasset, aqua potabili jam deficiente, siti eneecti omnes periissent. At cum in extrema versantes anxietate exitium jam imminens expectant, flatus remisit; & Antigonus cum exercitu illuc delatus, haud procul à classe castra posuit. Navibus itaque egressi vires in castris resciant, & avulsas à classe naves præstolantur. In hac autem maris commotione perierunt quinqueremes tres; unde quidam ad littus enatarunt. [Ibid.]

Hinc promotis Antigonus copiis prope Nilum, dudum intervallo stadiorum castrametatur. At Ptolemæus, cum opportunissima loca firmis præsidii occupasset, misit quosdam in navigiis quæ contis propellebantur, cum mandatis, ut prope exscensum adnavigantes proclamarent; illum si qui ab Antigono descenderent, binas gregario minas, præfecturam gerenti talentum, esse daturum. His ita proclamatis, defectionis cupidus mercenarios Antigoni invasit. Inter quos etiam plerique duces erant, certas ob causas transitionis cupidi. Cum igitur multi desciscerent, Antigonus sagittarios & funditores, catapultasque complures in ripa fluminis disposuit; quibus excurrentes in navibus contatis repalit. Nonnullos etiam transfugarum correptos suppliciiis horrendis multavit; ut à simili conatu ceteros deterreret. [Ibid.]

Antigonus, assumptis navibus quæ tardius venerant, ad Pseudothomon, quod vocatur, contendit; ibi se partem militum expositorum arbitratus. At ubi validum ibi præsidium invenit, & catapultis omnique missilium genere prohiberetur; nocte jam appetente discessit. Hinc

4009 305

navium, ut in faces intenti prætoriam sequerentur, mandavit; & ad Phageticum Nili orium est proventus. Ortaque die, ubi multas aberrasse naves cognovit, illas expectare, & omnium quas agebat celerrimas ad querendum illas emittere, coactus est. Tempore igitur longius tracto, Ptolemæus de accessu hostium certior factus, prope suis auxiliatum venit, instructisque copiis in littore constitit. Tum hoc etiam descensu exclusum se cernens Demetrius, oramque contiguam stagnis & paludibus à natura munitam esse audiens, cum tota classe retrocessit. [*Ibid.*]

Vehemens inde Boreas incumbit, sublatisque in altum fluctibus tres quadrimeres & milites aliquot, eadem tempestatis violentia in litus ejectæ, in Ptolemæi manus venerunt. Ceteræ, dum summa ope rem gerunt nauæ, incolumes ad castra Antigoni evaserunt. Ad omnes vero fluminis exitus præsidia Ptolemæus firmissima disposuerat; magnamque fluviatilium navigiorum copiam in promptu habebat, omni missilium genere, & viris qui his uti scirent, instructum. Quæ res Antigoni haud modice angebat. Nam ostio Pelusiaco ab hostibus præoccupato, navales copiarum nullum habebant usum; copiarumque terrestres, fluminis (quod post solstitium sensim modiceque crevit. Sole Cancrum transeunte, abundantissime autem eodem Leonem ingresso) altitudine inhibita, ut maxime vellent, nihil efficiebant. Et quod maximum, elapsis jam bene multis diebus, & milites frumentum, & jumenta pabulum deficiebat. [*Ibid.*]

Submittente igitur animos exercitu, Antigonus concionem advocat: ducibusque consilium proponit, utrum manere præstet & belligerari, ac nunc quidem in Syriam reverti, sed postea melius instructos redintegrare expeditionem, quo tempore minimæ altitudinis videatur annis. Ibi cunctis eo inclinatis, ut quam ocyssime abirent, vasa milites conclamare iussit; & classe simul tota oram legente, celeriter Syriam repetivit. [*Ibid.*] Cujus expeditionis inanem exitum Medius Antigoni amicus in somnis prævidisse dicitur, Vilus enim ei ipse est Antigonus cum toto exercitu certare diavolo, valide & acriter primum; deinde vires ejus flaccescere paulatim; denique, ut flexit cursum, languidus & anhelosus ægre spiritum recipere. [*Plutarch. in Demetr.*]

Ptolemæus discessu hostium majorem in modum lætatus, Diis suis sacro pro beneficiis acceptis instituto, splendidum amicis epulum exhibuit: datisque ad Seleucum, Lysimachum & Cassandrum literis, tum de prospero successu, tum de multitudine transfugarum eos certiores fecit. Ipse jam altero Ægyptum certamine tutatus, jamque regionem hasta partam jure se tenere existimans, Alexandriam remeavit. [*Diodor.*] Unde & hinc regnum illius, in Regum Canone, Claudius Ptolemæus inchoat: à morte Alexandri Magni ad initium Ptolemæi Lagi annos 19. <sup>640988</sup> dinumerans. Cum 6. enim Novembris præsentis, anni Periodi Julianæ 4409. juxta ipsius rationes, 19. ille à morte Alexandri annus terminatur.

Interea dum ista in Ægypto geruntur, Dionysius Heracleæ Ponticæ tyrannus (ut refert Diodorus) vitam cum morte commutavit; quum annos regnavisset 33. ut ab Athenæo est traditum: [*lib. 12. cap. 26.*] licet à Memnone 30. à Diodoro 32. tantum illius principatui assignentur. De mira ejus pinguedine, præter Memnonem, meminit etiam Nymphis Heracleota, in libro de Heraclea 2. (apud Athenæum, in loco jam citato) & Alianus, in Var. Histor. lib. 9. cap. 13. Ex Amastris five Amestri filia Oxathra, fratris Darij postremi Persarum regis (quam Cratero prius Alexander M. uxorem dederat) duos suscepit ille filios, Clearchum & Oxathrem, Zathram Diodoro appellatum. Moriens igitur, uxori administrationem cunctam, & filiorum, qui adhuc teneræ admodum ætatis erant, tutelam (adjunctis quibusdam aliis) reliquit. [*Memnon, in excerptis Photii, cap. 5. cum Diodoro, ad Olymp. 118. ann. 3. & 119. ann. 3.*]

Menedemus Patara Lyciæ profectus, & tribus tieremiolcis (quod trimeris imperfectæ genus est) à Rhodiis præfectus, quadrimrem cepit ex Cilicia venientem; in qua literæ erant à Phila, simul cum veste regia ceteraque suppellectile impensius adornata, ad maritum suum Demetrium Poliorcetem missæ. Quæ omnia in Ægyptum ad Ptolemæum regem deportanda ille curavit. Id bilem Demetrio contra Rhodios movit: quorum ille tunc urbem terra marique acriter oppugnabat. Verum post annuam obsidionem, Atheniensium interventu, pax inter eos hac lege est inita; ut Antigono & Demetrio, nisi Ptolemæo bellum inferrent, societatem armorum Rhodii præstarent. [*Diodor. Olymp. 119. ann. 1. Plutarch. in Demetr.*]

Rhodii, finito bello, in Libyam Theoros miserunt, ex Ammonis oraculo sciscitaturi, an Ptolemæum uti Deum venerandum censeret. Quo annuente, lucum in urbe illi consecraverunt quadratum, extructa ad unumquodque latus porticu ad stadii longitudinem; eamque Ptolemæum indigerant. [*Diodor. ut supr.*] Ipsi etiam Ptolemæo Soteris cognomen tum primum ab illis tributum est. [*Pausan. in Attic. pag. 7.*] quod eos videlicet ab Antigoni & Demetrii violentia salvos præstitisset, neutiquam vero à militibus Alexandri, quod eum ab Oxydracum vel Mallorum potius impetu servassent: ut aliis visum fuit. [*apud Arrian. de exped. Alexand. lib. 6. pag. 123. & Stephanum Byzantin. in Olym. pag. 2.*]

Eumelus Bosphori Cimmerii rex, jam sextum annum regnum administrans, inopinato quodam casu oppetivit. Dum enim à Scythia domum revertens ad sacrificium quoddam properat, quadrijugoque curru, qui quatuor rotis instructus & tentorio contectus erat, ad regiam contendit; equi consternati violenter illum abripiunt. Nam cum habenis contrahendis auriga non sufficeret, metuens ille ne in prærupta loca deferretur, desilire conatur: sed gladio rotæ implicito, eodem simul impetu abstrahitur, & illico exanimatur. Cui succedens Spartacus filius, annos 20. regnavit. [*Id. ad Olymp. 117. ann. 3. & Olymp. 119. ann. 1.*]

Anno  
Mundi.

3701

Seleucus transmissio Indo fluvio, cum Sandrocotto sive Androcotto bellum gerebat. Ille enim ea tempestate qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta jaciebat, occitis Alexandri præfectis, Indiam possidebat. [Justin. lib. 15. cap. 4. Appian Syriac. pag. 121, 123.]

Hinc molienti bellum aduersus præfectos Alexandri, elephans ferus ingentis magnitudinis ultro se obtulit, & veluti domita immansuetudine, eum tergo excepit; duxque belli, & præliator insignis fuit. [Justin. ibid.] Indeque, cum sexcentis militum millibus Indiam peragrans, universam redegit in potestatem. [Plutarch. in Alexandro.] Tum occupato regno, populum quem ab externa dominatione liberaverat, ipse servitio premebat; [Justin. ut supr.]

Ad hunc frequenter se commesse, quum apud Sibirium Aracholiorum satrapam degeret, in Indiciis suis scribit Megasthenes. [Arrian. de exped. Alexandri, lib. 5.] ubi & in castris ejus 400 hominum millia se invenisse refert. [Strabo, lib. 16. pag. 709.]

3702

Cassander Macedoniae rex, missis in Asiam ad Antigonum legatis, ut secum pacem iniret oravit. Ubi vero ille nullam se pacem initurum, nisi Cassander res suas ipsius arbitrio permitteret, respondisset: Cassander & Thraciæ rex Lyfimachus, communicato inter se consilio, ad Ptolemaum Aegypti & Seleucum superiorum provinciarum regem legatos mittunt; superbiam Antigoni in responsionibus demonstrantes, bellique hujus periculum omnibus commune esse docentes. [Diodor. Olymp. 119. ann. 3.] Cum igitur carpi se singulos ab Antigono considerarent; dum privatum singulorum, non commune univerforum bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri volunt, quasi victoria unius, non omnium foret; per epistolas se invicem confirmantes, tempus & locum coeundi condixerunt, bellumque communibus viribus instruxerunt. Cui cum Cassander interesse propter finitimum bellum non posset; Lyfimachus cum ingentibus copiis in auxilium sociis misit. [Justin. lib. 15. cap. 2.]

Seleucus, affinitate cum Sandrocotto Indorum rege contracta, regiones ad Indum sitas, quas Arianis ademptas Alexander Magnus proprias colonias fecerat, dono illi dedit: 500 vicissim elephantis ab eo acceptis. [Strabo, lib. 15. pag. 724. Plutarch. in Alexandro, & Appian. in Syriac. pag. 123.] Atque ita pactione facta, compositisque in Oriente rebus, Seleucus in bellum Antigoni descendit. [Justin. lib. 15. cap. 4.]

Lyfimachus cum milite ipsius ex Europa in Asiam ingressus, Lampfacenos & Parianos, cum sponte in partes ejus concederent, liberos dimisit: expugnatoque Sigeo præsidium induxit. Exinde 6000 peditibus & 1000 equitibus Prepelao traditis, ad Eolidis & Ioniae urbes sibi adjungendas illum misit. Ipse Abydum primo obsidere aggressus, tela machinasque & alia comparavit. At ubi per mare à Demetrio amatorum multitudo, quæ urbem tutari posset, supervenit, à proposito desistit: Phrygiaeque ad Hellepontum subacta, etiam Synada urbem, in qua regia erant impedimenta, obsidione cinxit. Quo tempore Docimum Antigoni præfectum ad res marte communi gerendas induxit: ejusque opera Synada & castella quaedam, ubi regia opes recondita erant, in potestatem accepit. [Diodor. Olymp. 119. ann. 3.]

Interim Prepelas dux, in Eolidem Ioniaeque missus à Lyfimacho, adramyttio in transitu potitus est, Ephesumque obsedit. Pavore autem obsessis injecto, urbem deditione accepit; & Rhodiorum obsides illic deprehenfos in patriam dimisit. Et Ephesios quidem ipsos missos fecit: sed omnes in portu naves incendit; quod maris dominium hostes tenerent, totusque belli exitus adhuc incertus esset. Hinc Teios etiam atque Colophonios sibi adjunxit. Erythraeis autem & Clazomeniis per mare subsidium venerat. Ideo urbes hæc capere non potuit: sed agrum illorum populatus, Sardes versus duxit. Ibi præfectum Antigoni Phœnicem & Docimum ad defectionem pellexit; urbemque præter arcem in fidem accepit. Hanc enim custodiens Philippus, de necessariis Antigoni unus, benevolentiam erga eum qui sibi fidem habebat conservavit. [Id. ibid.]

Antigonus tunc ingens certamen & festum Panegyricum Antigoniae instituerat: magnifice ad hoc præmiis & mercedibus undique conciverat athletas & artifices præstantissimos. Ubi vero de transitu Lyfimachi & defectione militum audivit, ludos abruptit; athletisque & artificibus mercedem, non minus 200 talentis, persolvit. Ipse, copiis assumptis, ex Syria citatis itineribus contra hostes perrexit. Ubi Tharsum Ciliciæ pervenit; de pecunia, quam à Quindis asportaverat, exercitui ad tres menses stipendia numeravit. Et præter hanc cum exercitu tria talentum millia advexerat: ut, si quando pecunia opus foret, hæc sumptuum facultas in promptu haberetur. Superato hinc Tauro, Cappadociam versus contendit; & rebelles in superiore Phrygia & Lyeaonia ad pristinam militiæ societatem reduxit. [Ibid.]

Et tempore Lyfimachus, hostis adventu cognito, in Senatu cum suis deliberavit, quid imminentibus his periculis agendum esset. Illi ad pugnam non esse descendendum, quoad Seleucus è provinciis superioribus adventasset; sed occupanda firmiora loca, castrisque sudeto & fossa præmunitis, adventum hostis expectandum, censebant. Hic ergo, quod decretum erat, studiose peregit. Antigonus vero, ut proxime hostes ventum, explicatis in aciem copiis, pugnam lacessabat. Ubi nemo ex adverso prodire audebat; ipse loca quaedam insedit, qua cibaria hostibus importari necessum erat. Lyfimachus igitur veritus, ne interciso commeatu in hostis potestatem veniret; noctu inde movit, & 400 stadia emensus, circa Dorylæum castra posuit. Locus enim ille frumento alioque commeatu abundabat: annie præterfluente, qui castrametantibus illic munimenti loco esset. Jacto igitur vallo, fossa præalta triplicique sudeto castra firmavit.



Antigonus discessu hostium audito, è vestigio insequitur: & castris illorum propinquans, ubi in aciem nemo descendit, fossa circumdare castra hostium cœpit; eaque obsidendi animo, catapultas ac tela afferenda curavit. Cumque velitationes circa fossam existerent, quod Lyfimachiani telis in opere versantes arcere conarentur; in omnibus antigoniani superiores erant. [Ib.]

Post aliquod tempus, Antigonianorum opera perfici, & Lyfimachianorum alimenta deficere cœperunt. Lyfimachus igitur, tempestuosa captata nocte, ex castris illis digressus, per loca editiora in hyberna concessit. Ut vero Antigonus exorta luce discessum hostium animadvertit, è regione per campestria etiam ipse contendit. Sed cum magni caderent imbres, & regionis ille tractus profundus & cœnulosus esset; jumentorum non pauca hominesque nonnulli peribant: totus denique exercitus cum difficultate magna conflabatur. Propterea Antigonus, tum ut militem ab ærumnis illis reficeret, tum quod hybernæ anni tempestatem ingruere videret, à persequendo desistit. Convenientissimis itaque locis ad hyemandum delectis, in partes exercitum distribuit. [Ibid.]

Similiter etiam Lyfimachus in campo Salmoniæ exercitum in hyberna distribuit. Largum vero ex Heraclea commeatum sibi procuraverat: quod assinitatem cum Heracleensibus contraxerat. Uxorem enim duxerat Amestrin, Dionysii (ut dictum est) viduam & filiorum ejus tutricem, civitati illi tunc imperantem. [Id. ibid. cum Memnone in Excerptis Ptoisii cap. 5.]

Demetrius cum exercitu ex Græcia à patre Antigono accessit, pace cum Cassandro facta, directo per insulas cursu, Ephesum transmisit: expositoque milite castrametatus, urbem in pristinum ordinem cœgit, & præsidium à Prepelao duce Lyfimachi ibi collocatum data fide abire permisit. Sua vero custodia arci imposita, Hellepontum usque progressus est: ibique Lampfacenos & Parianos, aliasque mutatae fidei urbes, recuperavit. Hinc ad Ponti ostium profectus, apud Chalcedoniorum sanum castra muniit & ad tuendum locum tria peditem millia & 30 naves longas ibi reliquit: copias reliquas in urbes ad hybernandum huc illuc dispersit. [Diodor. Olymp. 119. ann. 3.]

Sub hæc tempora Mithradates, imperio Antigoni subditus, cum in Cassandri partes transisse putaretur, ad Cium Myriæ, cujus, ut & Arrhinæ, 35 annos princeps fuerat, interfectus est. [Id. ibid.] Ejus historiam alii longe aliter narrant. Est enim hic Mithradates ille Ariobarzani filius, vir regii apud Persas generis, (ab uno è septem illis Persis, qui Magum occiderunt, oriundus; ut ex Polybio, lib. 5. pag. 388. Floro, lib. 3. cap. 5. & Sexto Aurelio Victore, de viris illustrib. cap. 76. colligitur:) quem *Κησλῶ* sive Conditorem cognominatum fuisse, & principatus Ponti successionem usque ad Eupatorem (sive Mithradatem illum qui eum Romanis tam diuturnum bellum gessit) reliquisse, confirmat Strabo. [lib. 12. pag. 562.] Ex quo & Tertullianus, in lib. de Anima: *Mithradatem*, inquit, *ex somnio Ponto potitum è Strabone cognosco*. Antigonus enim in somnis visus sibi fuisse dicitur autum in arvo seminare, & id demessum Mithradatem in Pontum asportare: quem idcirco comprehensum volebat occidere. De quo à Demetrio ille monitus, sex equitibus comitatus aufugit: communito quodam vico in Cappadocia, multis ad eum deficientibus, & Cappadociam ipsam & finitimas gentes Ponticas obtinuit, regumque Ponti stirpem, quæ octava ferme successione à populo Romano est deleta, edidit. [Plutarch. in Demetrio, & Appian. in Mithridatic. pag. 17. 18.] Ad annum usque 84. eum visisse, Lucianus in *Maximè* ex Hieronymo Cardiano & aliis scriptoribus refert. Eique in principatu succedens filius, Mithridates & ipse dictus, aucta ditione paterna, Cappadociam & Paphlagoniam annos 36 gubernavit. [Diodor. ut sup.]

Cassander Pleistarchum in Asiam, cum exercitu 12000 peditem & 500 equitum Lyfimacho auxiliatum misit. Pleistarchus vero ad Ponti fauces delatus, inessum ab hoste locum invenit: desperatoque transitu, Odeffam adiit; quæ inter Apolloniam & Galatiam ex adverso Heracleæ, quæ copiarum Lyfimachi partem habebat, sita est. Ibi quum navigiis ad transportandum militem idoneis destitueretur, trifariam exercitum partitus est. Et prima quidem classis Heracleam incolumis pervenit. Altera à præsidiariis ad ingressum Ponti navibus subacta fuit. Tertiam vero, qua Pleistarchus ipse transmittabat, tanta oppressit tempesta, ut pars maxima navium & corporum interiret. Nam Hexeris quæ Prætorem vehebat submersa est; & de navigantibus in ea, qui 500 ut minimum erant, 33 duntaxat evaserunt. Inter quos ipse Pleistarchus, fragmento navis suffultus, ad terram semimortuus ejectus est. Is Heracleam deportatus, rescillato à calamitate ista corpore, ad Lyfimachum in hyberna se contulit: quum majorem exercitus partem amisisset. [Id. ibid.]

Iisdem diebus ex Ægypto profectus cum instructissimo exercitu Ptolemæus, omnes Cælestyriæ urbes in ditionem redegit. Dum Sidonem vero obsideret, falsus à quibusdam rumor est sparsus; commisso inter Reges prælio, Lyfimachum & Seleucum victos Heracleam se recepisse, victoremque Antigonum cum exercitu in Syriam contendere. Hanc famam pro vera ille accipiens, cum Sidoniis in quinque menses inducias fecit: & præsidio munitis, quas subegerat urbibus, cum exercitu in Ægyptum remeavit. [Ibid.]

Dum hæc geruntur, de militibus Lyfimachi quidam ex hybernis ad Antigonum transfugerunt, 2000 videlicet Autariatæ, Lyciique & Pamphylii circiter 800. Hos perhumaniter excepit Antigonus: & stipendiis, quæ sibi à Lyfimacho deberi affirmabant, persolutis honoraria insuper adjunxit. [Ibid.]

Per id etiam tempus Seleucus cum numeroſo exercitu, ex ſuperioribus præfecturis ducto, in Cappadociam venit; militesque præparatis tabernaculis, in hyberna collocavit. Habebat autem ſub ſignis in peditatu 20000. in equitatu, ſagittariis equeſtribus adnumeratis, circiter 12000. elephantes 480. curruſque falcatos ſupra 100. Regum itaque copiæ hunc ad modum coibant; quod omnes ad futuram æſtatem armis diſceptare conſtitutum haberent. [*Diodor. ſin. lib. 20.*]

Pithagoras aruſpex, ut antea pro Alexandro Magno & Perdica, ita & nunc pro Antigono exta conſulens, fibraſque jecinori deſſe reperiens, mortem illius eo portendi prædixit. [*Arrian. de expedi. Alexandri, lib. 7. pag. 160.*] A Demetrio etiam ſecundum quietem Alexander eximie armatus percontari viſus fuiſſe dicitur, quodnam ſignum pugnæ daturi eſſent; illoque reſpondente, *Jovem & victoriam*, deinde ſubjeciſſe. *Abeo ergo ad hoſtes tuos: illi enim me accipient.* [*Plutarch. in Demetr.*]

Antigonus coitionem illam regum jaſtavit ſe, ſicut avicularum ſemina legentium concurſum, lapidis jaſtu & ſtrepitu diſſipaturum. Hoſtibus tamen appropinquantibus, præter ſolitum morem, cogitabundus & taciturnus conſpicebatur, filiumque ſuum exercitui oſtendens, ſucceſſorem commendabat. Quodque omnes maxime mirabantur, in tabernaculo colloquium cum eo ſolus habebat: cum antea ne cum ipſo quidem quidquam arcani colloquii agitare conſueviſſet, ſed conſilia ſua teſta ſemper haberet. Inſtructa vero jam acie progreſſus, in faciem corruit: eoque caſu aſſiſtus, cum ſurgeret, manus cælo tendens victoriam à diis, aut antequam vinceretur, mortem ſenſus expertem petiit. [*Plutarch. ibid.*]

Pugna inter Reges ad Iſum, Phrygiæ oppidum, eſt commiſſa. [*Arrian. de reb. Alexandr. lib. 7. Plutarch. in Pyrrho. Appian. in Syriac. pag. 122.*] Olympiadis CXIX. anno quarto [*Diodor. & Porphy.*] ineunte ſc. Habebat Antigonus & Demetrius peditum ſupra 70 millia, decem equitum, elephantos 75. Hoſtibus peditum erant 64 millia equites 10500. elephantes 400, curruſ 120. Demetrius, cum præſtantiffima parte equitum, Antiochum Seleuci filium (& in regno poſtea ſucceſſorem) adortus eſt: cumque illum præclara pugna fuſiſſet, intempeltive eum nimifque impenſe inſequendo labefecit victoriam. Neque enim reſreſſus conjungere ſe peditatu valuit; elephantis interjeſtis. [*Plutarch. in Demetr.*] Inter eos vero qui cum ſequebantur, Pyrrhi in primis virtus emicuit: qui quum 17 tantum annos eſſet natus, ab Epirotis regno tunc ejeſtus, Demetrio ſe adjunxit; qui ſortem ipſius Deidamiam (Alexandro, Alexandri Magni & Rhoxanes filio, uxorem deſtinatam) matrimonio ſibi junxerat. [*Ibid. in Pyrrho.*]

Seleucus, cum Antigoni phalangem præſidio equitum nudatam cerneret, impreſſionem ſe facturum in eam ſimulando perterruit, & ad ſe tranſeundi poteſtatem hand inuſiti conſilio fecit. Magna enim pars phalangis Antigonianæ ultro ad eum conceſſit; reliqua in fugam verſa eſt. Antigonus autem, multis in eum verſis, cum quidam ei diceret; *In te hi, rex: retulit, At Demetrius nobis ſuccurret.* Qua ille ſpe ad extremum uſque fretus, dum filium circumſpectat, grandine in eum telorum conjeſta, occubuit: aliſque comitibus & amicis eum relinquentibus, ſolus apud cadaver Lariffæus Thorax remanſit. [*Id. in Demetr.*] quod regio deinde honore eſt ſepultum. [*Diodor. lib. 21.*] In Aegyptiaca expeditione, annos paulo minus 80 natum illum fuiſſe, Plutarchus; in hac, ſupra 80, Appianus: univerſam vitam 86 annorum fuiſſe, aſſerim Porphyrus. [*In Græc. Eufebian. Scalig. pag. 226. lin. ult.*] Sed ex Hieronymo Cardiano, qui cum eo militavit, 81 tantum annos vixiſſe, docet Lucianus in *Maſepoſis*.

Demetrius, cum quinque peditum & quatuor equitum millibus, continenti fuga Ephelſum perterritus. Ibi metuentibus omnibus, ne pecunia indigens Dianæ templum violaret; ipſe etiam veritus ne milites ſe ab eo non abſtinerent, celeriter inde abiit. [*Plutarch. in Demetr.*] matreque Stratonice ex Cilicia, & opibus cunctis ſecum aſſumptis, in Salaminem Cypri navigavit: quæ tum in illius poteſtate erat. [*Diodor. lib. 21.*]

Reges victores Antigoni & Demetrii imperium veluti magnum corpus diſcerptum in partes diviſerunt, eaſque inter ſe partiti, prioribus ſuis provinciis adjecerunt. [*Plutarch. in Demetr. Appian. in Syriac. pag. 122. ſin. cum Polyb. lib. 5. pag. 410.*] Et cum de præda non convenirent, iterum in duas factiones diducti ſunt. Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lyſimacho ſe conjunxit. [*Juſtin. lib. 15. cap. 4.*] Omnium enim longe potentiffimi erant, Seleucus & Ptolemæus: quorum etiam de principatu ſuſcepta contentio ad ſucceſſores (Seleucidas Regum Aquilonis, & Ptolemæos Regum Aſtri nomine, in XI. vaticinii Danielis capitulo deſignatos) deinceps eſt propagata.

Poſt Oniam, Simon ejus filius ſummus Judæorum Pontifex fuit, Juſtus cognominatus; quod & Deum piè coleret, & cives ſumma proſequeretur benevolentia. [*Joſeph. lib. 12. cap. 2.*] Cujus in libro Eccleſiaſtici, cap. 50. hoc legitur elogium. *Simon Onia filius, ſacerdos magnus: qui in vita ſua reſarcivit Aedem, & in diebus ſuis corroboravit Templum. Sub ipſo ſtruſt. eſt altitudo (ſive lorica) duplex: celſum munimentum Templi in ambitu. Ipſius temporibus cavatum eſt ex ære conceptaculum aquarum, tripla magnitudine ad mare. Qui curam populi ſuſcepit contra caſum, qui firmavit urbem valloque cinxit.* [*Vid. Sahan. Annal. Tom. 5. anno Mundi 3675. & Scalig. Animadverſ. in Eufeb. num. MDCCLXXXV.*] Huic anni 9. tribuuntur, in Græcis Eufebianis Scaligeri. [*pag. 50.*]

Seleucus

3704

Seleucus die 23. Xanthici sive Aprilis mensis in Casio monte Jovi Casio sacrificans, de loco Urbis condendæ illum consuluit. Ubi aquila, rapta parte carnis sacrificii, ad mare (infra Palæopolim urbem à Syro Agenoris filio in monte conditam) in Pietrix emporio decessisse eam dicitur. Ibi igitur statim fundamenta urbis posuit, quam à nomine suo Seleuciam appellavit. [Johan. Malela, in Chronico inedito.] In qua tamen condenda, alii augurium fulminis eum lectum fuisse; ideoque fulmen, tanquam numen consecratum, hymnis propriis, ibi deinceps cultum fuisse referunt. [Appian. Syriac. pag. 125.]

Inde progressus Seleucus, Jopolim, in Silphio monte postam, petiit: & post triduum Jovi Fulminatori, in fano à Perseo Danaës filio condito, die primo Artemisii sive Maii mensis ibi sacrificavit. Deinde Antigoniam veniens, in aris ab Antigono extructis sacrificio Jovi oblato, una cum Amphione sacerdote oravit, ut signo aliquo demonstraretur, utrum Antigoniam incolere ipsum oporteret alio nuncupandam nomine, an urbem novam alio in loco condere. Et tum quoque aquila ablatam ab altari partem holocausti, juxta Silphium montem deposuisse dicitur. Unde è regione montis illius & Jopoleos in eo posita, prope Orontem fluvium, ubi vicus erat cui nomen Botzia, mœnium jecit fundamenta die 22. mensis Artemisii, Sole exoriente: urbeque Antiochi filii nomine appellata, Jovis Botzii templum statim condidit. Hæc, & alia plura, Johannes Malela Antiochenus tradidit de origine urbis: quam à Seleuco, anno regni sui 12. extructam fuisse, confirmat Eusebius in Chronico. Hæc autem, Syriæ metropolis, tetrapolis postea facta est, ex quatuor partibus constituta; quæ & singulæ suo, & omnes communi muro circumdabantur. Quarum prima tantum Seleuci Nicatoris, secunda multitudinis habitatorum, tertia Seleuci Callinici, quarta vero Antiochi Epiphanius opus fuit. [Strabo, lib. 16. pag. 750.]

Ex Antiochi filii & successoris nomine Seleucum urbem Antiochiam appellavisse, præter Malelam ac Cedrenum, tradidit etiam in Misopogono Julianus: quum ex Antiochi patris sui nomine ita eam nuncupavisse Strabo dicat, & Appianus, & Trogus Pompeius; ex quo Justinus [lib. 35. cap. 4.] refert, eum hic gemina originis memoriam consecrassè. Nam & urbem Antiochi patris nomine vocavisse & campos vicinos urbi, Apollini dicavisse. à quo scilicet mater ejus Laodice genitum eum fuisse, persuadere illi studebat. Antiochiæ enim suburbanum, luo amœnissimo 30. stadiorum ambitus celebratissimum, Daphne erat, Apollini sacrata. Unde ut hæc, Δάφνη ἢ ἡ πόλις Ἀντιόχειας καλεῖται, in II. Macab. IV. 33. ita & urbs ipsa, Ἀντιόχεια ἢ ὁμὶ Δάφνη, ab aliis appellata reperitur.

Seleucus, solo æquata Antigoniam, materiam inde per Orontem fluvium traduxit, atque Athenienses & Macedonas, numero 5500, ab Antigono ibi collocatos, Antiochiam transtulit [Joh. Malela.] Et Antigoniam quidem Seleucum destruxisse, sed incolas in conditam à se Seleuciam deduxisse, Diodorus author est, [lib. 20. ad Olymp. 118. ann. 2.] Verum habitatorum Antiochiam à Nicatore ex Antigoniam traductorum, meminit etiam Strabo. [lib. 16. pag. 750.] qui & ex genere Triptolemi atque Argivorum, qui ad Ionem quærendam cum eo missi fuerant, aliquos eodem à Nicatore translatos fuisse addit. Qui non alii quam illi Achivi sunt, quos Antiochiam ἢ ὁμὶ Δάφνης incoluisse, Stephanus Byzantinus indicat. Quo spectant & Johannis Malelæ illa, Περαστῆριον ἢ ὁ ὄμιλος Σέλευκος ἐκ τοῦ Ἀργίου λαῖπτος, ἢ ἀπὸ τοῦ ἰωνίου, ἐκ τῆς αὐτῆς Ἀππολινίας ἀναίτ. ἐκ τῆς πάλαι ἰερουσαλὴμ ἐκ τῆς ἰερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἰερουσαλὴμ ἰστανῶν. [Confer Scaligerno 145, ad numerum Eusebianaum MDCCXIII.]

Lysimachus Thraciæ rex Arsinoën, Ptolemæi non Philadelphii (ut apud Memnonem, cap. 5. legitur) sed Lagidæ sive Soteris (ut ex Plutarcho in Demetrio, & Justino, lib. 17. cap. 2. & lib. 24. cap. 2. & ipso quoque Memnone, in Excerpt. cap. 9. intelligitur) & Eurydiceis (ut est apud Pausaniam, in Attic. pag. 8. filiam uxorem duxit. Quo offensa prior illius uxor Amastris, Dionisii Heracleæ tyranni vidua, deserto Lysimacho, Heracleam reversa est: atque ad pontum Euxinum urbem Amastri suo nomine appellatam erexit, & colonis ex Sesamo, Cytoro, Cromno ac Teio accessit frequenter. [Memnon. Excerpt. cap. 5. cum Strabone, lib. 12. pag. 544.]

3705

Lysimachi exemplum secutus Seleucus, missis legatis, Demetrii Poliorceta & Philæ filiam Stratonicen in matrimonium petiit. Assumpta igitur filia Demetrius cum tota classe (quam Athenis receperat) navigavit in Syriam. In itinere vero Ciliciam attingit: quam Cassandri frater Plistarchus tum tenebat, extra ordinem à regibus post conflictum cum Antigono sibi donatam. Qui violatos putans ex Demetrii descensione fines suos; profectus est ad expositandum cum Seleuco, quod cum communi hoste sine aliis regibus in gratiam rediisset. De eo factus Demetrius certior, à mari ad Quinda contendit. Ubi quum reliqua adhuc ex thesauris 1000. talenta reperisset; his asportatis maturavit conscendere, & raptum solvit. [Plutarch. in Demetr.]

Demetrio & uxori ejus Philæ occurrit ad Orosion Seleucus. Prior in tabernaculum suum invitavit in castris Seleucus Demetrium. Inde Demetrius illum in tredecim ordinum navi accipit. Inde per otium collocuti amice, totosque dies conversati sunt, absque armis & stipatoribus: donec Seleucus, ducta secum Stratonice, magna cum pompa Antiochiam rediit. [Id. ibid.]

Demetrius, Cilicia occupata, uxorem Philam ad fratrem Cassandrum, criminum Plistarchi diluendorum gratia, misit. Interea uxor illius altera Deidamia Athenis ad eum rediit: quæ quum non diu apud eum fuisset, morbo extincta est. [Ibid.]

Seleucus

Anno Mundi.	Anno Periodi Julianæ.	Anno- te- gram Christi.
3706	4416	298
<p>Seleucus à Demetrio, ut pro certa pecunia traderet sibi Ciliciam, postulavit. Quod cum ille denegasset, Sidonem &amp; Tyrum ab eo iracunde reposcens, inique agere visus est: qui cum ab India ad mare Syriacum omnes regiones possideret, adeo tamen pravi animi esse vellet, ut propter duas urbes socerum adversa fortuna usum exagitatet. Animose vero respondens Demetrius, ne si milites quidem victus fuisset, Seleucum se generum mercede asciscere dignaturum; urbes illas præsidii firmavit. [<i>Ibid.</i>]</p>		
3707		
<p>Callander, quum annis 19. res Macedoniae administrasset, mortuus est; relictis ex Thessalonice (Alexandri M. sorore) tribus filiis, Philippo, Antipatro &amp; Alexandro: qui post patrem, annis tribus &amp; mensibus sex regnaverunt. [<i>Dexippus, &amp; Porphyrius: in Græcis Eusebianis Scaligeri, pag. 48. &amp; 228.</i>]</p> <p>Philippo, filiorum Callandri natu maximo, brevi post initum regnum tempore tabidi corporis lue sublati; duo superstites fratres, Antipater &amp; Alexander inter se de regno contenderunt. [<i>Justin. lib. 15. cap. 1. Pausan. in Bæotic, pag. 287. Plutarch. in Pyrrho &amp; Alexandro.</i>]</p> <p>Antipatrum hunc Dexippus &amp; Eusebius in Chronico Antigonum appellat. Neque alium intelligere potuit Hermippus; quum Demetrium Phalereum scripsit, post Callandri mortem, Antigonum metuendum ad Ptolemæum Soterem venisse. [<i>Diog. Laërt. in Demetr. Phaler.</i>]</p> <p>Cum eodem quoque Ptolemæo obses eo tempore in Ægypto Pyrrhus fuit. Ubi Antigoni Berenices reginæ ex prioro marito Philippo filiam uxorem duxit. [<i>Plutarch. in Pyrrho, Pausan. in Attic, pag. 10.</i>]</p>		
	4417	297
<p>Pyrrhus, Antigones uxoris suæ opera, Ægyptiorum classe cum pecunia à Ptolemæo impetrata Epirum repetiit: &amp; cum Neoptolemo (qui regnum illius occupaverat) sædus atque amicitiam communicato inijt regno. [<i>Id. ibid.</i>]</p> <p>Ad quintum annum Demetrii ab obitu patris, &amp; duodecimum Ptolemæi ab extinctione sololis Alexandri M. (de qua ad fin. anni Mundi 3695.) numeratum, Chronologiam suam ab Adamo &amp; exitu Hebræorum ex Ægypto deduxit Eupolemus historicus, in libro de Judæa Regibus: Apud Clementem Alexandrinum, libro 1. Stromatum.</p>		
3708	4418	296
<p>Demetrius Poliorcetes Samaritarum urbem vastavit, quam Perdicca ante construxerat. [<i>Enchiridion, Coronie.</i>]</p>		
3709	4419	295
<p>Fabio Maximo V. &amp; Q. Decio Mure V. Consulibus Pyrrhum regnare cœpisse scribit, in 1. Historiæ suæ libro, Velleius Paterculius. Occiso nimirum eo tempore Neoptolemo, integri regni Epirotici possessione potius est. Quando &amp; Berenices &amp; Ptolemæi memor, quorum beneficio id consecutus est: natum sibi ex Antigone filium appellavit Ptolemæum, &amp; urbem quam in Cherfoneo Epiri condidit Berenicem nominavit. [<i>Plutarch. in Pyrrho.</i>]</p>		
3710		
<p>Anno 36. primæ Periodi Calippicæ, die 25. Posidionis, Nabonafari vero 454. Paophi die 16. post mediam noctem horis 3. (Decembris Juliani die 21.) Timocharis observavit Alexandria Lunam boreali sua extremitate contingere borealissimam earum quæ sunt in fronte Scorpii. (<i>Ptolem. usq. ad. ann. 7. lib. 7. cap. 3.</i>)</p> <p>Eodem quoque anno, Elaphabolionis die 15. Tybi 5. ante mediam noctem horis 4. (Martii Juliani die 9.) observavit idem conjunctionem Lunæ cum Spica Virginis. (<i>Id. ibid.</i>)</p> <p>Thessalonice regina, Callandri vidua, Philippi (patris Alexandri M.) ex Nicasipoli filia, ab Antipatro filio cum vitam etiam per ubera materna deprecaretur, occisa est: quod in divisione regni pro natu filiorum minimo Alexandro propensior fuisse videretur. Alexander in ultionem maternæ necis socios evocavit, ex Epiro Pyrrhum, ex Peloponneso Demetrium Poliorcetem. (<i>Justin. lib. 16. cap. 1. Plutarch. in Pyrrho &amp; Demetrio Pausan. in Bæotic, pag. 187.</i>)</p> <p>Lysimachus Thraciæ rex, Demetrii adventum verens, persuadet genero suo Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam reverti, quam paternum hostem in Macedoniam admitti. (<i>Justin. ibid.</i>) Et cum sciret Pyrrhum omnia Ptolemæo gratificaturum; adulterinas Ptolemæi nomine literas ad illum mittit, quibus auctor ei erat, ut 300. talentorum mercede ab Antipatro accepta expeditionem illam omitteret. Sed fraudem Pyrrhus agnovit: quod epistola soluta consuetam salutationem non ostenderet. Pater filio; sed, Rex Ptolemæus regi Pyrrho S. D. Et consilia ista omnia subitus Demetrii in Macedoniam adventus diremit. (<i>Plutarch. in Pyrrho.</i>)</p> <p>Ptolemæus Soter totam Cypri insulam, quæ Demetrio parebat, cepit: una urbe Salamine excepta, in qua matrem &amp; liberos ejus relictos obsedit. Quos deinde, urbe capta, ad Demetrium, additis muneribus &amp; honoribus, dimisit. (<i>Plutarch. in Demetr.</i>)</p> <p>Demetrius, per insidias interfecto Alexandro, regnum Macedoniae occupavit. [<i>Justin. lib. 16. cap. 1. Pausan. Bæotic, pag. 287. Plutarch. in Pyrrho &amp; Demetrio, &amp; libello de duobus viis.</i>] quod per annos septem illum obtinuisse, Plutarchus confirmat.</p>		
3711	4421	293
<p>Lysimachus, quum bello Dromichætiæ Getarum regis premeretur, ne eodem tempore &amp; adversus Demetrium dimicare necesse haberet, tradita Demetrio altera parte Macedoniae, quæ Antipatro ejus genero obvenerat, pacem cum eo fecit. [<i>Justin. l. 16. c. 1. cum Str. l. 7. p. 302. &amp; 305.</i>]</p> <p>Dromichætes captum Lysimachum humaniter excepit. [<i>Sirabo, ut supr. Diodor. in Excerptis H. Valesii, pag. 257. 258.</i>] Cui Lysimachus filiam despondit, &amp; ea Thraciæ parte cessit qua trans Istrum est. [<i>Pausan. Attic, pag. 8.</i>]</p> <p>Clearchus Heracleæ Ponti tyrannus, Lysimacho contra Cetas belligeranti operam navans, cum illo captus est: eoque ex captivitate soluto, ipse etiam prudentia Lysimachi postea est dimissus. [<i>Memnon, Excerpt, cap. 6.</i>]</p>		
1. Vjser. Annal. p. pr.	K k	Simoni

3712

Simoni Iusto defuncto (unico filio parvulo Onia relicto) frater ejus Eleazarus Oniæ I. filius) summum Judæorum Pontificatum assumpsit. [Joseph. lib. 12. cap. 2.] Ei 32. tribuuntur anni, in Græcis Eusebianis Scaligeri, [pag. 50. & 166.]

Post reditum Lyfimachi à bello Getico, Agathocles filius illius natu maximus (qui in bello primum militiæ initiatus & ut quidam referunt, ab hoste captus fuerat) Lyfandram, Ptolemaei Soteris & Eurydices filiam, uxorem duxit. [Pausan. Attic. pag. 8.]

Lyfimachus deinde classe in Asiam trajiciens, urbes quæ Antigono & Demetrio parebant occupavit. [Id. ibid. cum Plutarcho, in Demetrio.] Ubi cum Ephesios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronem archipiratam, qui plerumque oneratas præda naves Ephesum appellebat: corrupto ei ad prodicionem junxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captivis Ephesum introduceret, qui postea, taptis ex arce armis; urbem Lyfimacho tradiderunt. [Jul. Frontin. Stratagem. lib. 3. cap. 3.] Cumque urbs in cavo loco posita maris inundatione, cum ingenti civium clade, submersa postea fuisset (de qua calamitate, apud Stephanum Byzantinum, epigramma Duridis Elaitæ legitur) Lyfimachus in alium locum eam transtulit, & novo conjugis Arfinoes nomine indigetavit; licet eo mortuo, prisca Ephesi appellatio redierit. [Strabo, lib. 14. pag. 640. Stephan. in Epiro.] In civitatem vero novam Lebedios & Colophonios, urbibus eorum everfis, ille deduxit. Quod urbium illarum excidium Phœnix in Iambis suis deplorat. [Pausan. ut sup.]

3713

Seleucus Nicanor in conditas à se per Asiam & inferiorem Syriam urbes, atque in ipsam metropolim Antiochiam, Judæos transtulit, jus eis civium & municipalem ordinem cum Macedonibus ac Græcis æquali honore concedens. [Euseb. Chron. Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 3. & lib. 2. contra Apion. pag. 106.] Urbium vero à se conditarum 16. à patre denominavit Antiochias, 6. à matre Laodiceas, 9. à se Seleucias, 3. ab uxore Apameas, 1. ab altera uxore Stratoniceam. Aliis vero Græca Macedonicaque nomina imposuit: ut Berthææ, Edessæ, Pellæ, &c. [Appian. in Syriac.]

3715

Agathocles Siciliæ tyrannus, jamjam moriturus, uxorem suam Theoxenam, genitoloque ex ea duos parvulos cum omni pecunia, & familia, regalique instrumento, quo nemo regum ditior fuit, navibus impositos Ægyptum, unde uxorem acceperat, remisit; timens ne prædonem regni sui, hostem paterentur. Quamquam uxor diu, ne ab ægro divelleretur, deprecata est: nubendo se dicens non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ inisse societatem; nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet. Discedentes parvuli, stebili ululatu amplexi patrem tenebant. Sed finem lachrymis necessitas profectionis imposuit; & mors regis proficiscentes filios infecuta est. [Justin. lib. 13. cap. 2.]

3716

Clearchus & Oxathres Heracleæ Ponti tyranni, matrem Amastrim, quum navi se commisisset, insigni commento & flagitio, mari suffocandam curarunt. [Memnon Excerpt. cap. 6.]

Lyfimachus Amastris, quondam conjugis suæ, necem ulturus, Heracleam ingreditur: & dum intimam patris affectionem Clearcho eique addictis præ se fert, Clearchum primo, deinde fratrem ejus Oxathren, è medio tollit. [Ibid. cap. 7.] post patris Clearchi mortem (ut ex Diodoro, ad Olymp. 118. ann. 3. intelligitur) annis 17. Hinc, ubi redacta in clientelam suam civitate, opes tyrannorum dominatu collectas in prædam suam vertisset, & liberam civibus rempublicam restituisset, in proprium se regnum recepit. [Memnon, ut sup.]

Theophrasto in schola successit Strato Lampfacenus Arcefilai filius, Physicus dictus: Ptolemaei Philadelphi præceptor; à quo talentis 80. donatum aiunt. Scholæ autem, ut ait Apollodorus in Chronico, præfesse cepit Olympiade CXXIII. eique annis 18. præfuit. [Diog. Laert. in Strabone.]

Demetrius Poliorcetes, totum imperium paternum recuperare moliens, tantis viribus Asiæ imminerebat, quantas secundum Alexandrum habuit nemo. In exercitu enim peditum erant centum millia duobus millibus minus, equitum paulo minus duodecim millia, naves in classe ad quingentarum numerum; quarum aliqua ingentis molis erant, 15. vel 16. ordinum. Fœdus etiam cum Pyrrho fecit: ne is vicinus subinde molestias exhibens graviora ipsius consilia interturbaret. [Plutarch. in Demetrio & Pyrrho.]

3717

Seleucus, Ptolemaus & Lyfimachus, tantum apparatus merito habentes suspectum, pacta societate adunatisque exercitibus, bellum adversus Demetrium transferunt in Europam. Communi quoque nomine missi ad Pyrrhum legatis, eum hortantur ut Macedoniam invaderet; neque id fœdus putaret, quod Demetrius non pacis dandæ causa pepigisset, sed ut iis quibus vellet bellum inferre posset accepisset. Quibus Pyrrhus assentiens, exercitu Demetrii corrupto, ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniæ occupavit. [Id. ibid. Justin. lib. 16. cap. 2.] Quo tempore elephantos aliquot eum primum fuisse nactum, notat Pausanias. [in Attic. pag. 11.]

Superveniente deinde Lyfimacho, qui Demetrii oppressionem commune fuisse utriusque opus contendit, & partiri regnum postulavit; haud dum satis fidens Pyrrhus Macedonibus, annuit postulatis Lyfimachi, regionisque & urbes inter se diviserunt. [Plutarch. ut sup.] Dum hæc aguntur, Lyfimachus generum suum Antipatrum, regnum Macedoniæ ademptum sibi fœceri fraude querentem, interfecit; filiamque suam Eurydicen querelarum sociam in custodiam tradidit. Atque ita universa Callandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas partim cæde, partim supplicio, partim particidio luit. [Justin. ut sup.]

Ita nudatus regno Demetrius quum Callandriam refugisset, uxor ejus Phila dolore victa, non

sustinuit

sustinuit iterum privatum & exilem videte maritum; sed abjecta omni spe, veneno vitam finiit. [Plut. in Demetr.]

Demetrio Athenienses, ad Pyrrhum ab ipso deficientes, obsidente; missus ad illum ab eis Crates philosophus, ut obsidionem solveret persuasit. Coactis igitur navibus suis omnibus ac militum undecim millibus cum equitatu impositis, in Asiam ad Cariam & Lydiam Lyfimacho adimendam navigavit. Ibi Eurydice eum, Philæ soror, circa Miletum excepit, adducens suam & Ptolemæi Soteris filiam Ptolemaidem quam Seleucus gener illius antea conjugem illi à Ptolemæo impetraverat, Hanc Demetrius, collocante Eurydice, duxit: ex qua Demetrium filium suscepit, qui Cyrenis postea regnavit. [Ibid.]

Multas urbes deditione, multas vero vi subactas Demetrius recipit, Sardes etiam occupavit. Et defecerunt ad eum à Lyfimacho quidam; qui & pecuniam & milites adferebant. Cum autem Agathocles, Lyfimachi filius, cum copiis adventaret; in Phrygiam ascendit, eo consilio, ut Armenia adita Mediam perturbaret, tentaretque superiores Asiæ provincias, quæ pulso possent præbere recessus multos & varia perfugia. Agathoclem vero insequentem aliquoties levibus præliis superavit. [Ibid.]

Frummentatione autem & pabulatione exclusus, in magnis difficultatibus fuit. Præterea errore quodam in transitu Lyci amnis admissio, multos homines aqua abreptos perdidit: ad extremum vero, lue famem comitante, amissis ad octo millia hominum, retro abductis reliquiis Tarsum venit. Et statuerat ille quidem omnem injuriam ab ea provincia prohibere, quæ Seleuco tum suberat; quem offendere nullo modo cogitabat. Sed id fieri non poterat: cum in extremis difficultatibus essent milites & transitus Tauri montis Agathocles obstruxisset. Literas itaque ad Seleucum dedit: in quibus deplorata sua fortuna, suppliciter ab eo petit, ut se necessarium suam miseretur, qui hostibus quoque miserandus esset. [Ibid.]

Seleucus Demetrii socii sui sortem miseratus, præfectis suis scripsit, ut illum sumptibus rege dignis, & exercitum ejus alimentis large foverent. Sed Procles, Seleuco valde familiaris, ipsius animum varia suspicione ita imbut; ut contra eum Ciliciam versus ille duxerit exercitum. Mutationem miratus Demetrius, ad loca Tauri munitissima se recepit; missisque ad eum legatis ab eo petit, ut ipsius bona pace liceret sibi aliquam liberorum barbarorum provinciam occupare, in eaque errorum & fugarum sine facto, reliquum vitæ suæ exigere. Sin id noller, saltem copias per hyemem ibi aleret, neque omnium rerum egenum summo veret & hostibus objiceret. Seleucus omnia hæc sinistre interpretatus, id modo ei permisit, ut datis obsidum loco primoribus suorum amicorum, per duos menses in Cataonia (confine Cappadociæ provincia) hyemaret: simulque fauces, quibus iter in Syriam patebat, obstruxit. [Ibid.]

Ibi Demetrius undique septus & instar feræ inclusus (hinc Agathocle Lyfimachi, inde obiecto illi Seleuco) vertit se necessario ad vim, sineque Seleuci depopulatus est: ac cum ad orientem confligens Seleuco, semper discessit superior. Currus falcatos aliquando in se emissos superavit, atque hostes fugavit: claustraque Syriæ, dejectis præsidis, in suam redegit potestatem. Jamque plane animo erectus, parabat cum Seleuco de rerum summa dimicare, quum gravis morbus illum occupavit: qui & corpus ejus vehementer debilitavit, & res evertit; militibus partim ad hostem transeuntibus, partim ex castris alio dilabentibus. [Ibid.]

Dum ita in Syria Seleuci potestati subjaceret Demetrius, Lyfimachus (cui diffidens Seleucus, auxilia illius ibi jam rejecerat) in Macedonia Pyrrhum bello aggressus est. [Justin. lib. 16. cap. 3. Pausan. Attic. pag. 6. Plutarch. in Pyrrho & Demetr.]

Victor Lyfimachus, pulso Pyrrho, Macedoniam occupavit. [Justin. ibid.] eamque annum 5. & mensium 6. spatio, obtinuit. [Dexip. & Porphy.]

Post dies 40. à morbo recreatus Demetrius, assumpto quod superaret militum, velut in Ciliciam iturus castra movit: inde nocte absque tuba in diversam partem profectus, superato Amanno monte, subjectas regiones populatus est usque ad Cyrthesticam, Cum eodem advenisset & castra proxime posuisset Seleucus; de nocte adversus eum Demetrius cum exercitu contendit, ignorantem quid fieret & dormientem. Ille à transfugis quibusdam de ejus adventu certior factus, lecto exiliens signa jussit canere: ac dum crepidas induit, clamavit ad amicos, cum immani bellum sibi rem esse. Demetrius ex tumultu hostium proditas insidias sentiens, celeriter suos retro abduxit. [Plutarch. in Demetr.]

Orta luce, quum instaret Seleucus, certum de suis in alterum cornu misit Demetrius, ipse oppositum sibi cornu infugam egit. Tum Seleucus equo dimisso, & deposita galea, & pelta sumpta, monstravit se mercenariis: hortatusque est eos, ad se ut transfirent, tandemque intelligerent, se, ut ipsis, non ut Demetrio parceret, tamdiu cunctatum esse. Inde omnes salutantes eum & Regem appellantes, transitionem ad ipsum fecerunt. [Ibid.]

Hanc omnium mutationum extremam sibi accidere intelligens Demetrius, ad Amanum montis portas confugit; eamque noctem in sylva umbrosa, cum amicis & comitibus perpaucis exegit: inde Caunum pergere cogitans, unde per mare evadere se potuisse sperabat. Et cum ne in illum quidem diem suos satis habere viatici comperisset: commodum advenit ejus amicus Sosigenes cum 400. aureis, quibus vitam toleraturos se usque ad mare sperantes, per tenebras contenderunt ad montium juga superanda. Sed quia hostium frequentes ignes in illis lucebant; illo deplorato itinere, retro se unde disgressi erant recipere coacti sunt. Ubi cum quidam dixisset, debere eum Seleuco se tradere; stricto ense mortem sibi consciscere voluit. Verum ami-

corum tandem consiliis persuasus, misit ad Seleucum, se suasque res illi dedens. [*Ibid.*]

Ea re nuntiata, ministris mandavit Seleucus, ut tentorium regium, & alia quæ ad excipiendum Demetrium pertinerent, magnifice appararent: misitque confestim ex comitatu suo Apollonidem Demetrii quondam familiarem, qui eum consolaretur, ostenderetque, citra ullum metum tanquam ad necessarium & generum ipsum esse venturum. Ea sententia Seleuci vulgata, pauci primum, mox plurimi amicorum ad Demetrium certatim confluerunt. Quæ res miserationem Demetrii in invidiam vertit: æmulisque inde data est occasio Seleuci humanitatem divertendi; cum, simulatque conspiceretur Demetrius, multas innovationes in castris exitaras dicerent. [*Ibid.*]

Pausanias igitur cum mille circiter peditibus simul & equitibus obviam missus, remotis cæteris, subito Demetrium non in Seleuci conspectum, sed in Syriæ peninsulam abduxit. Ea in Chersoneso per reliquum tempus valida adhibita custodia, cultus sufficiens Seleuci iussu præbitus ei fuit: neque pecuniæ, cursus, ambulationes regię, hortive venationibus commodi, deerant. Licebat & amicis, qui una fugerant, & cum ipso esse volebant, una degere. Aliqui etiam quotidie ad eum à Seleuco ventitabant, cum benignis mandatis, bono animo esse hortantes; spemque libertatis, certorum paëtorum interventu, facientes, ubi Seleuci filius Antiochus & uxor ejus Stratonice advenissent. [*Ibid.*] Pellæ vero custoditum fuisse Demetrium, in libro 21. Diodorus Siculus auctor est. [*In Excerptis ab Henr. Valesio edit. pag. 262.*]

Demetrius, cum in eam fortunam devenisset, ad filium suoque apud Athenas & Corinthum duces atque amicos scripsit, ne literis ipsius neque sigillo crederent; sed perinde ac si mortuus esset, urbes & res aliquas Antigono relerarent. [*Plutarch. in Demetr.*] Unde & ab hoc tempore regnum Antigoni filii ejus in Græcia, anno videlicet antequam regnum Macedoniæ illi adjecisset 10. deducit Porphyrius: qui à *Gonis* in Thessalia, ubi vixerat & educatus fuerat, *Gonata* cognomentum illum tulisse monet. [*In Græc. Euseb. Scalig. pag. 226.*] Antigonus vero allatam patris captivitatē graviter ferens, sumpta veste lugubri, cum ad alios reges tum ad Seleucum suppliciter scripsit; quidquid ipsi relictum fuerat, atque adeo seipsum pro parente obsidem offerens. Idem à Seleuco multæ civitates & dynastiæ petierunt. [*Plutarch. in Demetr.*]

Solus Lysimachus legatione ad Seleucum missa monuit, ne hominem summa flagrantem cupiditate, qui omnibus Regibus insidiatus esset, ullatenus è manibus dimitteret; ac bis mille talenta daturum se promisit, si illum è medio tolleret. Seleucus autem vel alias eum execratus, longe impensius hinc duxit detestabilem & barbarum; indeque legatos illius acerbe increpuit, quod se non solum ad violandam fidem, sed ad tantum scelus contra conjunctissimum hominem suscipiendum impellerent. Cæterum ad Antiochum filium qui in Media morabatur scriptis literis, consilium ejus exquisivit, quid de Demetrio faciendum esset. Illum enim custodia liberare, atque in pristinum regnum splendide reducere constituerat: cujus beneficii gratiam cum Antiocho filio communicatam volebat; quod is Stratonicem Demetrii filiam in matrimonio haberet, liberisque ex ea sustulisset. [*Id. ibid. & Diodor. in Excerptis lib. 21. à Valesio editis.*]

3719 Demetrius Syriæ Chersoneso inclusus, primum utcumque venationibus & cursibus corpus exercuit: paulatim vero ad pigritiam & ignaviam delapsus, poculis & alex se dedit, atque his tempus fere traduxit, [*Plutarch. in Demetr.*]

Ptolemæus Soter, quum ex Euridice Antipatri filia primum, deinde ex Berenice (quam Euridicæ comitem in Ægyptum Antipater miserat) liberos suscepisset; ex hujus filiis Ptolemæum (Philadelphum dictum) quum ei mors esset vicina, reliquit in Ægypto regnaturum: ut in Atticis habet Pausanias. Ante infirmitatem, regnum illi tradidisse, ejusque rei populo rationem tradidisse; scribit Justinus. [*lib. 16. cap. 2.*] Quum 38. imperavisset ille annos, regnum filio communicavisse, & per biennium simul cum eo regnavisse, auctores sunt Lucianus in *Maxoposibus* & Porphyrius. [*In Græcis Eusebianis, pag. 225.*] Nos ineunte anno illius; 90. (à morte Alexandri numerato) in regni consortium Philadelphum admittum fuisse sentimus: atque in ejus rei memoriam, à Dionysio Astronomo novam Æram esse institutam; quam ab hujus anni ætate deducendam esse, observationes illius cælestes à Cl. Ptolemæo in magna Syn-taxi commemoratæ demonstrant. Qui Dionysius non alius ab illo fuisse videtur, quem Plinius lib. 6. cap. 17. à Philadelpo in Indiam missum fuisse refert.

Demetrium Phalereum Ptolemæo Soteri ut filiis quos ex Eurydice non ex Berenice genuerat impartiretur regnum, consuluisse, tradit Hermippus. Et quum ille Philadelpho concedere illud voluisset, ad eum dixisse, *Si alteri dederis, ipse non habebis*; in Epitome successio- num Sotionis, Heraclides refert. [*apud. Diog. Laërt. in Demetr. Phaler.*] Pater tamen ei regnum non solum publice tradidit, sed etiam privatim officium regi inter satellites fecit: omni regno pulchrius Regis esse patrem dicens. [*Justin. lib. 16. cap. 2.*]

Ptolemæus, qui *Cerauni* 1. Fulminis (vel à celeritate in rebus agendis, vel à *δρακονομα*, ut est apud Memnonem, propter ferociam & audaciam) cognomentum tulit, Ptolemæi Soteris ex Euridice filius, quum pater juniori filio regnum dare decrevisset, ex Ægypto metu profugus ad Seleucum se recepit. Quem ille ut amici filium miseratus, liberaliter & honorifice tractabat: promissis etiam additis, fore ut defuncto parente in paternum Ægypti regnum ab eo de- juceretur. [*Memnon. Excerpt. cap. 9. & 13. Appian. Syriac. pag. 128.*]

3720 Olympiade CXXIV. ut apud Cyrillum Alexandrinum in lib. 1. contra Julianum legitur, 4430 284

Sarapidis

Sarapidis simulacrum Alexandriam è Sinope peruenit, Ptolemæo Philadelpho in Aegypto regnante, quemadmodum nonnulli perhibent: vel sub primo Ptolemæo, ( hac vero inuente Olympiade simul uterque regnavit ) à quo legatos hac de re ad Scydrothemidem regem, qui tunc Synopenfisibus in Ponto imperitabat, fuisse miflos, sub finem libri Historiarum quarti pluribus narrat Cornelius Tacitus.

Eadem Olympiade, in Eusebiano Chronico, Sostratus Cnidius Pharus in Alexandria construxisse dicitur, de qua Plinius, lib. 36. cap. 12. *Magnificatur turris à rege facta in insula Pharo portum obrinente Alexandria, quam constituisse octingentis talentis tradunt: magno animo ( ne quid omittamus ) Ptolemæi regis; qui in ea permisit Sostrati Cnidi architecti structure ipsius nomen inscribi. Fusus ejus, nocturno navium cursui ignes ostendere, ad præannuntianda vada portusque introitum.* Sostratum εἰς οὐρανὸν ἔκτισεν ἄνεμον Ἰσθμῶν (amicum Regum; Lagidæ utique & Philadelphij) quos inuente hac Olympiade simul regnavisse diximus) in libro 17. ( pag. 791. ) appellat Strabo: inscriptionemque hanc structure appositam refert. *Σοστράτου Κνιδίου Δειφωπίου, Οὐλίου Σωτῆρος ἐπιπέρι τῆς πόλεως Ἰσθμῶν.* Sostratus Cnidius Dexiphani F. *Divis Servatoribus, Pro navigantibus.* Quam eandem, in fine libelli de recte confribenda historia, Lucianus habet: licet non permissu regio ( ut Plinius ) sed architecti dolo id factum ita narret. Cum turrim illam extruxisset, intus quidem in faxis suum ipsius nomen inscripsit; superne autem calce illita, atque ita priore inscriptione occultata, nomen ejus qui tum regnavit superinscripsit: ratus quod evenit, parvo admodum tempore futurum esse ut literæ istæ foris inscriptæ una cum calce illita reciderent & evanescerent, interior autem ille titulus appareret.

Ut autem ad Pharon facilis pateret accessus, quæ à continente ἐπιπέρι Ἰσθμῶν ( sicut in Oratione Aegyptiaca ab Aristide est notatum ) distabat; ingentibus aggeribus in mare jactis & ponte junctis, Heptastadium isthmus factus est, qui Pharon ex insula peninsulam jam reditam cum Rhacori suburbio Alexandrino conjungeret. De quo, sub finem Commentarij III. de bello civili, Julius Cæsar. *Pharus est in insula turris magna altitudine mirificis operibus extructa, qua nomen ab insula cepit. Et ac insula obiecta Alexandria, portum efficit: sed à superioribus regibus ( ita enim cum Brodæo, Scaligero & Saliano legendum, non regionibus; ut in vulgatis habetur codicibus ) in longitudinem passuum nongentorum in mare jactis molibus, angusto itinere & ponte cum oppido conjungitur.* Neque enim Ammiani Marcellini, libro 22. ) Johannis Malelæ, ( lib. 9. cap. 2. ) Fastorum Sæculorum scriptoris, Georgij Cedreni & Johannis Tzetæ audiendæ sunt fabulæ: qui Cleopatæ postremæ Alexandrinorum reginæ cura & turrim & aggerem extructa fuisse somniarunt.

Spartacus in Bosphoro Cimmerio regnare desiit, cum per annos 20. ( ut ad annum 1. Olympiadis CXIX. docet Diodorus Siculus ) imperavisset. Cui successisse videtur Satyri filius Parysades; de quo ad annum Mundi 699. est dictum.

Demetrius Poliorcetes, tertium jam annum in Chersoneso Syriæ inclusus, ex otio, sagina & vino in morbum delapsus è vita migravit. [ *Plutarch. in Demetr.* ] post patris Antigonis excessum, annis 17. [ *Dexip. Porphyr. & Euseb.* ] Male audivit ob ejus mortem Seleucus: & non mediocriter ipsum pœnituit, quod adeo suspectum eum habuisset. Antigonus autem filius, ubi reliquias patris cognovit afferri, cum navibus suis omnibus apud insulas obviam eis occurrit, & receptos ad se cineres aurea urna condidit: quam diademate purpuraque ornatam, iis cæremoniis quibus tantum funus honestari deuit, Corinthum primum, deinde Demetriadem secum detulit; urbem illi cognominem, ex parvis ad Jolcon ( in Thesalia ) oppidulis frequentatam. [ *Plutarch. in Demetrio.* ]

Seleucus, iis omnibus quæ in Syria & Asia ( proprie sic dicta ) Demetrius habebat potitus, ex utroque regno unum fecit imperium. [ *Euseb. Chron.* ] Qua tempestate Judæi annum stipendium, trecenta argenti talenta ei dabant: nec tamen per externos magistratus, sed per sacerdotes suos regebantur, patrioque ritu vivebant. [ *Sever. Sulpic. sacr. histor. lib. 2.* ]

3721 Ptolemæus Lagi filius, Soter dictus, mortem obiit; post regnum filio communicatum, sive initium æræ Dionysianæ, anno 1. mensibus fere 3. post Alexandri M. excessum annis 39. & mens. 4. circiter ( pro quibus alij 40. Ptolemæus in Regum Canone 39. tantum numerat: ) quum annos 84. ( ut habet in *Maxobius* Lucianus ) vivendo exegisset. Regiones illi subditæ, à Theocrito in Idyllio 17. commemorantur: *Aegyptus, Phœnicia, Arabia, Syria, Lybia, Æthiopia, Pamphylia, Cilicia, Lycia, Caria, & Cyclades insulæ.* Et quidem ea lege arma ille cum Seleuco contra Antigonum consociasse dicitur; ut Asiæ universæ dominatus Seleuco pararetur, Cæle-syriam vero & Phœniciam propriam ut sibi faceret. Seleucidis contra asserentibus, Ptolemæum cum Antigono bellum gessisse, non ut sibi quidquam pararet, verum ut Seleucum Cæle-syriæ imperium sibi asserentem adjuvaret; atque Antigono devicto, Calsandrum & Lyfimachum Seleuco Syriam universam decreto suo attribuisse. [ *Polib. lib. 5. pag. 410.* ] Licet vero Syriam & Phœniciam ( quod Theocritus est testatus ) aliquando Ptolemæo paruisse non sit dubium; & post mortem Antigonis, qui eas illi eriperat, Syros iterum subegisse, in Atticis [ *pag. 6.* ] scripserit Pausanias: Tyrum tamen & Sidonem in Demetrii Poliorcetæ potestate fuisse, eoque sublato & hisce & universa Syria potitum fuisse Seleucum, jam antea ostendimus.

Ptolemæo Philadelpho Josephus [ *lib. 12. cap. 2.* ] annos 39. tribuit; à communi cum patre regno, ut videtur, dinumeratos; post patris vero mortem 37. Clemens Alexandrinus, 38. Pro-



lemæus in Regum Canone, Porphyrius, Eusebius, & alii. Quum juxta nostras rationes, post mortem patris annos 37. & menses fere 8. universim 39. annos ille regnaverit, uno mense minus. Minorem autem ille fratrem Argæum, ut insidias sibi comparantem, alterumque fratrem, ex Euidice natum quod ab eo Cyprios ad defectionem sollicitaret suspectum, è medio sustulit. [Pausan. in Attic. pag. 6.] Ut præter meritum <sup>quod ad hunc</sup> cognomen obtinuisse videatur. Urbes illum 3339. possedisse, Theocritus in Idyllio 17. affirmat. Tantæque potentie fuisse narratur, ut Ptolemæum patrem vinceret. Quod ex historiis confirmat Hieronymus, in Daniel. c. 11. & ex regis tabulis Appianus Alexandrinus, sua in Romanas historias Præfatione. Quibus, denarium magnitudine & numero, Athenæus etiam est addendus, in Dipnosophist. lib. 5. cap. 5.

Anno 47. primæ Calippicæ Periodi, Anthesterionis mensis die 8. Nabonafari 465. mensis Athyr die 29. ante mediam noctem horis 3. (Januarii Juliani die 29. desinente) Timocharis Alexandriæ observavit australem mediam Lunæ partem inductam ad tertiam vel mediam succedentem Vergiliarum partem. [Ptolem. lib. 7. cap. 3.]

Lyfimachus Thraciæ & Macedoniz rex, uxoris suæ Arfinoës (ex qua alios liberos suscepit) fraude seductus, Agathoclem filium suum natum maximum, quem in successionem regni ordinaverat, & per quem multa bella prospere gesserat, vel veneno vel Ptolemæi Cerauni (fratris Arfinoës) manu interfecit. [Strabo, lib. 13. pag. 623. Justin. lib. 17. cap. 1. Pausan. Attic. pag. 9. Memnon. Excerpt. cap. 9.]

Patricidium secutæ principum cædes sunt; luentium supplicia, quod occisum juvenem dolabant. Itaque & hi qui cædibus superfuerant, & hi qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucum defecerunt, [Justin. ibid.] Cumque ob filii cædem in odio subditorum esset Lyfimachus, civitates ab eo ad Seleucum defecerunt. [Memnon. ibid.]

Lyfandra (Ptolemæi Soteris filia & Arfinoës soror) cum filiis ex Agathocle procreatis, & fratribus, ad Seleucum profugit: quibus & Alexander, Lyfimachi ille quidem sed ex Odyssiade uxore filius, comitem se addidit. Qui cum Babylonem pervenissent; à Seleuco, ut bellum contra Lyfimachum susciperet, supplices contenderunt. [Pausan. ibid. cum Appiano in Syriac. pag. 130.]

Eodem tempore & Philetæus Paphlago, eunuchus quidem sed liberaliter educatus & à Lyfimacho thesauri sui custodie in munitione Pergamena præfectus, Agathoclem interfecit dolens, eamque ob rem, Arfinoës criminationibus, petitus, Pergamum supra Caycum occupavit, atque inde per legatum se pecuniamque omnem Seleuco obrulit. Semperque potentior ac sibi propiorum pollicendo demerendoque lactans, castelli ac pecuniaz per annos 20. dominus mansit. [Pausan. Attic. pag. 7. & 9. Strabo, lib. 13. pag. 623.] Τὸν Περζάμου δυνάστην, Appianus eum appellat: [Syriac. pag. 129.] nummi veteres, in Hub. Goltzii Thesauro, Regem. Novi enim Pergamenorum principatus condendi author ille fuit; 60. jam annos natus: ut ex Luciano in *Μεμνονίων* intelligitur.

3722 Anno 48. primæ Calippicæ Periodi, Pyanepfionis mensis die 25. Nabonafari 466. mensis Thoth die 7. post mediam noctem horis 3. cum femisse, (Novembris Juliani die 9. (Timocharis Alexandriæ observavit Lunam conjunctam Spicæ Virginis, parte sua boreali. [Ptolem. lib. 7. cap. 3.]

Antiochus Soter Seleuci Nicatoris filius, novercæ Stratonices (quæ Seleuco filium pepererat) amore correptus, agnoscens tamen cupiditatem nefariam, nec tentavit quidquam nec prodidit: sed languens decubuit, ultro cupiens emori. Verum remprehendit Leptines mathematicus, vel ut complures tradiderunt Erasistratus medicus Aristotelis filia genitus & Chryssippi discipulus (ut in lib. 29. cap. 1. habet Plinius) Chryssippi nimirum Cnidii medici ut in *Chryssippo* indicat Laërtius, licet eum alii Theophrasti auditorem fuisse dicant, ut in fine Vitæ Theophrasti idem Laërtius annotat: contra cujus sectatores Erasistratæos, De venæ sectione à Galeno liber scriptus extat. Hic enim juxta Antiochum sedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi & spiritu increbescere eaque egrediente pallere & excitatorem anhelitum subinde recuperare animadvertit: deprehensam morbi causam Seleuco exposuit. Qui charissima sibi conjuge filio cedere non dubitavit: & convocato in concionem exercitu eo præsentem ambos matrimonio junxit. Cumque 72. sub se haberet satrapias, majore parte (τὰ ἄνω ἔδρα, sive Trans-euphrateenses regiones, complectente) filio tradita, tantum quæ inter Euphratem & mare sita sunt sibi retinuit. [Appian in Syriacis: cum Valerio Maximo, lib. 5. cap. 7. Plutarcho in Demetrio, Luciano de Syria Dea, Galeno *ἐπι τῷ ἐπιτομῶν*, & Juliano in *Μοσοπογόνῃ*.]

3723 Lyfimachus in Asiam trajiciens, bellum Seleuco intulit. Ultimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit: quorum 34. jam extinctis, hi duo soli erant superstites. In Phrygia quæ Hellefpondo adjacet prælium est commissum *ἐπὶ Κορυμδίου*, ut apud Porphyrium legitur. [in *Græc. Euseb. Scalig. pag. 228.*] In eo Lyfimachus dum fortiter dimicat magna clade accepta ab Heraclienfi quodam Seleuci milite Malacone, nomine, pilo trajectus est: atque ita, anissis ante variis casibus XV. liberis, non instrenue moriens, postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. [Pausan. Attic. pag. 9. Memnon. Excerpt. cap. 9. Appian. Syriac. pag. 128 & 130. Justin. lib. 17. cap. 1. & 2. Oros. lib. 3. cap. ult.] Annos 70. natum eum tum fuisse Appianus, 74. Justinus & Orosius, 80. vero, qui tum ipse claruit, Hieronymus Cardianus historicus (apud Lucianum in *Μεμνονίων*) affirmat.

Extincti Lyfimachi corpus canis domesticus diu protegens alites ferasque arcuit; donec

Thorax

Thorax Pharfalus diu quaesitum, & indicio canis maxime agnitum, jam tabidum invenit. Quod à Lyfandra multis cum precibus impetratum, Alexander Lyfimachi ex Odrysiade filius sustulit; & in Thracicam Cheronesum deportatum, sepulture mandavit. Ossa in Lyfimachenfium templo à civibus condita sunt; quod postea Lyfimachium est vocatum. [*Pausan. & Appian.*]

Eo sublato, regnum ad Seleuci ditionem, ut pars, accessit. [*Memnon.*] Qui tanta victoria lætus, & quod majus victoria putabat, solum se de cohorte Alexandri remansisse, victoremque victorum extitisse; non humanum fuisse opus, sed divinum munus gloriabatur. [*Justin.*]

Heracienses Ponti, audito Lyfimachi interitu, & quod à populari suo occisus esset, 84. postquam Clearchus primus apud eos tyrannidem arripuerat anno, libertatis recuperandæ desiderio, quam post tyrannos domesticos Lyfimachus eis eripuerat; fortes se viros declarabant. Lyfimachus enim, licet postremo Clearcho & fratre ejus Oxathre è medio sublatis, Heraciensibus libertatem aliquamdiu restituisset; postea tamen uxoris Arfinoës importunitate victus, Heracleæ bellum intulit, (cujus Justinus, lib. 17. cap. 3. meminit) eaque potitus, Heraclitum Cymæum, virum Arfinoës observantissimum, præfectum illius constituit. Quem cives, post Lyfimachi mortem, convenientes, non incolumitatem tantum sed etiam munerum splendidum viaticum, pristinam modo libertatem obtinerent; obtulerunt. Cumque ille ira inflammatus, eorum nonnullos ad supplicia rapi juberet; Heracienses pacto cum præsidii præfectis inito, ut æquali in Republica jure uterentur & quibus fraudati essent stipendia reciperent, captum Heraclitum in custodia ad tempus detinuerunt. Metu dehinc soluti, mœnia arcis ad fundamenta usque diruerunt, & missa ad Seleucum legatione, Phocritum civitatis curatorem fecerunt. [*Memnon. Excerpt. cap. 8. & 10.*]

Zipetes Bithyniæ regulus, Lyfimachi antea, tunc etiam Seleuci causâ (nam cum utroque similitates habebat) Heraciensibus infensus, excursionibus in agros eorum factis, à nullo maleficiorum genere abstinuit. Sed neque illius exercitus cladium expers fuit: haud multo mitiores quam intulit, ipse recipiens. [*Ibid. cap. 11.*]

Interea Seleucus Aphrodisium in urbes Phrygiæ & eas quæ adjacent Ponto procuratorem misit. Hic rebus quarum causa venerat confectis, post reditum in aliarum quidem civitatum laude prolixus erat, Heracienses autem criminabatur ut Seleuco parum addictos. Seleucus ergo hoc irritatus, legatos ad se profectos fastidivit, & minis increpitans terruit. Quorum unus tamen Chamæleon nihil his percussus, ita regem compellavit: *Hercules ἡμίπων, Seleuce (ἡμίπων) autem Dorienfibus eum significat qui est fortior.* Quam vocem cum Rex non intelligeret, concepta in ira persistens, se avertit. Legatis igitur, neque domum redire, neque illic manere, operæ pretium videbatur. Quæ cum Heraciensibus renuntiarentur, tum cæteris se munierunt, tum copias auxiliares collegerunt; & per legatos Mithradatem Ponti regem, & Byzantinos & Chalcedonios de ope ferenda sollicitarunt. [*Ibid. cap. 12.*]

At exules ab Heraclea qui supererant, ita tandem convenerunt. Nymphidius quidam ex eorum numero reditum eis suadet; nec difficilem hunc esse demonstrat, si nihil eorum quæ majores amisissent moleste viderentur & turbulente reposcere: & quam minimo negotio persuasit. Quare cum eo quo consuluerat modo felicem inveniret successum reditus: tum redituri, tum quæ recepit illos patria in communi & æqua versabantur lætitia. Nam & humanissime eos cives tractabant & nihil horum quæ ad mediocrem vitæ sustentationem conducunt, deferi patiebantur. Hoc itaque modo in antiquum nobilitatis & gubernationis decus sese vindicarunt. [*Ibid.*]

374 Seleucus, in Macedonia patria sua quod reliquum senectutis erat transigere destinans, Hellefpontum trajecit. Cumque inde Lyfimachiam peteret, aram obiter vidit in loco sitam conspicuo; & ubi percontatus, *Argos* ei nomen fuisse didicit, (de *Argis* autem cavendum ab oraculo monitus ille fuisse dicitur) ulterius causam appellationis sciscitabatur; num ab Argonautis in Colchos præternavigantibus denominata sit, an ab Argivis qui ad Ilium militarunt nomen ei fecerint accorsæ, an quod Argo navis ibi naufragium passa sit, an ab Attridarum patria. Talia quærentem Ptolemæus Ceraunus, Ptolemæi Soteris ex Eurydice filius & Arfinoës uxoris Lyfimachi frater, à tergo aggressus confodit: benefactorem scilicet suum, qui illum aluit & ubique secum circumduxit. Atque ita regnum Macedoniae, quod Lyfimacho eripuerat, post menses admodum septem, cum vita pariter Seleucus amisit. [*Justin. lib. 17. cap. 2. Appian. Syriac. pag. 128. 129. Memnon Excerpt. cap. 13.*]

Seleucum maximim post Alexandrum regem fuisse, animoque maxime regio præditum, maximæque post illum terræ portioni imperasse, in libro de rebus Alexandri 7. affirmat Attianus: vitam vero ille finit, anno ab excessu Alexandri 43. ætæ Græcorum sive Seleucidarum 32. quum annos vixisset, juxta Appianum, 73. licet Justinus 78. ætatis anno periisse illum significet. Corpus ejus cremavit Philætæus Pergami dynastes, pro magno auti pondere à Cerauno sibi traditum, & cineres ad Antiochum ejus filium remisit: qui in maritima Seleucia conditum honoravit delubro addito, & fano ei sacro, quod nominatum est Nicatorium. [*Appian. in Syriac. pag. 129.*] Et hunc vero, & filios nepotesque ejus, anchoram in femore, veluti notam generis naturalem habuisse refert Justinus, lib. 15. cap. 4. & Aufonius in Claris Urbibus, de Antiochia canens;

4434 280

-----Illa Seleucum

Nuncupat, ingenuum cuius fuit anchora signum:  
Qualis iniusta solet generis nota certa, per omnem  
Nam sobolis seriem nativa cucurrit imago.

Notat vero Polybius, libro 2. [pag. 228.] Ptolemæum Lagi filium, Lyfimachum, Seleucum & Ptolemæum Ceraunum, circa Olympiadem CXXIV. omnes in vivis esse desuisse. Et Lagides quidem anno illius Tetraëteridis Olympicæ primo, Lyfimachus & Seleucus quarto, vitam cum morte commutavit. Sed Ceraunus ante finem primi anni sequentis Olympiadis non periit. Quem idcirco, eandem obituum *auspulsus* in eodem libro [pag. 155.] postea repetens Polybius, consulto videtur prætermisisse.

Ptolemæus Ceraunus, Seleuco trucidato, equi cursu adjutus Lyfimachiam profugit: ubi imposito sibi diademate, cum satellitum manu speciosissima ad exercitum tendit. Ibi necessitate compulsi eum receperunt & regem salutarunt, qui paulo ante Seleuco sacramenti religione erant adstricti. [Memnon. Excerpt. cap. 13.]

Antigonus Gonatas Demetrii Polioretæ filius, cæde Seleuci intellecta, expeditionem suscepit in Macedoniam; pedestribus & nauticis copiis Ptolemæum Ceraunum antevenire properans. At Ptolemæus expeditas habens Lyfimachi naves, instructa acie occurrit: inter quas erant cum aliæ, tum ex Ponto ab Heraclæa accessitæ hexeres & penteres & quæ aphractæ appellantur; & una osteris, Leontifera nomine insignis, quæ magnitudine & elegantia in admirationem veniebat. In ea enim 100. viri, suæ quique centuriæ ordine, remos ducebant; ita ut ex altera parte 800. ex utraque autem 1600. numero essent: qui vero è foris pugnantibus 1200. & duo gubernatores inerant. Postquam in aciem descensum est, superior evasit Ptolemæus, in fugam versa Antigoni classe. Ubi fortius cæteris pugnarunt naves ex Heraclæotide; & palmam inter has tulit osteris Leontifera. Victus itaque Antigonus, in Bœotiam se recepit: & Ptolemæus in Macedoniam transiens, firmiter regnum per annos 2. obtinuit. [Ibid. cap. 14, 15.] anno videlicet 1. & mensibus 5. ut magis distincte Dexippus & Porphyrius rem explicant.

Ptolemæus Ceraunus, cum & in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, & in favorem ultionis Lyfimachi ambitiosus apud populares esset, primo Lyfimachi filios conciliare sibi statuit; nuptiasque Arfinoës sororis suæ, matris eorum petiit, puerorum adoptione promissa: ut cum in locum patris eorum successissent, nihil illi moliri, vel verecundia matris, vel appellatione patris auderent. Fratris quoque (Ptolemæi Philadelphii) regis Egypti concordiam per epistolas deprecatus est: professus deponere se offensam erepti paterni regni; neque amplius à fratre quaesiturum, quod honestius à paterno hoste perceperit. [Justin. lib. 17. cap. 2.] Cum Antiocho quoque Seleuci filio pacem fecit. [Id. lib. 24. cap. 1.]

Sed nec Pyrrhus rex Epiri omisus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset: qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus venditabat. Itaque Tarentinis adversus Romanos laturus auxilium, ab Antigono (Gonata) naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petiit; ab Antiocho (Seleuci filio) pecuniam, qui opibus quam militibus instructior erat; à Ptolemæo (Cerauno) Macedonum militum auxilia. Cui ille quinque millia peditum, equitum quatuor millia, elephantos quinquaginta, non amplius quam in bienniū usum dedit. Ob hæc Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni (Epirotici sui) reliquit: ne abducta in Italiam juventute, prædam hostibus regnum relinqueret. [Id. lib. 17. cap. 2.]

Relicto igitur custode regni filio Ptolemæo (quem ex Berenices filia Antigone susceperat) annos 15. nato, (cujus tamen ipsius custodiam Ptolemæo Cerauno reliquerat) exercitum Pyrrhus in portu Tarentino exposuit; duobus parvulis filiis, Alexandro & Heleno, in solatia longinquæ secum expeditionis abductis. [Id. lib. 18. cap. 1.] Non expectato autem vere, tempestate anni admodum incommoda, eo illum trajecisse, ex Dionysio Halicarnassæo tradit Zonaras: circa Olympiadem CXXIV. ut habet Polybius. [lib. 2. pag. 129.] Tetraëteridis nimirum illius Olympicæ anno 4. & ultimo.

Antiochus Soter, post patris Seleuci mortem, Syriæ regnum annos 19. obtinuit. [Porphyr. & Euseb. & Sever. Sulpic.] Qui cum vix tandem multis præliis nec universum tamen patris regnum recuperasset; expeditam manum in ulteriora Tauri mittit, Patrocle duce: qui Hermogenem, Aspendium genere, legatum sibi adoptavit. Hic cum alias urbes, tum Heraclæam Pontii, infestare constituerat. Verum Heracliensum legatione placatus, è finibus eorum excessit: & percussio cum eis amicitiaæ fœdere, per Phrygiæ agros in Bithyniam se convertit. Sed Bithyniorum insidiis exceptus, una cum exercitu internecione cæsus est; cum strenui viri facinoræ, suo loco, in hostes edidisset. [Memnon. Excerpt. cap. 16.] Zipetes vero Bythiniaæ rex, Antiochi copias ita deletis, urbem ad Lyperum montem condidit, nomine suo insignem. [Id. ibid. cap. 21.]

Anno 50. primæ periodi Calippicæ desinente, à morte Alexandri 44. æstivum Solstitium observavit Aristarchus Samius; post idem à Metone observatum annis 152. (sive 8. enneadecæteribus:) ut ex Hipparchi libro de anni magnitudine refert Ptolemæus. [lib. 3. Syntax. cap. 2.]

Arfinoë Lyfimachi vidua, fratri suo Ptolemæo Cerauno nupta, in urbem suam Cassandream eum recepit. Qui, occupata arce, filios illius ex Lyfimacho rege (Lyfimachum 16. annos natum, Philippum triennio minorem) in matris gremio trucidari curavit. Ipsa quoque, scissa veste

&amp; crini.

Anno Mundi.

3725

& cimbribus sparsis, cum duobus servulis ex urbe protracta, Samothraciam in exilium abiit. [*Justin. lib. 24. cap. 2. & 3. Memnon. Excerpt. cap. 15.*]

Anno post Pyrrhi in Italiam transitum incurrente altero, Græciam Galli invaserunt. [*Polyb. lib. 1. pag. 6.*] Divisis enim trifariam copiis, ac sua cuique parti provincia attributa; alii Thracas & Triballos ducere Cerethrio, Pannonios alii Brenno & Acichorio, Macedonas & Illyrios alii Belgio (ita enim apud Justinum lib. 24. cap. 5. & lib. 25. cap. 2. legitur, non ut apud Pausaniam, Belgio) ducente, adierunt. [*Pausan. in Phocis. pag. 335.*]

Belgio & suis, Ptolemaeus Ceraunus Macedoniae rex cum paucis & incompositis, quasi bella non difficilium quam scelera patrentur, parricidiorum furis agitatus, occurrit. Regis Dardanorum legationem, 20 millia armorum in auxilium offerentem, sprevit. Et cum Galli legatos ad eum mitterent, offerentes pacem, si emere vellet: pacem daturum se negavit, nisi principes suos obsides dederint & arma tradiderint. Prælio vero conferto, victi Macedones sunt. Ptolemaeus multis vulneribus faucibus sauciatus quo vehebatur elephas excussit: quem vivum captum Galli disperseverunt; caput ejus amputatum, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium circumferentes. Paucos ex Macedonibus fuga servavit: cæteri aut capti, aut occisi sunt. [*Justin. lib. 24. cap. 45. & lib. 25. cap. 2. cum Memnonis Excerpt. cap. 15. & Diodori Sic lib. 2. Sec. 3. & Pausania in Phocis. pag. 335.*]

Ptolemaeus in regno Macedoniae frater ejus Meleager excepit quem post menses duos, ut indignum, eiecerunt Macedones; in ejus locum substituto Antipatro Philippi (cujus in lib. 12. cap. 14. apud Justinum mentio) fratris Cassandri filio. Quis illi Etesiam, quod 45 tantum diebus, quot circiter Etesiae venti apud eos spirare solebant, appellabant [*Porphyr. in Græc. Euseb. pag. 228.*]

Brennus (quem natione Præsum fuisse quidam dicunt, ut apud Strabonem, lib. 4. pag. 187. legitur) audita Belgii ducis victoria, indignatus optimam prædam & Orientis spoliis onustam tam facile à se relictam esse; adunatis 150 millibus peditum, & 15 millibus equitum, in Macedoniae properat. [*Justin. lib. 24. cap. 6.*] Sed apud Dardanos Illyriae seditione inter milites orta, ad 20 millia hominum (quem numerum Suidas etiam habet, in voce *παλαίωμοι*) cum Leonorio ac Lutario regulis, secessione facta à Brenno, in Thraciam iter averterunt. Ubi cum resistens pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium cum pervenissent; aliquamdiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis ejus urbes obtinuerunt. [*Liv. lib. 38.*]

3726

a. Sosthenes unus de Macedonum principibus, contracta juventute, & Gallos victoria exultantes compescuit, & Macedoniae ab hostili populatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedoniae affectantibus, ignobilis ipse (utpote *νεῖ δεινότητι*, ut à Porphyrio notatum, non ex regia stirpe ortus) præponitur: & cum rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in Regis sed Ducis nomen jurare milites compulit. [*Justin. lib. 24. cap. 5.*] Per duos vero annos Macedonibus ille præfuit. [*Porphyr. & Euseb.*]

Cum Brennus Macedoniae ingressus agros villasque popularetur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes: sed pauci à pluribus, trepidi à valentibus facile victi sunt. Itaque cum victi se Macedones intra muros urbium condidissent; victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniae agros deprædatus est. [*Justin. lib. 24. cap. 6.*]

Leonorius & Lutarius, Lyfimachia fraude capta, Cherfoneque omni armis possessa, ad Hellepontum descenderunt. Ibi vero exiguo divisio freto cernentibus Asiam, animi ad transfundendum accensis sunt: nuntioque ad Antipatrum præfectum ejus oræ de transitu miserunt. [*Liv. lib. 38.*]

Zipætes, quum in Bithynia 40 annos regnasset & 76 vixisset, mortem obiit, 4 filiis relictis: quorum Nicomedes natu maximus patri in regno succedens, fratribus non frater, sed licitor factus est. [*Memnon. Excerpt. cap. 21.*] Junior vero Zipætes, prioris fortasse filius, (in Livii libro 38 Zybæas dictus) maritimam Bithyniae partem, Thraciam Thyniacam sive Asiaticam dictam, obtinuit. [*Ibid. cap. 18.*]

Antiocho Sotere in Bithynios expeditionem instituente, Rex eorum Nicomedes per legatos auxilium ab Heraclensibus petiit & impetravit: gratiam se relaturum, ubi in simili necessitate tempus flagitaret, pollicitus. Ea occasione Heraclenses Cierum, & Tium, & Thynidem terram, multis expensis ad se reducerunt. Cum vero Amastrin (quæ & ipsa cum aliis adempta eis fuerat) tam bello quam pretio recuperare conarentur: qui illam tenebat Eumenes, Ariobarzani Mithradatis (in Ponto tum regnantis) filio gratis eam tradere, quam Heraclensibus pecunia revendere maluit, vesania ire subactus. [*Ibid. cap. 17.*]

b. Brennus & Acichorius cum Illyriis (ut in Illyricis suis habet Appianus) quos Autarios & Celtis quos Cimbros vocant; è Macedonia in Græciam transferunt, exercitum 1520000 peditum habentes, & 20400 equitum; quorum equitum singulis duo famuli adjuncti erant in equis & ipsi, qui dominis auxilio succurrerent, & mortuis succederent. Sed dum templum Delphicum spoliare conantur, fulminibus, terræ motu, montis Olympici ruina, acerrimo frigore & nive plurima (quum hyemis tempus esset) vehementer afflicti sunt. Qui Phocensium armis perierunt, non multo pauciores quam sex hominum millia fuerunt; nocturno gelu, & postea Panico terrore confecti, amplius decem millia: nec minor numerus fame consumpti. Brennus, dolore vulnerum & acceptæ cladis pudore efferatus, cum mero affatim se ingurgitasset,

4435 279

4436 278

femet ipse confodit. Acichorius, punitis belli auctoribus, cum decem millibus sauciorum citato agmine Græcia excessit. Sed assidui imbres & gelu, nix concreta, & faues, & super hæc maximum pervigiliae malum, miseris infelicis belli reliquias obtebant. Gentes quoque nationesque, per quas iter habebant, palantes velut prædam sectabantur. [*Pausan. in Phocicis & Asiis. Justin. lib. 24. cap. 6, 7, 8. Eclog. Diod. lib. 22. sect. 13. Appian. Illyric. pag. 718.*] Contigisse cladem hanc biennio post Pyrrhi in Italiam transitum, significat Polybius: [*lib. 2. pag. 108.*] anno secundo Olympiadis CXXV, archonte Athenis Anaxicrate, Pausanias. [*in Phocic. pag. 340.*]

c. Illyriis illis Autariis qui cladem hanc evaserant, quum ad propria redissent, infinitam ranarum vim subortam fuisse ferunt, quæ putrescentes flumina corrumperent. Vapore deinde ex terra exhalante, pestem Illyrios invasisse, donec profugi à patria, & pestem deferentes, quum nemo ob timorem suscipere auderet, 23 dierum progressi iter, ad tellurem palustrem inhospitamque venire, & juxta Basternatum gentem urbes condidere. Celtarum quoque tellurem concussam fuisse aiunt, urbesque absorptas: nec prius finem tantæ cladi impostum, quam & ipsi pari modo è laribus egressi sunt, & in Illyrios qui cum ipsis una deliquissent, pervenere, quos peste jam confectos, & ob id debiles, quum facile vicissent; contræctatione earum rerum morbo correpti in fugam abiere, & ad Pyrenen usque loca mutavere. [*Appian. ut. sup.*] Et Cordistas sane, Gallorum illorum reliquias qui oraculum Delphicum armis tentarunt, in agris vicinis Istro collocavisse Bathanatum quendam eorum ducem, à quo via illa per quam redierunt Bathanatii nomen servaverit, Athenæus narrat. [*lib. 6. cap. 4.*] Quos Gallos Strabo Scordiscos appellat, ad Istrum positos; & Autariatas (sive Autaros illos) potentia sua exuisse confirmat. [*lib. 7. pag. 293. 296. 313. 317. 318.*]

Inter Gallorum illorum regulos qui ad Hellepontum descenderant nova seditione orta, Leonorius Byzantium, unde venerat, cum majore hominum parte repetit: Lutarius, Macedonibus per speciem legationis ab Antipatro ad speculandum missis, duas tectas naves & tres lembos ademir; quibus alios atque alios dies noctesque transvehendo, intra paucos dies omnes copias in Asiam trajecit. [*Liv. lib. 38.*]

Bello inter juniorem Zipæten Bithynum & Heraclienfes orto, victoria Zipætes potitus est: sed sociorum auxiliis supervenientibus, fuga se subduxit. Unde caërorum suorum cadavera Heraclienfes assecuti, ea cremarunt; ossaque in urbem relata, magnifice in præclare de patria meritorum monumento condiderunt. [*Memnon. Excerpt. cap. 18.*]

d. Circa eadem tempora, Antiocho Sotere & Antigono Gonata in copias militares magnos utrinque apparatus facientibus; Antigono Nicomedes Bithyniæ rex operam navabat, Antiocho complures alii. Antiochus vero priusquam in Antigonom duceret, adversus Nicomedem bellum instituit. Hic igitur & aliunde auxilia collegit, & de belli societate Heracliam missis legatis, 13 in subsidium triremes inde accepit: & tum demum classem suam Antiochi classi opposuit. Etsi autem adversas aliquandiu tenebant acies; neutri tamen pugnae initium fecerunt, sed absque effectu tandem abcesserunt. [*Ibid. cap. 19.*]

Byzantini Gallorum incursionibus fatigati, cum ab aliis sociis auxilia, tum ab Heraclienfibus aureos mille (al. 4000) per legatos impetrarunt. Haud ita multo post Nicomedes Bithyniæ rex conditionibus hisce transitum Gallis in Asiam conciliavit. *Ut Nicomedi ejusque posteris amicitia federe semper conjuncti manerent. Absque Nicomedi sententia & voluntate nemini, à quo per legatos sollicitarentur, in bellis opem ferrent: sed amicis hujus amici, & inimicis hostes forent. A Byzantinis etiam starent, si qua necessitas incidere. Societatem præterea colerent cum Tians & Heraclienfibus & Chalcedoniis, & Cieranis, & nonnullis qui alias sub jurisdictione gentes haberent.* [*Ibid. cap. 20. 21.*] Atque ita Leonorius, adjuvante Nicomede Bithyniæ rege, à Byzantio transmisit, [*Liv. lib. 38. Strabo, lib. 12. pag. 566.*] Gallorum vero in Asiam transitum, anno 3 Olympiadis CXXV, Democle Athenis archonte, factum fuisse confirmat Pausanias. [*in Phocic. pag. 340.*]

Neque per hoc tamen à Gallorum infestatione liberati Byzantini sunt. Nam ex iis qui cum Brenno periculo ad Delphos defuncti sunt nonnulli ad Hellepontum duce Comontorio venerunt: qui nequaquam in Asiam trajecerunt, sed bonitate agrorum circa Byzantium capti, sedes ibidem posuerunt. Deinde Thracibus devictis, ac regni sui sede Tylæ instituta, ultimum Byzantinis periculum creaverunt. [*Polyb. lib. 4. pag. 313.*]

3727

Ptolemæus Philadelphus, honestarum artium amore studioque flagrans, egregiam Alexandriae Bibliothecam instituit, in ea urbis regione quam Bruchium vocat. Cumque librorum ex omnibus terrarum partibus conquirendorum curam Demetrio Phalereo commisisset; illius hortatu libros sacros ex Hebraicâ lingua in Græcam à LXXII. interpretibus vertendos curavit, regni sui anno septimo: ut in libro de mensuris & ponderibus habet Epiphanius. De quo in Apologetici sui cap. 8. Tertullianus. *Ptolemæorum eruditissimus (quem Philadelphum supernominant) & omnis literatura sagacissimus, quum studio Bibliothecarum Pisistratum (ut opinor) emularetur; inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetrii Palerei grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandaverat, libros à Judæis quoque postularit.*

Et quidem Ptolemæum hunc, si quem alium humanioribus disciplinis deditum fuisse, in libro 22. historiarum confirmat Phylarchus [*apud Athenæum, lib. 12. cap. 17.*] Quod pluribus,

in

in libri de Architectura septimi Præfatione demonstrat Vitruvius: ubi, quum Bibliothecam Alexandrinam summa diligentia perfecisset, Musis & Apollini ludis dedicatis, quemadmodum Athletarum sic communium scriptorum victoribus præmia & honores cum constituisse docet; & quomodo Zoilum Homeromastigem à Macedonia ad se venientem ille exceperit, enarrat.

In conquirendis autem libris exemplo illi prævit Aristoteles. Ille moriens bibliothecam suam Theophrasto tradidit, qui libros suos deinde omnes Testamento quod apud Laertium extat) Neleo Scepsio reliquit. [Strabo, lib. 13, pag. 608. Plutarch. in Syllax.] Ab eo libros illos omnes mercatum Ptolemæum Philadelphum, cum iis quos Athenis & Rhodi emerat Alexandriam transferri curavisse, scribit Athenæus, [lib. 1. cap. 1.] licet Strabo & Plutarchus, [in locis notatis] cum quibus & alibi ipse Athenæus facit, [lib. 5. cap. 11.] Theophrasti libros, & cum eis Aristotelis bibliothecam, ad Nelei hæredes tranfuisse & ab eorum posteris Apellioni Teio Syllanis demum temporibus magno pretio venditos fuisse referant.

Bibliotheca huic, post Demetrium Phalereum (non modo Grammaticorum, quo tantum nomine à Tertulliano commendatum eum audivimus, probatissimum, sed etiam Philosophum nobilem & Reipublicæ Atheniensis aliquando principem) Zenodotum Ephesium (primum Homericorum versuum correctorem) ex Suida; deinde Aristophanem (qui summo studio summaque diligentia quotidie omnes Bibliothecæ libros ex ordine perlegit) à Ptolemæo fuisse præfectum, ex jam citata Vitruvii Præfatione didicimus. Sed hæc postea sunt facta. Quæ ad tempus spectant præsens ex Aristeæ de LXX interpretibus libello, & cum secuto Josepho, [lib. 11. Antiquit. cap. 2.] atque Eusebio [lib. 8. Præparat. Evang.] excerpta jam subjecimus.

Interrogatus à Rege Demetrius Phalereus, quot librorum myriadas jam comparasset, circiter 20 adfuisse respondit; sed sperare se brevi ad 50 numerum esse perventurum. Qui 200000 librorum numerus, cum non in nostro solum Aristeæ, sed etiam in eo quo Josephus & Eusebius sunt usi, similiter extet: minor ille 54800 à posteriore scriptore Epiphonio hic positus numerus haudquaquam est recipiendus.

Demetrius Regi, ut à Judæis divinas eorum leges peteret; Aristeas regius satelles, ad id commodius obtinendum, ut Judæorum captivos in Ægypto detentos libertate donaret, persuasit. Numerus captivorum supra 10 myriadas fuisse memoratur. Pro uniuscujusque captivi redemptione, 20 drachmæ expensæ fuisse dicuntur in Aristeæ nostro: vel 120, ut apud Josephum legitur. Et drachmæ quidem 120, siclos sive stateras, aut argenteos tetradrachmos, 30 efficiunt; quod servi pretium constituitur, [Exodi XXI. 32.] pro quo & Servator noster, quum pro nobis servi formam assumpsit, à proditore venditus est. Drachmæ vero 20, quæ apud Aristeam leguntur, per 10 myriadas sive centena millia multiplicatæ drachmas exhibent 2000000, quæ per 6000 divisæ, quot numero drachmas talentum Atticum continet, talenta nobis Attica 333 exhibent. Pretium autem à Ptolemæo pro captivorum Judæorum redemptione persolutum, 400 talenta excessisse tum in Josephi tum in nostro Aristeæ legitur: quia supra 10 myriades liberatæ fuisse memorantur: eodem etiam lytro, Regis jussu, pro lactentibus pueris qui una cum matribus redempti sunt, insuper erogato. Unde expensas ultra 460 talenta protraxisse refert Josephus: pro quibus 660 in vulgatis leguntur Aristeæ exemplaribus.

Ex Judæis hæc ætate & viribus valentiores in exercitum recepit Ptolemæus; aliisque qui idonei sunt visû negotia aula commisit: ut in epistola, ad Eleazarum Pontificem ipse confirmat. Pro qua una Regis epistola, duæ aliæ ab Epiphonio sunt suppositæ, & stylo & sententia ab ea que apud Aristeam, Josephum & Eusebium habetur, diversissimæ: quarum posterior ab hac inchoatur præcæmia. *Ὁ θησαυρὸς ἀκρυβητὸς, ὃς παρὰ τὸν ἀποστόλῃν, πρὸς ἀπόδειξιν ἐν ἀποστόλῃς; Theauri absconditi, & fontis obscurati, quæ utilitas in utrisque?* Ubi in epistola Græco regi afficta, quis non statim advertat manifestum Hebraismum: eumque ex illis, [Ecclesiast. XX. 30. & XXI. 18.] expressum. *Σοφία ἀκρυβητὸν, ἢ ἀποκρυφὸν ἀγαθὸν, ἢ ἀπόδειξιν ἐν ἀποστόλῃς; Sapiencia abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?*

Una cum epistola, dona etiam magnifica ad Templi Hierosolymitani usum, per Andream & Aristeam satellites suos, summo Pontifici Eleazaro Ptolemæus misit. Mensam auream, longitudinis duorum cubitorum (& semissis, ut in Josepho additum reperitur) altitudinis sesquicubitalis, & crassitudinis non minoris semicubito: undique ex auro probato solidam, & non aureis laminis extrinsecus obductam. Crateres argenteos duos, capientes plus quam duas metretas; cum similibus argenteis tribus. Phialas aureas 20, & argenteas 30 ad quorum omnium perfectionem exhiberat ille auri 50 pondio talentorum, argenti 70, & lapides preciosos non pauciores quinque millibus: adeo ut quintuplo pretium auri superarent lapides collati, & artificum industria navata. Misit insuper & Rex, ad sacrificia aliosque Templi usus, argenti talenta centum.

Eleazarus Pontifex, hæc acceptis, ex singulis tribubus (superfuisse enim post reditum ex captivitate Babylonica etiam decem Israelitarum tribuum reliquias, ad annum Mundi 3468. c. supra ostendimus) sex viros seniores & genere, & doctrina, & rerum usu præstantes, elegit; qui Legem divinam, uti rex postulaverat, ex Hebraica lingua in Græcam traducerent. Horum 72 Seniorum apud Aristeam consignata habentur nomina: quorum postremum Ezechiolum illum ipsum fuisse existimaverim, cujus Ἐσαχολὸς, sive de Hebræorum educatione ex

Ægypto sacram tragœdian, Præparationis suæ Evangelicæ libro nono inseruit Eusebius. Judicæ enim, non (ut Clemens Alexandrinus & Eusebius sensisse videntur) Græcæ eum fuisse originis, vel ipsum *Ezekieli* nomen arguit.

Epistolam quoque ad Regem scripsit Eleazarus: cujus hoc apud Aristeam habetur initium. *Αυτός τῆ ἑρρωσ* (vel, ut rectius apud Eusebium legitur, *Εἰ αὐτὸς τῆ ἑρρωσ*) ἔν ἡ βασιλείᾳ ἡρώδης ἡ ἀδελφῆς τῆ Πύρρῃ, καλῶς αἰ ἔχει ἔν ἡ ἀρκεσίβῃ. δὲ ἔν ἡ, ἔν Ἀρσινοῦ ἡ ἡ ἀδελφῆς σου, ἔν ἡ ἀδελφῆς σου. Bene se res habet, & ut cupimus. Ptolemæus enim Philadelphus post Arfinoem Lyfimachi regis Thraciæ & Macedoniæ filiam, ex qua Ptolemæum Evergetem & Berenicem (de quibus suo loco) susceperat, alteram etiam Arfinoem sororem suam duxit, quæ jam dicto Lyfimacho primo suo marito mortuo, fratri quoque suo Ptolemæo Cerauno prius nupserat. Diem vero illa obiit, antequam Philadelpho pareret: qui eam ita dilexit, ut Arfinoëdi in Ægypto præfecturæ cognomentum ab ea dederit. [*Pausan. Attic. pag. 7.*] factam ei ex topazio statuam quatuor cubitorum in delubro quod aureum cognominabatur sacraverit, [*Plin. lib. 37. cap. 8.*] eique templum ex magnete Dinocrates architectus concamerare inchoaverit, ut in eo simulachrum ejus è ferro pendere videretur: [*Idem. lib. 34. cap. 14.*]

*Jussus ob incesti qui quondam fœdus amoris,  
Arfinoem Phariæ suspendit in aere templi:*

ut in Idyllio 9. cecinit Aufonius.

LXII. Seniores Alexandriam ingressi, munera ab Eleazaro missa Ptolemæo obtulerunt, cum membranis variis, in quibus Lex aureis literis lingua Judæorum perscripta erat: quæ mira arte elaboratæ erant, & ita compositæ ut earum commissuræ oculis discerni non possent. Contigitque ut eo venirent illi tempore, quo Rex navali adversus Antigonum prælio victoria fuit potitus. Cujus naumachiæ, ob historiarum hujus temporis defectum, nulla alibi facta reperitur mentio. Neque enim eorum placere nobis potest sententia, qui ad illud tempus eam referendam existimant, quo Antigonus Gonatas bellum Atheniensibus inferens, urbem eorum terrestribus maritimisque copiis oppugnavit: quod post Pyrrhi mortem ex Justini libro 26, & ex Pausaniæ Laconicis ante Arææ sive Aræi I. Lacedæmoniorum regis exitum (inter Periodi videlicet Julianæ annum 4442 & 4450) gestum fuisse intelligimus. Etsi enim Areus cum terrestribus Lacedæmoniorum, & Patroclus cum navalibus Ptolemæi copiis subsidio Atheniensibus tum venerit: domum tamen sine pugna recedente Aræo, frustra eis opitulatum fuisse Patroclum, Pausanias indicat. [*in Attic. pag. 7. & Laconic. pag. 87.*]

Magnifico deinde illos convivio per 7 aut (ut Josephus habet) 11 dies Ptolemæus excepit: eorum curam gerente Dorotheo, & cibaria pro victus eorum peculiari ratione ministrante. Et Rex per intervalla quædam quæstiones politicas & ethicas eorum singulis proposuit: quibus illi ex tempore prudenter admodum responderunt; ut apud Aristeam (qui ista ex Regis Diarii descripsisse se dicit) videre licet. Hinc mandavit, singulis talenta tria donari, & puerum qui ea obtulit.

Post tres dies quam ista sunt acta, Demetrius per aggerem maris septem stadiorum cum Interpretibus progressus, trajecto ponte in Pharon insulam eos adduxit, & in domo juxta septentrionale litus splendide extructa, atque ab omni tumultu & strepitu remota, eos collocavit. Ibi interpretationem illi aggressi, singula ex collationibus ad consonantiam elaborabant: quæ ita elaborata Demetrius exscribenda curabat. Et quotidie quidem ad horam usque nonam eo in studio versabantur, deinde discedebant ad curandum corpus: quibus omnia large suppeditabantur quæ cupiebant; & præter hæc quotidie de illis quæ Regi apparabantur, his Dorotheus ex mandato regio subministrabat. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, & salutato Rege redibant ad suum locum: lotisque ex mari manibus, & precibus ad Deum peractis, pergebant legere & singula interpretari. Epiphanius vero, ab Aristeæ & Josepho hic discens, in 36 cellulis, binos scilicet in singulis, à primo diluculo usque ad vesperam Interpretes conclusos fuisse scribit; deinde sub vesperam 36 scaphis ad Ptolemæi palatium advectos, ad ejus epulas fuisse adhibitos: in priore narrationis parte nescio quorum aliorum, in posteriore (ut videtur) eorum secutus fabulas, qui Heptastadii aggerem non ante Cleopatræ tempora perfectum fuisse somniaverunt.

Ac ita quidem cecidit, ut illa eorum interpretatio diebus 72 absolveretur, perinde ac si data opera hoc ab illis factum fuisset. Qua absoluta, Demetrius illam Judæis omnibus in locum illum ubi ea perfecta erat congregatis prælegit, præsentibus etiam ipsis Interpretibus: qui ut authores magnorum bonorum, magna laude & approbatione sunt accepti ab ipsa Judæorum multitudine. Similiter & Demetrium profecuti sunt sua laude; rogaruntque ut principibus ipsorum totam Legem descriptam dare vellet. Quum autem perfecta essent ista; adstantes & Sacerdotes, & seniores Interpretum, & magistratus & principes multitudinis, dixerunt. *Quoniam recte, sancte, & per omnia accurate perfecta est ista interpretatio: par est, ut omnia sicut sunt permaneant, nec ulla fiat immutatio.* Omnibus ad hæc cum approbatione acclamantibus: jussit Demetrius ut dira imprecarentur, (sicut in more illis erat) si quis, immutaturus esset quid vel addendo vel transferendo vel auferendo.

Cum Regi quoque omnia essent perfecta, valde admiratus est legislatoris mentem: magnamque curam librorum haberi, eosque religiose asservari jussit. Ipsos etiam Interpretes rogavit, ut post reditum suum in Judæam crebrius ad se venire vellet: deditque cuique tres stolas pulcherimas, duo auri talenta, calicem talenti unius, & cenaculi ornatum universon.

Eleazaro

Anno  
Mundi.

Eleazaro prætereâ Pontifici misit per eisdem, decem lectos argenteis pedibus suffultos cum  
eis competenti apparatu, calicem 30 talentorum, stolas decem, purpuram, coronam decore in-  
signem, & byssina linteola circiter centum: ad hæc phialas, & trullas, & duos aureos crateras  
ad libationes sacras. Rogavitque eum per literas, ne prohibere vellet, si quando qui istorum  
virorum iterad se suscepturi essent: quandoquidem plurimi faceret cum doctis consuetudinem,  
opesque suas in ejusmodi homines largè conferre mallet, quàm in res alias non tanti momenti.

Galli à Brenno duce, cum in Græciam proficiscerentur, ad Macedoniæ terminos tuendos re-  
lictæ, ne soli desides viderentur, peditum quindecim millia, equitum tria millia armaverunt: &  
Getarum Triballorumque copias fugaverunt. [Justin. lib. 25. cap. 1.]

1728

Antigonus Gonatas, navali prælio ut dictum est) à Ptolemæo Philadelpho superatus, pace  
cum Antiocho Sotere statuta, ( ut in lib. 25. cap. 1. Justinus indicat ) in Macedoniam, ubi pater  
ejus Demetrius Polioretetes aliquando regnaverat, profectus est. Quam decimo postquam in  
Græciâ regnare cœperat anno obtinens Antigonus, per annos 34 in ea regnavit. [ Porphyr. in  
Græc. Euseb. pag. 229. ] Cujus etiam posteri per successiones ibidem regnaverunt, usque ad  
Persæ: quo à Romanis subjugato, regnum expiravit Macedonicum. [ Plutarch. in fine Demet. ]

Galli, Getis & Triballis fugatis, legatos ad Antigonum regem Macedoniæ miserunt; qui  
pacem ei venalem offerrent, simul & regis castra specularentur. Quos Antigonus regali muni-  
ficientia, ingenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. Sed Galli expositum grande auri ar-  
gentique pondus admirantes, prædæ ubertate sollicitati, infestiores quam venerant revertun-  
tur. Itaque consentientibus omnibus castra Regis aggrediuntur: qui præsentens tantam tem-  
pestatem, signum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis in proxima sylva taciti se occulta-  
rent. Galli, ablatis quæ in vacantibus castris invenerant, ad litus convertuntur. Tbi dum naves  
incautiùs diripiunt, à renigibus, & ab exercitus parte quæ eò cum conjugibus & liberis confu-  
gerant, nihil tale metucentes trucidantur: tantaque cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacem  
opinio hujus victoriæ, non à Gallis tantum, verumetiam à finitimorum feritate præstent  
[ Justin. lib. 25. cap. 1. & 2. ]

4430 270

Ad eos vero Gallos quod attinet, qui sub 17 ducibus ( quorum summi fuerunt Leonorius &  
Lutarius ) diversis tractibus in Asiam transferunt: in unum illi rursus coeuntes; auxilia Ni-  
comedi dederunt, adversus Zybæam ( five Zibæum juniorem ) maritimam partem Bithyniæ  
tenentem, gerenti bellum. Horum & ex Heraclea Ponti accersitorum barbarorum opera devi-  
ctus Zybæas est, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit. Galli vero longè lateque  
terram depopulati, quod erat prædæ inter se dispersiti sunt: regnumque cum Nicomede divi-  
dentes regionem à se possessam Gallogræciam cognominaverunt. [ Liv. lib. 38. Justin. lib. 25.  
cap. 2. Memnon. Excerpt. cap. 20. ]

Non plus ex viginti millibus hominum quam decem ex his armata erant: tamen tantum ter-  
roris omnibus quæ cis Taurum incolunt gentibus injecerunt; ut quas adissent qualque non  
adissent, pariter ultimæ propinquis, impetio eorum parerent. Cumque tres essent gentes,  
Tolistobogii ( al. Tolistoboi, à Gallis Boiis ut putatur oriundi ) Troemi & Tectofagi: in tres  
partes Asiam, qua cuique populorum suorum vectigalis ea esset, diviserunt. Troemis Helle-  
ponti ora data: Tolistobogii Æolida atque Ioniam, Tectofagi mediterranea Asiæ sortiti sunt.  
Atque ita stipendium tota cis Taurum Asia exigebant: sedem autem ipsi circa Halyn flumen  
ceperunt. [ Liv. lib. 38. Suid in γαλατίας. ]

De horum ex Europa in Asiam transitu 13 libros scripsit Demetrius Byzantinus. [ Laërt. in  
Demetr. Phalar. ] De quo & Phaënnis, ætate una antequam res gereretur, Oraculum edidisse  
dicitur.

Δὲ τὸν ἀμετρήτους τερὸν πόντον Ἐλλήνων  
Αἰλλοὶς Γαλατίας ὄρεος κρατὸς, εἰ ᾿ ἀδμήσις  
Αἰδὸν περὶ πόντον· Ἰδὸς δ' ἄπ' ἰσθμῶν Ἰονίᾳ  
Πόντον μάλ', οἱ τοῖσιν παρ' ἰόντων θαλάσσης.

Hostilis Gallorum acies tunc milite multo  
Littora complebit: transmisissis fluitibus Helles  
Vastabit populus Asiam. Sed dii graviora  
Intentant illis Pelagi prope cœrule sedes  
Qui posuere suas. [ Pausan. Phocic. pag. 330. ]

Olympiade CXXVI Eratosthenes Cyrenæus, Aglai ( vel, ut alii tradunt, Ambrosii ) filius  
natus est: Aristoni, Chii Philosophi, Lysaniæ Cyrenæi Grammatici, & Callimachi Cyrenæi  
Poætæ discipulus. [ Suid. in Ἐρατοσθένει. ]

3730

Curius Dentatus Consul contra Pyrrhum pugnavit; & cæsis hostium 23 millibus, captisque  
castris, ipsum Tarentum fugavit. [ Eutrop. lib. 2. ]

Cum legati quos Pyrrhus ad Asiæ reges & Antigonum Gonatam, ut pecuniam & auxilia  
exposcerent, reversi literas ei reddidissent: Pyrrhus Epirotarum & Tarentinorum principibus  
convocatis eas non recitavit, sed prope diem affitura auxilia affirmavit. Cùm percrebuisset  
igitur fama in Romanorum etiam exercitu, & è Macedonia & ex Asia magna Pyrrho auxilia  
adventare; nihil illi novi moliri ausi sunt. [ Pausan. Attic. pag. 11. ] Pyrrhus vero dissimula-  
tis causis repentinam fingit profectioem. Socios interim parare bellum jubet: arcis Tarentinæ  
custodiam Heleno filio & amico Miloni tradit. [ Justin. lib. 25. cap. 3. ] Et quum in bello Italico  
& Siculo sex annos contrivisset, viresque imminuisset; abs spe excidens, cum octo millibus pedi-





tum & 500 equitibus, in Epirum reuersus est. [ *Plutarch. in Pyrrho.* ]

Curius in Consulatu de rege Pyrrho triumphauit: primusque Romam elephantos quatuor duxit. [ *Euryp. lib. 2.* ] Et in illo triumpho nihil libentius populus Romanus aspexit quam illas quas timuerat cum turribus suis belluas: quæ non sine sensu captiuitatis, summissis cervicibus, victores equos sequebantur. [ *Flores rerum Romanar. lib. 1. cap. 18.* ] Mense vero Ianuario vel Februarii triumphum hunc actum fuisse, ex Triumphalium fastorum fragmentis matmoreis colligitur.

Quum Pyrrho adiunxissent se aliquot Galli, in Macedoniam, ubi regnabat Antigonus Gonatas, ad prædandum & ad populandum incursionem fecit. Ubi quum multas urbes cepisset, & transfissent ad eum duo milia militum; spe affulgente maiore, in Antigonum movit, ejusque copias cum proprias tum Gallorum mercenarias prostrigavit. Gallorum enim, qui magno numero agmen Antigoni claudentes pugnantem strenuè, plurimi concisi sunt. Elephantorum duces circumuenti, se & belluas omnes dederunt. Macedonum peditatus, tumultu & metu ex clade accepta consternatus, inuitante Pyrrho & ordinum ductores omnes nominatim inelamante, ab Antigono discesserunt, Antigonum fuga se subducentem, ad maritimas usque urbes persecutus est. [ *Plutarch. in Pyrrho. Pausan. in Attic. pag. 11. 12.* ]

Post victoriam Pyrrhus pulcherrima & splendidissima spolia Gallis detracta in Itoniæ Palladis templo (quod inter Pheras & Larissam est) sacravit; cum epigrammate quod in Plutarcho & Pausania habetur. Macedonum vero scuta in Dodonæi Jovis templo suspendit, cum epigrammate alio, quod apud Pausaniam extat. Superioremque Macedoniam & Thessaliam in ditionem suam redegit, [ *Id. ibid.* ] Et quasi damna amissa Siciliæ Italiaque acquisita Macedoniæ regno jam pensasset, relictum Tarenti filium Helenum arcessiuit. [ *Iustin. lib. 25. cap. 3.* ]

Cum Pyrrhus Ægeas diripiisset (quæ Macedoniæ regia erat in qua & Regum mausolea erant) Gallorum qui eum secuti fuerant præsidium ibi reliquit. Qui cum à quibusdam accepissent, in Regum illic humatorum monumentis maximas opes ex more præco repositas esse; effossis omnibus tumulis, opes quidem inter se partiti sunt; ossa autem ac cineres defunctorum cum ludibrio dissipauerunt. At Pyrrhus, cum ob id facinus male apud Macedonas audiret, barbaris impune id esse tolle: quod eorum auxilio in bellicis opus haberet. [ *Plutarch. ibid. Diodor. lib. 22. in Excerptis à Valesio edit. pag. 266.* ]

Antigonus cum paucis equitibus; fugæ comitibus; amissi regni speculaturus eventus, Thessalicam se recepit; ut inde cum conducta Gallorum mercenariorum manu bellum repararet. Sed rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus, cum septem comitibus fugiens, non jam recuperandi regni spem, sed salutis latebras ac fugæ solitudines captavit. [ *Iustin. lib. 25. cap. 3.* ] Quem per ludibrium Pyrrhus impudentem vocavit; quod non sumeret pallium, sed purpuram adhuc gestaret. [ *Plutarch. ut supr.* ]

3731 Caio Fabio Licinio & Caio Claudio Canina Consulibus, quum de Romanorum incrementis & re aduersus eos à Pyrrho male gesta Ptolemæus Philadelphus inaudisset; legatis cum donis Alexandria Romam missis, societatis fœdus cum eis pepigit. [ *Entrop. lib. 2. Liv. lib. 24. Dio. in Excerptis legationum à Fulvio Ursino Roma editis. & Jo. Zonara Chronic. tom. 2.* ] Romani, latati quod summæ rex auctoritatis tanti eos fecisset, Q. Fabium Gurgitem, Cn. Fabium Pictorem & Q. Ogulinum, legatos ad eum miserunt. Hi munera, quæ à Rege magnifica privatim acceperant, in ærarium & quidem prius quam ad Senatuum legationem referrent, detulerunt: de publico scilicet ministerio nihil cuiquam, præter laudem bene administrati officii, accedere debere judicantes. Sed restituta illis sunt quæ in ærarium deposuerant, non solum Patrum conscriptorum decreto sed etiam populi permisso eaque legatis quaestores promptè unicuique distribuerunt. Ita in iisdem Ptolemæi liberalitas, legatorum abstinentia, Senatus ac populi Romani æquitas, debitam probabilis facti portionem obtinuit. [ *Diodor. ut supr. Valer. Max. lib. 4. cap. 3.* ]

3732 Anno 13<sup>o</sup> secundum Dionysium Ægonis sive Capricornionis die 25<sup>o</sup>, anno à morte Alexandri 52 sive ab initio Nabonarsari 476 Athyr die 20, (Januarii Juliani die 17 stella Martis matutina observata est sub boreali Scorpii fronte. [ *Ptolem. lib. 10. cap. 9.* ]

Pyrrhus Macedoniæ regno potitus, Graciæ Asiæque regna meditabatur. [ *Iustin. lib. 25. cap. 4.* ] Sed prius quam totam Macedoniam subegisset, à Cleonymo Spartano ad bellum Lacedæmonicum accitus est. [ *Pausan. Att. pag. 12.* ] absente Lacedæmoniorum rege Areo, qui Gortynius in Creta bello pressis suppetias tum ferebat. Ducebat autem secum Pyrrhus peditum 25 milia, equitum millia duo, elephantos 24. Qui apparatus non Cleonymo Spartam, sed Peloponnesum sibi quaerere Pyrrhum docuit. [ *Plutarch. in Pyrrho.* ]

3733 Anno Philadelphi 13 (cum dimidio, in quibusdam codicibus perperam hic additur) Nabonarsari 476. Mefori die 17. (Octobris Juliani die 11<sup>o</sup>) hora (ab occasu Solis) 12, Timocharis observavit stellam Veneris matutinam exactè obscurasse stellam Præviudemiatrici oppositam. [ *Ptolem. lib. 10. cap. 4.* ]

Pyrrho Spartam oppugnante, mulierum multitudo Archidamia duce usque ad Arei regis reditum urbem defendit; & Ptolemæum Pyrrhi filium cum duobus millibus Gallorum & delectis Chaonibus in urbem irruere tentantem Acrotatus Arei filius strenuè repulit. Pyrrhus spe sua frustratus destitit cæpto, agrosque depopulatus est; in animo habens ibidem hybernare. [ *Plutarch. in Pyrrho.* ]

	<p>Dum bellum Lacomium trahitur, Antigonus Macedonum urbibus recuperatis, in Peloponnesum copias duxit, Pyrrho occursum, quem sciebat inde in Macedoniam ad perfequendum ibi bellum esse reversurum. [Pausan. Att. pag. 12.] Pyrrho Argos movente, Areus viis infestis Gallos &amp; Molossos qui agmen clauderant carpsit: &amp; Oræus quidam Cretensis Ptolemæum Pyrrhi filium strenuè dimicantem interemit. [Plutarch.] Cujus corpus ut relatum patri est, dixisse Pyrrhum ferunt; aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse vel temeritas ejus meruerit, occisum esse. [Justin. lib. 25. cap. 4.]</p>		
	<p>Nocte illa qua Pyrrhus Argos est ingressus, lumina ipsius hasta noctua infedis dicitur. [Ælian. histor. Animal. lib. 10. cap. 37.] Sequenti die, illisa capiti regula ab anu quadam paupereula necatus est. Ejus caput à Zopyro quondam Antigoni milite abscisum Alcyoneus Antigoni filius ad pedes patris cum amicis confidentis abjecit, Antigonus correpto juvene, quod tanti viri subita ruina, immemor humanorum casuum, effuso gaudio insultaret; humo caput sublatum caulea, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit: corpusque Pyrrhi redditum, honoratissimè cremandum curavit. Quinetiam filium ejus Helenum captivum ad se pertrahit, &amp; cultum &amp; animum gerere regium jussit: ossaque Pyrrhi ei aurea urna inclusa, Epitum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit. Amicos quoque Pyrrhi, castris &amp; exercitu toto in potestatem suam redactis, humaniter tractavit. [Plutarch. in fine Pyrrhi. Justin. lib. 25. cap. 5. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1.]</p>	4443	271
	<p>Tarentini, Pyrrhi morte comperta, tum adversus Romanos tum adversus Milonem qui cum præsidio Epirotarum urbem obtinebat, à Carthaginensibus auxilia acceperunt. Milo in angustias redactus, Romanis terra Carthaginensibus mari prementibus, Papirio Cursori consuli arcem ea conditione tradidit, ut sibi cum pecuniis &amp; militibus incolumi discedere liceret. Urbs Papirio deditorem fecit, armis &amp; navibus traditis, murisque dirutis, &amp; tributo imposto. Atque ira bellum Tarentinum confectum est. [Zonar. ex Dione. Oros. lib. 4. cap. 3. Frontini Strategem. lib. 3.]</p>	4444	270
1734	<p>Stratoni Lampfaceno, postquam per annos 18 scholæ Peripateticorum præfuisset, defuncto successit Lycon Asryanactis filius Troadensis, vir eloquens &amp; instituendus pueri maximè idoneus. [Laert.]</p>	4445	269
1735	<p>Attalo juniore fratri Philetæri natus est Attalus, qui Pergami rex postea fuit, &amp; annos 72. vixit: ut est apud Polybium (in Excerptis Henr. Valesii. pag. 102. &amp; Suid. in Ατταλος) &amp; Livium, libro 33.</p>	4446	268
1736	<p>Jubilæus XXIV.</p>		
1739	<p>Mithradati, postquam in Ponto 36 annos regnavisset, filius Ariobarzanes successit. [Diod. lib. 20. ad ann. 3. Olymp. 119. cum Memnonis Excerpt. 17. &amp; 25.]</p>	4448	266
1740	<p>Anno secundum Dionysium 21 Scorpionis mensis die 22 &amp; 26. Nabonafari 484 mensis Thoh die 18 &amp; 22, (Novembris Juliani die 14 &amp; 18. Mercurii matutini observatio facta est. [Ptolem. lib. 9. cap. 20 &amp; 11.]</p>	4449	265
1741	<p>Philetæus Teius (Teii in Ponto natus) cum per annos 10 Pergamenis præfuisset, octogenarius obiit. Cui succedens Eumenes I. illius ex seniore fratre Eumene nepos, per 22 annos principatum illum obtinuit. [Strabon. lib. 12 pag. 543 &amp; 13. pag. 623. 624. cum Luciano, in Neupolitar.]</p>	4451	263
	<p>Bellum Punicum I. sive Siculum, à Romanis (tunc primùm arma extra Italiam moventibus, &amp; navalia prælia ineuntibus) contra Carthaginenses, Siciliam occupantes, per annos 24 continuos gestum est. [Polyb. lib. 1.]</p>		
	<p>Hoc anno quo Diognetus archon Athenis fuit, Chronographus Parius Canonem suum consignavit; à clarissimo Seldeno inter marmora Arundelliana in lucem productum.</p>		
1742	<p>Anno secundum Dionysium 13 Hydronis sive Aquarionis die 29 (19 vel 20 legendum, ex assignato loco Solis apparet) Nabonafari 486 mensis Chæac die 17 (Februarii Juliani die 11) mane; &amp; Tauronis die 4 sive Phamenoth Ægyptii die 1 (in Ptolemæo enim A pro V. hic reponendum) sive Aprilis Juliani die 26. vesperi hora noctis prima: eodemque anno Nabonafari, sed 24 Dionysiano, Leonionis die 18 sive Payni 31 (vesperi, Mercurii observationes à Dionysio astronomo factæ sunt: quas ex Hipparcho refert Ptolemæus, in magni Operis lib. 9. cap. 7.</p>	4452	262
	<p>Nicomedes Bithyniæ rex Astacum urbem ampliandæ de nomine suo Nicomediam nuncupavit, Euseb. Chron. cum Pausania in Eliac. 1. pag. 159. Treb. Pollione in Gallienis, &amp; Ammian. Marcellin. 22. ] E regione Astaci Nicomediam eum extruxisse scribit Memnon: [in Excerpt. cap. 21.] Strabone quoque &amp; Plinio easdem similiter distinguuntibus.</p>		
	<p>Eumenes I. multis circa Pergamum locis positus, cum Antiocho Seleuci filio apud Sardes prælio congressus, eum superavit. (Strabo. lib. 13. pag. 624.)</p>		
1743	<p>In Syria Antiochus, alio occiso, altero rege nuncupato Antiocho decessit: [Prolog. in Trogi Pompeii lib. 26] qui Gallis ex Europa in Asiam irrumpentibus profligatis, Soteris cognomentum est adeptus. [Appian. Syriac. pag. 130.] de qua victoria videndus Lucianus in de rebus in Syria, &amp; in Zeuxide vel Antiocho. Successorem vero Antiochum (Soteris &amp; Stratonices filium) Soteris sive Divum primi cognominaverunt Milesii, quia Timarchum eorum tyrannum sustulit. [Appian. ut supra.] Tatianus Assyrius in oratione adversus gentes huic Antiocho significat tres Chaldaicæ sive historię libros dicavisse Berofum, Beli apud Babylo-</p>	4453	261



nios sacerdotem: à quo cœlestium observationum annorum 480 apud Babylonios factarum memoriam fuisse traditam, in lib. 7. cap. 56. refert Plinius. Quem annorum numerum si à capite æræ Nabonafari, cum viris doctis, deduxerimus: eorum terminus hujus Antiochi initium sexennio tantum anteverterit. Regno vero illius annos 15. Porphyrius, Eusebius, Severus Sulpitius & Johannes Malela Antiocheus pariter attribuunt.

Hic Judæis in Ionia civium jus inter ethnicos concedens, suis tamen moribus vivere permittit. [*Joseph. lib. 12. cap. 3.*] Adversus Ptolemæum Philadelphum gessit bella quamplurima; & totis Babylonis atque Orientis viribus dimicavit. Volens itaque Ptolemæus post multos annos molestum finire certamen, filiam suam Berenicem Antiocho uxorem dedit, priore uxore Laodice adhuc vivente (ex qua duos filios ille susceperat, Seleucum Callinicum & Antiochum Hieracem cognominatum. Deduxitque Ptolemæus filiam suam Pelusium usque; & infinita auri & argenti millia dotis nomine dedit: unde & *επιπροβος* id est, Dotalis appellatus est. [*Hieronym. in Daniel. cap. 11.*] Quem & magnis impensis curavisse, ut ad Berenicem Nili aqua deferretur ut solius hujus fluminis aquam filia sua biberet, ex Polybio refert Athenæus. [*lib. 2. cap. 2.*] Falliturque omnino Appianus qui ambas, & Laodicem & Berenicem, ejusdem Philadelphi filias facit. [*in Syriac. pag. 130.*]

3745 Eleazaro (Oniæ I. filio) patruum ejus Manassem (Jaddi filium) in summo Pontificatu successisse, scribit Josephus. [*lib. 12. cap. 3.*] Ei 26 anni tribuuntur in Græcis Eusebianis Scalgeri. [*pag. 50.*]

3746 Laodice Antiocho Theo Antiochum filium peperit, qui Hierax est cognominatus. [*Vid. infra, ann. Mund. 3760.*]

3747 Anno secundum Dionysium 28 Didymonis mensis die 7. Nabonafari 491 mensis Pharmuthi die 5. (Maj Juliani die 18) stella Mercurii vesperi visa est prope caput australe Geminorum. [*Ptolem. lib. 9. cap. 7.*]

3750 Periodus Calippica secunda incipit;

3753 Aratus Sicyonius, 20 annos natus, patriam suam Nicoelis tyranni jugo ereptam Achæorum Republicæ adjunxit. [*Polyb. lib. 2. pag. 130.*] Deinde talenta 150 à Ptolemæo Philadelpho ei donata egenis civibus suis, cum in alia tum ad redimendos captivos delargitus est. Quia vero placari non poterant exules, qui prædiorum suorum possessores fatigabant, navigare ad Ptolemæum perrexit, eum rogare ut argento sibi conciliandam civitatem suam subveniret. Quo in itinere multis jactatus periculis in Cariam, atque inde longo spatio in Ægyptum transvectus est; ubi dono civitati suæ 150 talenta à Rege accepit. Ex quibus 40 secum statim auferens, in Peloponnesum rediit. [*Plutarch. in Arato.*]

3754 Manlio Vulsone & Atilio Regulo Consulibus. (in quorum Consulatum belli Punici primi annum 14 incidisse notat Polybius) Parthi, *Asiæ* duce, à Macedonibus primum defecerunt. [*Trog. Pompei. lib. 41.*] Hunc recentiores Persæ *Aski* vel *Askam* nominant, Mircondus *Chapur*: quem 72 annis post mortem Alexandri regnate cœpisse scribit. Quod tempus uno tantum anno Vulsonis & Reguli Consulatum antecedit; triennio vero Olympiadem CXXXIII, qua Arsacis & Parthorum defectionem, sub Antiocho Theo cœptam, in Chronico suo notavit, Eusebius. Quia tamen diem quo cum ejusdem Antiochi filio & successore Seleuco Callinico congressus Arsaces, victor fuit (ipsumque Seleucum cepit; ut ex Posidonii historiarum 16 refert Athenæus, lib. 4. cap. 14.) Parthi exinde solennem, velut initium libertatis, observabant; quemadmodum ex Trogo narrat Justinus: [*lib. 14. cap. 4.*] idcirco & Justinus ipse, & Appianus in Syriacis. [*pag. 130.*] sub Seleuco Parthos à Macedonum Imperio descivisse crediderunt. Arsacisque memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos *Arsacis* nomine nuncuparent. [*Justin. lib. 41. cap. 5. Strabo, lib. 15. pag. 702.*]

Parthos autem una cum Persis (quos unam & eandem gentem faciunt posteriores rerum Persicarum scriptores; de quo Schikardi *Tarich* pag. 101. 102. videri potest, & nota nostra 3. in Acta Ignatii) à Persarum Imperio defecisse, in Parthicis suis Arrianus memorat. [*apud Photium in Bibliothec. cod. 58.*] ubi & hanc defectionis occasionem fuisse narrat. Arsaces & Tiridates ex filio Arsacis Phriapite (vel Priapatio) geniti Phereclem (sive Agathoclem, ut apud Georgium Syncellum legitur) ab Antiocho Theo ejus oræ Satrapam constitutum, quod altero fratrum (Tiridate) abuti per vim fœdè conaretur, interemerunt; confectis etiam aliis quinque. Gentem deinde Macedonum pellentes, Imperium ipsi arripuerunt; quod ipsius Romani succedente tempore fuit amulum. [*Vid. Strabonem, lib. 11. pag. 515.*]

Eodem etiam tempore Theodotus mille urbium Bactrianarum præfectus defecit: quod exemplum secuti totius Orientis populi, à Macedonibus defecerunt. [*Justin. lib. 41. cap. 4. ex Trogo.*] Syriæ & Mediæ regibus dissidentibus, Euthydemum Græcos qui Bactrianam incolabant à Macedonum obedientia primum abalienavisse tradunt alii. Deinde Arsacem Diodoti sive Theodoti Bactriani incrementa fugientem Parthiam ad defectionem pertraxisse. Addit etiam Apollodorus in Parthicis, Bactrianos illos Græcos, viribus auctos, etiam Indiæ manus intulisse, atque Hypanim fluvium versus ortum transgressos ad Isamum usque pervenisse, majoremque quam ipsum Alexandrum Indiæ partem subegisse. [*Strabo, lib. 11. pag. 515. 516. & lib. 15. pag. 606.*]

3758 Seleucus Syriæ rex amore superatus, Laodicen cum liberis suis reduxit in regiam. Quæ metuens ambiguum viri animum, ne Berenicem reduceret, eum per ministros veneno interfecit. [*Hieronym. in Daniel. cap. 11. Ap. Syriac. pag. 130.*] Dissimulandi vero sceleris gratia, Artemonem

quendam

Anno  
Mensis.

quendam Antiocho simillimum in lectulo perinde quasi ipsum regem agrum Laodice collocavit: admittendumque universum populum & sermone ejus & vultu consimili sese fecit, ac tamdiu defunctum maritum dissimulavit, quoad ex arbitratu ejus regni successor ordinaretur. [Valer. Max. li. 9. c. 14. Plin. lib. 7. cap. 12. Solin. cap. 1.] Atque ita Syria regnum obtinuit Antiochi & Laodices maximus natus filius Seleucus, qui à victoriis (quas nullas tamen habuisse legitur) Callinicus, & à barba Pogon cognomine est dictus: [apud Polyb. lib. 2. pag. 155.] regnavitque ann. 20. [Euseb. Chronic.]

In Ægypto quoque Ptolemæus Philadelphus, qui importuno luxu dementatus semper se victurum, & à se solo repertam fuisse immortalitatem stulte jactaverat, (ut ex Philarchi historiarum libro 22. Athenæus, lib. 12. cap. 17. retulit) anno post patris obitum 40. vitam demum cum morte commutavit. Cui succedens filius ex Arfinoë Lyfimachi filia illi genitus Ptolemæus Evergetes ann. 25. regnavit, ut habet Ptolemæus in Canone, Clemens Alexandrinus in lib. 1. Strommat. & Hieronymus in cap. 9. Danielis. Sub eo Phœnicem avem Heliopolim advolavisse ferunt, multo cæterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. [Tacit. annal. lib. 6.]

Laodice Berenicem, cum filio quem Antiocho pepererat, Icadioni & Genneo (sive Cæneo) Antiochi principibus occidentem tradidit. [Hieronym. in Daniel. cap. 11. Appian. in Syriac. pag. 130.] Berenice cum ad se interficiendam missos didicisset, Daphnæ se clausit, Ubi quum obsideri eam cum parvulo filio nuntiatum Asiæ civitatibus esset, recordatione paternæ majorumque ejus dignitatis, casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemæus (Evergetes, periculo fororis exterritus, relicto regno, cum omnibus viribus advolat. [Justin. lib. 27. cap. 1.] Sed ante adventum auxiliorum, Laodices infidus interceptus puer est. Quod Berenice graviter ferens, armata currum conscendit, persecutaque satellitem regium Cæneum crudelis imperii ministrum, quem hasta nequicquam petierat, saxo ictum prostravit; ac super ejus corpus actis equis, inter infesta contrariæ partis agmina ad domum in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur perrexit. [Valer. Maxim. lib. 9. cap. 10.]

Qui interfecerant puerum, alium quendam interfecto simillimum produxerunt in populum, cumque ut ille esse videretur, regio satellitio stipaverunt, Berenicæ vero præsidium stipendiario- rum Gallorum dederunt, locumque ei regiæ firmissimum tradiderunt, & jusjurandum atque fœdus imbant. Aristarcho enim medico quem secum habebat suadente, ut pacem cum eis faceret, Berenicæ credidit. At illi juramento quasi stratagemate usi, Berenicem statim adorti jugularunt. Quæ vero circa eam erant mulieres defensionem parabant, plurimæ ceciderunt. Panariste autem, Mania & Getholyne corpus Berenicæ obruentes terra, aliam quandam in lectum collocarunt, quasi illam adhuc viventem, & vulnus acceptum sanaturam; ac tantisper subditis persuaserunt, donec Ptolemæus veniret. [Polyæn. Stratagem. lib. 8.]

Universæ civitates quæ defecerant, ingente classe ad defensionem & ultionem Berenicæ comparata, Ptolemæo se tradiderunt. [Justin. lib. 27. cap. 1.] Ille vero Laodicen interfecit, & ingressus Syriam, Babylonem usque pervenit. [Appian. Syriac. pag. 130.] Cœlesyriam cum Seleucia occupans, [Polyb. lib. 5. pag. 402. 403.] Syriam quoque & Ciliciam, superioresque partes trans Euphratem, & propemodum universam Asiam. [Hieronym. in Daniel. cap. 11.] & quidem sine bello ac pugna à Taurus usque ad Indiam omnia occupans; si Polyæno (in loco jam citato) credimus. Cum quo comparanda & illa sunt, quæ in Evergetæ monumento Adulitano (Romæ, anno 1631 à Leone Allatio edito) habentur. *Ægypti, Libyæ, Syriæ, Phœnicie, Cypri, Lyciæ, Cariæ, & Cycladum insularum à Patre accipiens, exercitum pedestribus equestribusque copiis, ingenti classe, & elephantis Troglodyticis Ethiopicisque (à Patre primum, & ab se in his regionibus captis, abductisque in Ægyptum, ad bellicos usus edoctis) instructissimum in Asiam trajecit. Omni vero intra Euphratem tractu, Cilicia, Pamphilia, Ionia, Helleponto & Thracia, cum earum omnium regionum copiis, Indicis elephantis, indigenisque Regibus in potestatem redactis; Euphratem trajecit, & Mesopotamiam, Babyloniam, Susiam, Persidem, Mediam, reliquasque regiones ad Bactrianam usque subegit.*

Syriam universam obtinens Ptolemæus, Hierosolymam venit; ibique multa sacrificia eucharistica Deo obtulit, & donaria dicavit victoria digna. [Joseph. lib. 2. contr. Apion. pag. 1064.]

3759

Ptolemæus domestica seditione (cujus in lib. 27. cap. 1. Justinus meminit, in Ægyptum revocatus, Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit, & Xanthippo alteri duci provincias trans Euphratem. Diripiensque regnum Seleuci, quadraginta millia talentorum argenti tulit, & vasa pretiosa simulachraque eorum 2500: in quibus erant & illa quæ Cambyses capta Ægypto in Persas portaverat. Indeque Ægyptii, quia post multos annos deos ipsorum retulerat, Evergetis cognomentum illi tribuerunt. [Hieronym. in Daniel. cap. 11.] De quo & in Adulitano monumento ita legimus. *facris, quæ ab Ægypto Persa abfulerant, receptis, ac cum reliqua congesta gaza in Ægyptum volatis, γυναικα ἀμυαλι ἀσα. τῶν δὲ 72 δὲ πταμῶν, exercitum ducta fossa fluminibusque corrivatis direxit.*

4469 245

Post discessum Ptolemæi, Seleucus cum adversus civitates quæ defecerant ingentem classem comparasset; repente orta tempestate classem amisit. Unde civitates, quæ odio ejus ad Ptolemæum transferant, repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam versa, imperio se ejus restituerunt. [Justin. lib. 2.]

3760

Anno 67 secundum Chaldaeos mensis Apellæ die 5, Nabonafari 504 mensis Thoth die 27 (Novembris Juliani die 18) mane Mercurii stella observata est superior boreali fronte Scorpionis. [Ptolem. lib. 9. cap. 7.]

4470 244

I. Vsser. Annal. pr. p.

M m Seleucus

Seleucus Callinicus bellum Ptolemæo Evergetæ inferens, victus prælio, trepidus Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem missis literis, auxilium ejus imploravit; oblata ei Asia, intra fines Tauri montis, in præmium latæ opis. Antiochus autem cum esset annos 14 natus, supra ætatem regni avidus, occasionem non tam pio animo quam offerebatur arripuit: sed la- tronis more, totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam virilemque sumpsit audaciam. Unde Hierax est cognominatus: quia non hominis sed accipitris ritum in alienis eripendis se- cæretur. [Justin. lib. 27. cap. 2. cum Strabon. lib. 16. pag. 754.]

3761

Ad majestatem Seleuci conservandam, inter Smyrnæos & Magnesianos mense Lenæone fœdus est initum: quod inter marmora Arundelliana adhuc conservatum est.

Ptolemæus, cum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem fecit. [Justin. lib. 27. cap. 2.] Quo longinquæ pacis tempore Athenis acerfitum Eratosthenem Cyrenæum bibliothecæ Alexandri- næ præfecisse videtur. [Suid. in Έρατοσθένης, & Απολλώνιος.] Patrem enim Philadelphum, & literarum & Bibliothecæ amplificandæ studio æmulabatur Evergetes. Nam & Aristarchi disci- pulorum unus ille fuit, & historicos commentarios ipse conscripsit. [Athen. lib. 2. cap. 33.] De veterum vero librorum comparandorum studio, in Commentario 2. ad Epidemiorum Hippocratis librum 3. ista habet Galenus. Omnium appellantium ad se libros deferri, & in novas chartas describi curabat. Et novos quidem illos dominis dabat, à quibus in portum investis ad se allati libri essent: allatos vero in Bibliotheca reponebat Τὰν ἐν πλοίῳ ἰνσκρι- ptione addita; ut ex navibus eos acceptos fuisse intelligeretur. Cumque ab Atheniensibus So- phoclis, Euripidis & Æschyli libros, ut eos tantum describeret & mox fartos tectos resti- tueret, quindecim oppigneratis talentis, accepisset; in pulcherrimis membranarum magnifice eos describi mandavit: retentisque quos ab Atheniensibus acceperat, illis misit quos ipse apparaverat; ut quindecim talenta tenerent orans, acciperentque novos pro veteribus quos ipsi dederant libros.

3762

Antigonus Gonatas, quum in Macedonia 34. annos, in Græcia 44. regnavisset, vixissetque annos 80. (ut Medius & alii scriptores testantur) vel 83. (ut Porphyrius) mortem obiit. [Lu- cian. in Μακροβύτου. Porphyr. in Græcis Eusebian. Scelig. pag. 229.]

Huic succedens filius Demetrius, annos 10. regnavit. [Porphyr. ibid. Polyb. lib. 2. pag. 131.] qui Cyrene & tota Libya potitus est. [Porphyr. ibid.] Ei habenti uxorem Antiochi regis Syriæ sororem, Olympias Pyrrhi Epirotæ regis filia, amisso marito eodemque germano fratre Alexandro, filiam suam Phtiam in matrimonium tradidit. Unde prior uxor, velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum discessit; eumque in marito bellum impulit. [Justin. lib. 28. cap. 1.] Toto vero illius regno nullus alius Antiochus rex fuit præter Hieracem, qui fratri Seleuco regnum eripere volebat, nam & ambobus fratribus regnum nomen ex Trogo tribuit Justinus: [lib. 41. cap. 4.] & in Mesopotamiam (in qua Seleu- cum Callinopolin condidisse, ad ann. 1. Olymp. 134. Fasti Siculi indicant) Antiochum se recepisse; idem Trogus, [lib. 27. Prolog.] & Polianus [Stratagem. lib. 4. in Antiocho Hierace.] indicat: licet Syriam tunc neque Antiochus neque Seleucus, sed Ægypti rex Pto- lemæus Evergetes possederit.

Hoc vero tempore Asiam (proprie dictam) fratri extorquere conatus Antiochus, Gallorum mercenarium exercitum adversus eum conduxit. Quo in prælio, virtute Gallorum, Seleucus Ancyra victus est. Sed Galli arbitantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma verterunt; liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod ubi sensit Antiochus; velut à prædonibus, auro se redemit, societatemque cum mercenariis suis junxit. Eumenes vero victorem Antiochum Gallosque, adhuc ex superiore congressione saucios; integer ipse viribus, superans, majorem partem Asiæ occupavit. [Justin. lib. 27. cap. 2. & 3. cum Trogi Prologo 27.]

3763

Eumenes, filius Eumenis senioris fratris Philetæri, ebrietate periit; ut ex Ctesiclis libro 3. de Temporibus Athenæus refert. (lib. 10. cap. 16.) Cui successit Attalus, Attali (qui minor natu frater Philetæri fuit) & Antiochidis Achæo natæ filius. Hic divitiis suis prudenter simul & ma- gnifice utendo effecit, ut primum sibi, deinde & aliis non indignus regno videretur. Victis deinde prælio uno Gallis, tum primum regium nomen palam sibi adscivit: regnumque adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio ejus descenderit. [Polyb. lib. 18. in Excerptis ab Henr. Valeso edit. pag. 102. & apud Suid. in Αττάλλος. Liv. lib. 33. Strabo, lib. 13. pag. 624.] Qua de re, ipsi Attalo à Pythia redditum hoc oraculum memorat Suidas:

Θάρα τῶν ταυρῶν, ἔξω βασιλευσάντων,  
Καὶ ταύρων ταύρας, τέταρτον γὰρ ἔσθ' ἔτι ταύρας.  
Bono sis animo, Tauricornæ: habebis regium honorem,  
Et filiorum filii; sed horum non item filii.

A taurinis cornibus imagini illius appictis Ταυρῶν ἔξω βασιλευσάντων ille nominatus fuisse existimatur: si- cut & Tauri filius, in oraculo illo Phaënnis de Gallorum strage ab illo faciendâ. [apud Pausan. in Phocic. pag. 334.]

----- Τὰρα γὰρ οὐκ ἀποσπῆρα Κερίων.  
Οὐμὸς ταύρων διασπῆρας ὄλον ὕδον,  
Ὅτι πῶτον Γαλατῆων ἐλέσθην ἔταρ ἰσθῆς.

Brevi enim ipsi opitulatore Jupiter  
Exciabit Tauri à Jove nutriti charum filium,  
Qui omnibus Galatis lethalem diem immittit.

De hoc Attali & Gallorum confictu Livius, libro 38. *Primus Asiam incolentium Gallis stipendium dare abnuit Attalus, pater regis Eumenis, audacique incepto præter omnium opinionem adfuit fortuna; & signis collatis superior fuit.* Narrat vero Polyanus, [lib. 4. *Stratagem. in Attalo.*] quo commento milites timore perculos ad pugnandum cum eis tunc animaverit Sudines Chaldæus vates: qui non alius esse videtur quam Sudines ille Babylonius mathematicus, à Strabone commemoratus; [lib. 16. pag. 739.] cujus tabulis Astronomicis Vetus Valens Antiochenus in motu Lunæ investigando ulum se fuisse profiteretur.

Anno secundum Dionysium 45 mensis Parthenionis live Virginionis die 10, à morte Alexandri 83 mensis Epiphi die 17, (Septembris Juliani die 3) mane Jupiter observatus est obtulisse australem Afelli stellam. [Ptolem. lib. 11. cap. 3.]

3767 Lacydes Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, Arcefilæo (Pitanæo ex Æolide) succedens, Academiæ scholam habebat in horto quem Attalus rex fieri curaverat: eamque anno 4 Olympiadis CXXXIV. administrare cœpit. [Laert. in Lacyd.] 4474 240

3768 Anno 75 secundum Chaldæos Du mensis die 14, Nabonafari 512 mensis Thoth die 9, (Octobris Juliani die 29) Mercurius matutino tempore visus est prope lancem Libræ meridionalem. [Ptolem. lib. 9. cap. 7.] 4477 237

3771 Onias II. Simonis Justii filius (postquam post patris mortem Pontificatum primum Eleazarus suscepisset quod ætate esset ille parvulus, deinde & Manasses quod esset ille *Βεζης τῶν Διωνῶν*, ut Josephus loquitur & animi pusilli) apud Judæos principatum & Pontificatum senex tandem illiberaliter gessit: nihil præter pecuniam curans. [Joseph. Antiquit. lib. 12. cap. 3.] In Græcis Eusebianis [pag. 501.] anni illi tribuntur 14. 4481 233

Ejus tempore Samaritæ plurimum Judæos infestabant; agros vastando, & homines in captivitatem abducendo. Cumque Onias, præ avaritia, 20 argenti talentorum tributum, quod pro populo majores ejus de suo Regibus pendere solebant, solvere neglexisset; iratus Ptolemæus Evergetes, legato Hierosolyma missa, minatus Oniæ est, ni tributum redderetur, regionem militibus suis se divisurum, & novas colonias eo deducturum. Josephus autem quidam Tobiæ filius, ætate juvenis, sed honestate, prudentia & justitia inter Hierosolymitas celebris, quum in Phicolâ natali vico ab urbe absens, à matre (quæ Oniæ Pontificis soror, Simonis Justii filia erat) de adventu legati fuisset edoctus, legationem publicam pro populo ipse suscepit. Qui familiaritatem Regis & Cleopatræ reginæ ob plurima in eos obsequia consecutus, non iminentem solum Judæis calamitatem depulit; sed etiam acceptis à Rege duobus militum millibus, colligendis vectigalibus Cœlesyriæ, Phœnicæ, Judææ & Samariæ profectus est. Quo munere per 22 annos ille functus vectigalia annua, quæ 8000 talentorum tantum fuerant, duplicata reddidit: relictis etiam Regi damnatorum confiscationibus, quæ prius publicanis solebant accedere. [Joseph. ibid. cap. 3. & 4.]

3772 In Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo parvulo admodum, decessit. Cui Antigonus tutor datus, (qui à magnificis promissis *Doson* cognominatus est) accepta in matrimonium matre pupilli, regem se constituit. [Justin. lib. 28. cap. 3.] & ann. 12. regnavit. [Dexip. Porphy. Euseb.] 4482 232

3774 Lycon Troadensis moritur; quum Peripateticorum scholæ post Stratorem Lampacenum annos 40 præfuisset, & annos 74 vixisset. [Laert.] 4484 230

3775 Anno 82 secundum Chaldæos Xanthici mensis die 5, Nabonafari 519 mensis Tybi die 14. (Martii Juliani die 1) vesperi, observata est Saturni stella sub australi Virginis humero digitis duobus. [Ptolem. lib. 11. cap. 7.] 4485 229

3778 Antiochus Hierax à Ptolemæo Evergete, ad quem confugerat, arctissima custodia servatus, opera cujusdam meretricis adjunctus quam familiaris noverat, deceptis custodibus elabatur; fugiensque à latronibus interficitur. [Justin. lib. 27. cap. 3.] 4487 227

Seleucus quoque Callinicus, frater illius, iisdem ferme diebus equo præcipitatus interiit. [Id. ibid.] duobus post se filiis relictis: quorum major Seleucus cognomento *Ceraunus*, qui in regno illi successit, nec valetudine firmus nec opibus, exercitum in officio continere non potuit; junior Antiochus, ob res gestas *Magnus* postea cognominatus, post mortem patris ad superiora Asiæ loca migravit. [Polyb. lib. 4. pag. 315. & lib. 5. pag. 386. cum Appiano in Syriac. pag. 86. & 131.] Regnavit vero Seleucus Ceraunus ann. 3. [Porphy. Euseb. Sever. Sulpit.]

3781 Seleucus Ceraunus expeditionem suscipiens adversus Attalum, qui omnem jam cis Taurum Asiam suo imperio subjecerat, Hermiæ Cari regno commendato, magno cum exercitu Taurum transfessus est. [Polyb. ut sup.] 4490 224

Seleucus dolo ab amicis Apaturio Galatæ & Nicanore appetitus veneno in phrygia perit. [Polyb. ibid. Appian. Syriac. pag. 131. Hieronym. in Daniel. cap. 11. Justin. lib. 29. cap. 1.] Erat tum in castris Achæus Andromachi (qui Laodicæ conjugis Seleuci frater, Alexandriæ captivus à Ptolemæo detinebatur) filius. Ille, ut Seleuci cognatus, eadem illius è vestigio ulciscens, Apaturium & Nicanorem trucidavit: copias vero & res universas cum prudentia, tum magnitudine animi singulari administravit. Nam quum diadematis capiti imponendi occasione esset nactus, accederet etiam populorum voluntas regnum illi certatim deferentium,

4491 223

ipse inclinare animum in eam partem noluit: sed Antiocho juniore Seleuci Callinici filio imperium conservans, per omnes regiones bellum circumferens, quicquid cis Taurum fuerat amisit. [Polyb. lib. 4. pag. 315. & 317.]

Exercitus qui erat in Syria Antiochum, cognomento Magnum, de Babylone vocavit ad regnum. [Hieronym. in Daniel. cap. 11.] quod impubis (ut habet Justinus, lib. 29. cap. 1.) & *καυδὸς ἰός*, admodum adhuc puer (Polybius, lib. 4. pag. 271.) ille adiens, per annos 39 obtinuit; ut apud Porphyrium est & Eusebium.

Antiochus, totius cis Taurum Asiæ dominatione Achæo concredita, Mediæ Molonem & fratrem ejus Alexandrum Persidis satrapam constituit. Summa vero in aula Hermias Car præerat: qui natura sevens in alios propter levia delicta, quæ interpretatione sua graviora faciebat, animadvertibat; alios per calumniam falsis criminibus appetens, inexorabilem se & immitem judicem præbebat. [Polyb. lib. 5. pag. 386.]

Cleomenes Lacedæmoniorum rex prælio ad Sellasiam ab Antigono Dosone Macedoniæ regis victus & regno exutus ad Gythium navibus conscensis, quas multo ante ad incerta casuum paraverat, cum conjuge & amicorum nonnullis Alexandriam ad Ptolemæum Evergetem Ægypti regem (ad quem liberos suos & matrem Cratesicleam, quum auxilium illi promitteret, obides prius miserat) proficiscitur, atque honorifice ab eo suscipitur. [Polyb. lib. 2. pag. 154. Justin. lib. 28. cap. 4. Pausan. in Corinthiac. pag. 52. Plutarch. in Cleomene.]

3782 Duo fratres, Molo Mediæ & Alexander Persidis satrapes, Antiochi regis pueritiam aspernati, spe etiam illa ducti, quasi Achæus consilia cum ipsis esset consociaturus, præcipue autem calumnias & crudelitatem Hermiæ veriti, deficiendi & satrapias suæ a Rege avertendi consilium iniierunt. [Polyb. lib. 5. pag. 386.]

Magno terræ motu Caria & Rhodus insula adeo concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis ingens quoque ille Colossus ruerit. [Euseb. Chronic. Oros. lib. 4. cap. 13.]

Ptolemæus Evergetes Cleomeni (qui propter prudentiam & urbanitatem ingenuam indies charior illi fuit) spem fecit, cum navibus & pecunia remissurum eum se in Græciam, atque in regno repositurum. Attribuit etiam ei annua 24 talenta: quibus ille se & amicos frugaliter ac modice tolerabat; reliqua in illos impendens, qui Græcia extorres in Ægyptum se contulerant. [Plutarch. in Cleomene.]

3783 Ptolemæus, priusquam præstitisset Cleomeni quæ ad restitutionem pertinebant, mortuus est; [Id. ibid.] sive ex morbo, ut vult Polybius, [lib. 2. pag. 155.] sive scelere filii Philopatoris, per antiphrasin ita dicti, ut Justinus; cujus in lib. 29. cap. 1. hæc de re verba sunt ista. *Ægyptum. patre ac matre* (Strabon. lib. 17. *Αγαθοκλεια* dicta) *interfectis, occupaverat Ptolemæus, cui ex facinoris crimine cognomen Philopator fuit.*

Philopatorem hunc etiam *Tryphonem* cognominatum fuisse, apud Plinium [lib. 7. cap. 56.] legitur: ex vivendi videlicet ratione, ut habet Alianus, [Var. histor. lib. 14. cap. 31.] molli & delicata. In Fastis Siculis, Ptolemæus Philopator qui & Gallus Ptolemæi Evergetæ qui & Tryphon filius fuisse dicitur. Ubi sicut pro eo, in *Tryphonis* cognomine patri male attributo, faciunt depravatæ lectionis vestigia in Trogi Prologo 27. & 30. ita in illo filii altero, consentit magni collector Etymologici; qui Philopatorem Gallum dictum notat, quod foliis hederæ, ut Galli (matris Magnæ sacerdotes) in Bacchi orgiis (*Διονυσιακῶν τελευτῶν*) interfectus & coronatus incederet. Usque eo enim rex iste effœminatus lustris & vino erat, ut ubi sobrius magis & sedulus erat solito, *τελευτῶν* & ludos celebraret, cum tympano circumcursitans. [Plutarch. in Cleomene.] Ita ille *μακροχρόνιος δὲ τῆς τῆς αἰῶνος*, (ut inquit Polybius) sic regnum suum administrabat, quasi continuos ludos ageret: fœdis amoribus & insanis continuisque potationibus indulgens. [Polyb. lib. 5. pag. 380. 381.] Addit Strabo, [lib. 17. pag. 796.] & hunc, & successores deinceps illius Ptolemæos omnes, male regnum gessisse, luxu perditos. Regnavit autem Philopator post mortem patris ann. 17. [Ptolem. in Reg. Canone. Clem. Alexandr. porphy. Euseb.]

Philopator fratrem Magan, qui per matrem Beronicen apud milites pollebat, formidans, de utriusque cæde cum Sosibio (cujus maxima inter ejus amicos tunc erat autoritas) deliberabat. Anxii vero authores illius consilii, ne propter Beronicæ potissimum audaciam, id inceptum frustra esset; ministros aulicos blanditiis delinire coacti sunt; magnorum spem commodorum omnibus ostendentes, si ex voto res ipsis succederet. Eo igitur tempore animadvertens Sosibius Cleomenem, qui Regis auxilio indigebat, singulari prudentia & vero usu rerum quas gesserat pollere, magna pollicitans, participem consilii eum fecit. Dissuasit verò rem Cleomenes: plures aens, si fieri posset, gignendos Regi fratres esse ad regni securitatem & perpetuitatem. Cumque Sosibius fidem diceret mercenariorum militum, quamdiu viveret Magas, non fore ipsis firmam: respondit Cleomenes, quod ad id attineret, ut securi essent. Inter mercenarios enim tria propemodum millia Peloponnesiorum esse, & Cretenses ad mille: qui, si annuisset modo ad omnia quæ vellet exsequenda præsto futuri essent. Quibus verbis animatus Sosibius, Beronicem cum filio Maga & illis qui eos sectabantur, è medio tollendos curabat. [Polyb. lib. 5. pag. 380. 382. & lib. 15. in Excerptis Valesii, pag. 65. & Plutarch. in Cleomene.]

Philopator ad necem utriusque parentis cæde etiam fratris adjuncta, velut rebus feliciter gestis, luxuriæ se tradidit: Regisque mores omnis secuta regia est. Neque amici tantum præfectique, verumetiam omnis exercitus, depositis militiæ studiis, otio ac desidia corrupti marcebant. [Justin. lib. 30. cap. 1.]

Antiocho cum suis consilium ineunte, quomodo Molonis & Alexandri rebellionem esset occurrendum; Epigenes (qui eas copias reducerat qui in gratiam Seleuci convenerant, & apud legiones præcipua erat autoritatis) ut de vestigio Rex ipse adversus rebelles procederet, suadebat. Hermias contra, ad repetendam Cælesyriam Regem adolescentulum incitans, bellum adversus Molontem ducibus Xenoni & Theodoro Hermiolio gerendum mandavit. [*Polyb. lib. 5. pag. 387.*]

Inter hæc, dum Seleucia ad Zeugma Antiochus agebat, advenit Diognetus navarchus à Cappadocia, Laodiceam Mithradatis Regis Ponti filiam ducens: cum qua statim Antiochus nuptias celebravit, Antiochiam deinde à superioribus regionibus veniens, ibi Laodiceam salutari Regiam jubet: totaque se deinde ad bellum comparat. [*Ibid. pag. 388.*]

Eodem tempore Molo, promptum ad omnia coadjutorem habens fratrem Alexandrum, adversus regios duces magno cum exercitu profectus est, Xeno & Theodotus ejus adventu perturbati, intra urbes se receperunt. Molo Apolloniatico potitus agro, commeatibus omnis generis supra modum abundabat. [*Ibid.*]

In Macedonia Philippus Demetrii filius, mortuo Antigono tutore eodemque vitrico, annos 14 natus, regnum suscepit; [*Just. lib. 28. cap. ult. & lib. 29. cap. 1.*] Illudque per annos 42 administravit [*Dexip. Porphyr. Eustab.*] Eadem vero CXXXIX Olympiade Philippum Macedoniam, Ptolemæum Philopatorem Ægypti, & Antiochum Magnum Syria regnum suscepisse, notat Polybius. [*lib. 2. pag. 155.*] Ut enim in Tetræteridis illius Olympiadice anno primo Antiochus, ita in tertio ejusdem Philopator, & in quarto Philippus cepit regnare. iisdem ferme temporibus prope universi orbis imperia, nova regum successione mutata fuisse, observat idem Polybius libro quarto [*pag. 271.*] & Justinus libri 29. capite 1. ubi inter alios, Ariarathem quoque traditum sibi Cappadocia regnum accepisse scribit uterque.

Quum mortuo jam Antigono Atoli Lacedæmonii juncti, communi odio Achæos & Macedones persequerentur, Ptolemæum Philopatorem rogabat Cleomenes, ut rebus necessariis ac milite instructum se dimitteret: deinde quum negligenter audiretur, precibus etiam atque etiam contendebat, quò abeundi sibi cum sua duntaxat familia veniam daret. Et Rex quidem nulli sermo negotio attendens, futurique parum providus, pro cætera fatuitate sua verborum Cleomenis nullam rationem habebat. Sosibius verò, cujus erat tum in eo regno summa auctoritas, communicato hac de re cum amicis consilio dimitendum non esse Cleomenem statuebat. [*Polyb. lib. 5. pag. 381.*]

Molo Tigrim trajicere & Seleuciam obsidere conatus est. Deinde quò minus copias transmitteret à Zeuxide, qui fluviales omnes naves occupaverat, impeditus, ad Ctesiphontis castra concessit; ibique necessaria exercitui ad hybernandum comparavit. [*Ibid. pag. 389.*]

Antiochus ut Molonem progredi in expeditione suscepta, suos verò pedem referre cognovit; ducendi adversus ipsum, omnia in Cælesyriam contra Ptolemæum expeditione, impetum cepit. At Hermias propositi sui tenax, missis adversus Molonem Xenæta Achæo, cui & exercitum & summum liberumque Imperium attribuerat; juvenem Regem Apameam perduxit, ibique copias coegit. [*Ibid. pag. 390.*]

Xenætas quum Seleuciam castra movisset, accito Diogene Susiane & Pythiada Rubri maris præfecto, copias eduxit: ac Tigrim amnem pro munimento habens, in conspectu hostium confedit. Castra deinde Molonis, qui noctu discesserat, quum occupasset, & securus genio cum suis indulgeret, interpesta nocte reversus Molo, nec opinantes oppressit, geminis castris exiit, Xenætam ipsum temere pugnans interfecit. Inde Seleuciam cum exercitu celeriter advenit, eamque primo impetu cepit: quoniam Zeuxis aufugerat, & una cum illo Diomedon Seleucia ipse præfectus. Tum subacta Babylonie præfectura & ea quæ ad mare Rubrum est, Susorum urbem cepit: & relictis qui arcem, ad quam dux Diogenes se receperat, obsidione piemerent, Seleuciam ad Tigrim repetens, exercitum ibi refecit. Et in regione quidem ad amnem sita, omnia usque ad Europam urbem occupavit: in Mesopotamia verò, omnia usque ad Dura. [*Ibid. pag. 391. 392. 393.*]

Alexandrie Cleomenes custodia traditus, Ptolemæi Philopatoris protectione Canopum versus observata, tumorem inter custodes distulit, inibi se esse ut à Rege liberaretur: eisque vino sepultis, amicis qui una erant & famulis comitatus circa meridiem foras erupit, & populum ad seditionem frustra incitavit. Deinde omni salutis spe abjecta, conjurati manus sibi intulerunt. [*Ibid. pag. 385.*] post Cleomenis fugam annis serè tribus. (*id. lib. 4. pag. 304.*) Cum hæc Philopatori renunciarentur, Cleomenis corpus pelle nudari & cruci affigi jussit; matremque Cratesicleam ac filios, cum cæteris mulieribus quæ ibi erant, interfici. (*Plutarch. in Cleomene.*)

Antiochus cum universo exercitu suo Laodiceam profectus, & desertum emensus, ad Matfiam convallem venit inter Libani & Antilibani radices sitam. Per hanc convallem plures dies ducto agmine, & adjacentibus oppidis in potestatem redactis, Gerra demum & Brochos (castella faucibus illis hinc & inde imminenti) pervenit: quæ à Theodoro Atolo (Cælesyriae Præfecto) occupata invenit. Et Antiochus quidem vim facere primo instituit: sed munitissima locorum natura & Theodoti repugnantia avocatus, incepto desistit. (*Polyb. lib. 5. cap. 390.*) Pro qua tamen opera Theodotus adeò nullam reportavit gratiam, ut contra Alexandriam accitus, etiam de vita periculum subiret. (*Ibid. pag. 385. & 405.*)

Antiochus, nuntio allato de internecina Xenætae clade, & Molonis victoria, qui superiores



præfecturas tui jam planè juris fecerat; relicta expeditione quam inchoaverat, ad subveniendum rebus suis accurrit. [*Polyb. lib. 5. pag. 390*] Qua de re consultatione habita, quum Hermias communi omnium suffragio hoc ipsum suadentium ultra resistere non posset; Epigenem per calumniam, ficta Molonis ad eum epistola & cæteris Epigenis inserta chartis, è medio sustulit. Rex contra Molonem progressus, ut ad Euphratem venit, assumptis quas ibi habebat copiis, Antiochiam in Mygdonia circa brumam ( *meis resque peruenit* ) pervenit, ibique dum deservisset hyems substitit. [*Ib. pag. 393. 394. 395.*]

Inde profectus quadragesimo post die, Libam venit: & Zeuxidis, non Hermiæ consilium secutus, Tigrim cum universis copiis trajecit. Deinde Dura versus profecti, eam urbem, quæ à duce quodam Molonis obsidebatur, primo impetu liberarunt. Postea quum diebus singulis castra moverent, octavo die Oricum superarunt, & Apolloniam pervenerunt. [*Ibidem pag. 395. 396.*]

Molo, licet à suis desereri formidaret, aciem tamen contra Regem infruxit, & exercitu in duo cornua diducto, sinistrum Neolao fratri commisit, alterum sibi retinuit. Ubi concurrere acies dextrum cornu in fide perstitit, & acerrimè contra regios conflavit: sed sinistrum ad Regem transitionem fecit. Ea re animadvertè Molo, cum prope jam undique cingeretur, manus sibi intulit: pariterque omnes qui conjurationis participes fuerant, domum suam quisque concesserunt, ibique similem exitum fecerunt. Neolaus quoque ubi pugna evasit, & in Perfidem ad Alexandrum Molonis fratrem, matrem & Molonis liberos obruncavit: dein super mortuorum cadaveribus ipse se jugulavit, postquam Alexandro persuasisset, ut ipse quoque idem faceret, Rex Molonis corpus in cruce tolli edito loco jussit: rebellem autem exercitum duris verbis increpitem, data dextera recepit in fidem; certosque viros constituit, qui istos in Mediam reducerent, & eam provinciam rectè constituerent. Ipse interim Seleuciam è superiore tractu regni regressus est: ubi Hermias cives durius tractans multæ etiam nomine mille talenta ab eis exegit; quæ ad 130 Rex reduxit. Diogenem deinde Mediæ Prætorem, Apollodorum Susianæ reliquit, Tychonem vero scribarum principem, qui præfectus erat exercitui, in proxima Rubro mari loca misit. [*Ib. à pag. 396 ad 399.*]

Quo tempore Antiochus adversus Molonem bellum gerebat, Theodotus Ætolus Cælesyriæ præfectus Alexandria reversus Ptolemæum Philopator pro deplorato habens, & illius aulæ proceribus diffusus, occupata per se Ptolemaide, per Panætolum Tyro, Antiochum statuit convenire & Cælesyriæ urbes illi tradere: & brevi tempore ad exitum rem perduxit. [*Ibid. pag. 385. & 405.*]

Attalo regi Pergami, ex Apollonide Cyzicena, natus est Attalus Philadelphus; qui annos 82 vixit, ut in *Maxepolice* refert Lucianus. Antiocho quoque tum filius ( Seleucus, ut videtur, Philopator ) natus est.

Jubilæus XXV.

3785

Antiochus filio auctus Artabazanem statuit aggredi, qui Atropatios & vicinas alias gentes dominio obtinebat. Ille Regis adventu perterritus, maximè propter ætatem jam planè decrepitam pacem cum Antiocho quibus ipse voluit legibus fecit. [*Polyb. lib. 5. pag. 399. 400.*]

Dum bellum hoc cum Artabazane gereretur, Achæus, postquam Attalum in urbem Pergami conclusisset, omniaque circum loca in potestatem suam redegisset, & cum Ptolemæo Philopatore consiliorum societatem iniisset, facile sibi fore sperans in Syriam prius irrumpere quam Antiochus reverteretur, & Cyrrhestis qui à Rege defecerant adjuvantibus regnum illud celeriter obtinere; è Lydia cum universo exercitu profectus est. Laodiceam vero Phrygiæ ut ventum, diadema capiti imposuit, nomen regium tunc primum assumens, & quum legatis cæterisque responsa dabat, & quum ad civitates scriberet: Syniride exule præ cæteris ut id faceret ipsum impellente. Mox itinere aliquandiu continuato, ubi jam Lycæoniæ appropinquabat, seditio in exercitu est orta; agrè ferente milite, duci se ad bellum cum eo gerendum, quem sibi regem natura dedisset. Itaque Achæus, qui vertisse in contrarium voluntates ipsorum sentiret, conatis abstulit: atque ut armatis suis persuaderet de invadenda Syria nihil unquam à se fuisse cogitatum, mutato itinere Pisidiam populatus est. atque hac ratione ditato exercitu, conciliata sibi benevolentia ac fide militum, domum est reversus. [*Idem lib. 4. pag. 271. 314. 315. & lib. 5. pag. 401. 402.*]

Pace cum Artabazane firmata, Apollophanes Seleuciensis medicus ab Hermia sibi timens, Antiocho suspectum eum fecit. Quem Rex, in valetudine simulata, foras abductum conjuratis occidendum præbuit. Quo etiam tempore Apamensium uxores uxorem Hermiæ, liberi liberos lapidibus obruerunt. [*Id. lib. 5. pag. 400. 401.*]

Antiochus domum reversus, dimissis ad hybernandum copiis, nuntios ad Achæum cum mandatis minarum plenis misit. [*Ibid. pag. 401. 402.*]

Apud Hebræos, post Oniam II. filius ejus Simon II. Summum Pontificatum gessit. [*Joseph. lib. 12. cap. 4.*] In Græcis Eusebianis Scabigeri, [*pag. 53.*] tribuuntur illi anni 20.

Antiochus convocato Apameam exercitu, sub ver primum Apollophane Seleuciensi medico suadente, Seleuciam quæ Pieria dicitur adiit: Diogneto navarcho eò cum classe, & Theodoto Hemiolio cum idonea manu ad occupandas Cælesyriæ fauces, misit. Ipse vero, Seleuciensium plerisque pecunia promissisque corruptis, captoque suburbio, urbem deditione recepit; civibusque perhumaniter tractatis portum & arcem præsidii firmavit. [*Polyb. lib. 5. à pag. 402 ad 405.*]

Erat

Erat in his Rex occupatus, quum litteræ à Theodoto Aetolo illi afferuntur, quibus rogabatur ut contenderet quamprimum in Cœlesyriam; quam se ipsi traditurum significabat. Rex igitur ad eum progreditur: sed Theodotum, proditione patefacta, dux Ptolemæi Nicolaus Ptolemaide inclusum obsedit, & Lagoram Cretensem cum Dorymene Aetolo ad occupandas fauces prope Berytum misit. Quibus ab Antiocho fugatis, soluta obsidione Theodotus & Panætulus, amicis suis comitati, obviam illi processerunt: Tyrumque & Ptolemaidem, cum omnibus apparatibus qui in illis erant, ei tradiderunt. Repertæ ibi sunt naves 40. quæ Diogneto navarcho sunt traditæ. [*Ibid. pag. 405. 406. cum lib. 4. pag. 305.*]

Antiochus factus certior Ptolemæum Memphim concessisse, copias Pelusii esse congregatas, Nili aggeres recludi, omnes aquæ dulcis scaturigines obrui; mutata sententia de exercitu duccendo versus Pelusium, per Cœlesyriam quoqueversum agmen ductans, urbium alias vi, alias aequitate conditionum sibi adjungere conabatur. Quæ leviter igitur munitæ erant, hæ adventu illius perterritæ, ad ejus amicitiam se applicabant: reliquæ in fide manebant; & his obsidentis plurimum temporis infumere Rex cogebatur. [*Idem lib. 5. pag. 406.*]

Interea nullam quidem rerum suarum curam gerebat Philopator: sed Agathocles & Sossibius, penes quos erat regni administratio, operam omnem in parando bello collocant; idque inscio, quantum fieri potuit, Antiocho. Quin & Cyzicenos, Byzantinos, Rhodios, Aetolos sollicitant ad pacem inter utrumque Regem procurandum: dum interim peritissimos quosque duces & copias quamplurimas conscribunt, ac rei militaris disciplina imbuendas curant. [*Ibid. pag. 406. 407. cum lib. 4. pag. 305.*]

Sed inter Byzantinos & Rhodios novum eodem tempore bellum est exortum, quod Byzantini, Gallis tributa coacti persolvere, portorium à navigantibus in Pontum exigerent. [*Id. l. 1. pag. 358. & lib. 4. pag. 305. 386. 314.*]

Rhodii igitur, missis illico ad Prusiam (Bithyniæ regem illum, cui *Ῥωδῆ* sive Claudi cognomen tum fuisse, in Memnonis Excerpt. cap. 29. legimus) legatis, societatem belli cum eo inierunt; Byzantinis tum ob alias causas infenso, tum quod ad dirimendas inimicitias inter Achæum & Attalum tantum studii adhibuissent ut nihil supra: quorum mutua inter se amicitiam rebus suis inutilem multis modis futuram existimabat. Cum legatis igitur Rhodiorum ita constituit, ut rem mari gerere illis suaderet; ipse non minora hostibus detrimenta se terra illaturum polliceretur. Indeque Hieron Byzantinis ille ademit (quem locum, ad mercatores qui in Pontum navigabant pertinentem, paucis ante annis Byzantini magna pecuniæ vi emerant) & eam Myliæ partem, quam in Asia longo jam tempore obtinuerant. (*id. lib. 4. pag. 314. 315. 316.*)

Rhodiorum exemplum secuti Byzantini, & ab Attalo & ab Achæo per legatos auxilium petierunt. Eterat quidem Attalo voluntas prompta sed qui ab Achæo intra paterni regni fines erat compulsus, momentum ad victoriam afferre poterat non sanè magnum. Achæus vero qui in regionibus Asiæ cis Taurum latè dominabatur, quique Regis nomen paulo ante assumpserat, auxilia Byzantinis promisit. (*ibid. pag. 314.*) Miserunt etiam illi ad Tibiten, qui ipsum è Macedonia adducerent, ad bellum cum Prusia gerendum. Existimabatur enim Bithynorum regnum pari jure ad Tibiten pertinere atque ad Prusiam, cujus ipse patruus erat. (*ibid. pag. 316.*)

Prusias rex, Tibitæ patri sui adventum metuens, omnia castella, in quibus aliqua videbatur esse ad res bello gerendas opportunitas, demolitus est. (*ibid. pag. 318.*)

Rhodii ut à Byzantinis Achæum averterent, patrem illius Andromachum, qui Alexandriæ captivus detinebatur, à Ptolemæo obtinuerunt, filio restituendum. Quæ re confecta, nonnullisque insuper honoribus Achæo decretis, spem Byzantinis cui plurimum innitebantur ademerunt. Tibites etiam, dum in patriam ex Macedonia reducitur, fato functus consilia ipsorum morte sua vehementer conturbavit. Cavaro igitur (Gallorum qui in Thracia erant regulo; ut libro octavo docet Polybius, in Excerptis Henr. Valesii pag. 26. & Athenæo lib. 6. cap. 6.) qui eo tempore Byzantium venerat intercedente, pacem cum Prusia & Rhodiis, omnia deinceps portorii exactione, inierunt: ea lege, ut ablata omnia Prusias restitueret. (*ibid. pag. 317. & 318.*)

Per idem tempus Mithradates Ponti rex bellum Sinopensibus indixit: qui à Rhodiorum populo acceptis 140 drachmarum millibus & urbem suam & peninsulam in qua ea sita erat adversus illius insultus munierunt. [*Ibid. pag. 323.*]

Antiochus Dura (urbem Phœnicie, Dora Ptolemæo dictam) obsedit; sed conatu irrito: cum & locus esset natura munitus, & obsessis subinde opem ferret Nicolaus. Adpetente vero jam hyeme, missis à Ptolemæo legatis demum annuit, ut ad quatuor menses fierent induciæ: cum diutius à ditione sua abesse nollet. Jam enim manifestum erat rebus ipsius insidias struere Achæum; à quo Ptolemæum adjuvari nemo dubitabat. Dimissis igitur legatis, ubi presidia locis opportunis imposuisset, rerum omnium cura Theodoto mandata, Seleuciam rediit; & in hyberna exercitum dimisit, nullam de cætero exercendi militis curam gerens. Persuadebat enim sibi, ad ea quæ restabant, nihil dimicatione futurum opus: quod partem aliquam Cœlesyriæ & Phœnicie jam in potestate habens, cætera loca à volentibus se accepturum, & omnia colloquiis transacturum sperabat. [*Ibid. pag. 409.*]

Cum nihil de pace per legatos transigeretur, ineunte jam vere copias contrahit suas Antiochus, habens in animo terra marique hostem aggredi, & reliquas Cœlesyriæ partes nondum subactas in potestatem redigere. [*Ibid. pag. 411.*]

Ptolemæus summam rerum tuendam Nicolao Aetolo tradit; commeatus omnium rerum Gazam

adfatim

adfatum convehit: copias qua pedestres, quæ maritimas emittit; Perigene classi præposito, rectas quidem naves 30 habenti, onerarias vero amplius 400. [*Ibid.* pag. 411.]

Antiochus Marathum progressus, quum ad eum Aradii venissent de societate acturi, non solum accepit illos in societatem; sed etiam controversiam quæ insulanos Aradios & eos qui continentem habent invicem antea alienabat, sedavit, atque ut inter se concorditer viverent effecit. Deinde per Theu-prosopon Phœniciam ingressus, Berytum venit: & in transitu Botrym occupavit, Trierem vero & Calamum incendit. [*Ibid.*]

Quum autem ad pugnam esset ventum, divisio in tres acies exercitu, unam Theodoto, alteram Menedemo tradidit, tertiam ad res mari gerendas reservavit, præposito Diocle, qui Parapotamiam ad Euphratem Præfecturam obtinebat. Ipse cum prætoria sua cohorte medius inter omnes stetit; spectator quæ gererentur omnium futurus, & ut quisque suorum laboraret, operam eo laturus. Simul & Diognetus classi Antiochi, & Peregines Philopatoris classi præfectus, navales copias ad pugnam direxerunt; terræ quam maximè fieri poterat appropinquantes, & ut terrestri navalisque prælii una duntaxat facies appareret conitentes: Mox quum uno omnes dato signo, & uno imperio, hostem simul invaderent, mari quidem pugna discrimen æquabatur; terra vero Nicolaus Atolus copiarum Philopatoris dux à Theodoto demum fugatus est: qua in fuga, ad duo millia perierunt, nec pauciores vivi capti sunt; qui supererant cunctis ad Sidonem se recipientibus. Perigenes ut cladem terra esse acceptam vidit; retro ipse quoque concedens eadem petiit loca. Antiochus cum exercitu profectus, ad Sidonem signa constituit: urbis tamen oppugnationem non censuit sibi tentandam; quod & rerum necessariorum copia abundaret, & hominibus esset refertissima. [*Ibid.* pag. 412. & 413.]

P. Cornelio Scipione & T. Sempronio Longo Consulibus. Hannibal laborioso per Alpes transitu descendit in Italiam, ætatis tempore [*Liv.* lib. 21.] Olympiadis CXL. anno 2, desinente sc. Unde principium ducit bellum Punicum II. sive Hannibalicum; à Polybio, Livio, Silio Italico & Appiano Alexandrino in Hannibalicis descriptum. Quo Romanorum & Carthaginensium nomen adeo inclaruit: ut in Græcia primum, deinde & in insulis atque Asia (proprie dicta) ad illos jam in rebus suis omnes, non ad Philippum, Antiochum aut Ptolemæum oculos suos converterent. [*Polyb.* lib. 5. pag. 443.]

Eadem ætate qua in Italiam Hannibal, in Palæstinam Antiochus Magnus irrupit. Hic enim, Diogneto navarcho negotio dato ut classe Tyrum appelleret, ipse assumptis legionibus Philoteriam duxit, ad lacum (Tiberiadis) sitam quem Jordanes amnis influit: qui inde exiens, per Scythopolitanæ urbis campos labitur. Capta utraque illa urbe, Philoteria & Scythopoli (quæ Josepho Bethsan est in tribu Manassis) & præsidio in utramque inducto, montibus deinde superatis Atabyrium (sive Thabor) accessit, oppidum in colle situm, ad cuius summum verticem stadia numerantur quindecim. Antiochus levibus præliis oppidanos lacessens; quum antesignanos suos procedere quam longissime jussisset, mox repente conversis qui fugiebant, & eis coortis qui fuerant in insidiis locati, acre prælium fecit, & multos eorum occidit: ac tandem infecutus ipse, eum cunctis terrorem injecit, ut primo impetu hanc quoque urbem caperet. [*Polyb. ibid.* pag. 413.]

Eo tempore Koræas è numero præfectorum Ptolemæi, ad Antiochum defecit: quo munifice ab illo suscepto, etiam Hippolochus Thessalus non multo post abductis de Ptolemaico exercitu 400 equitibus, ad ipsum transfugit. Antiochus vero postquam Atabyrium firmasset, castra inde movens, Pellam & Camum & Gephrum deditione accepit. Hic adeo felix rerum successus adjacentis Arabiæ populos movit, ut cohortationibus mutuis incitati, communibus suffragiis se illi omnes adjungerent. Qua nova spe auctus Rex, opibusque Arabum subnixus, in Galatidem devenit: eaque potius Abila in potestatem redegit; & simul omnes qui, Nicia duce, pro ferenda ope eo occurrerant. Restabat adhuc Gadara, locus opinione hominum præ cæteris omnibus illius tractus eximie munitus. Ad hunc Rex admovit exercitum: molitusque opera oppidanos ita terruit, ut in deditionem extemplo venerint. [*Ibid.* pag. 414.]

Eadem ætate in Pamphylia Pednelisenses à Selgensibus obsessi, jamque de salute periclitantes, per legatos opem ab Achæo petunt. Mittit Achæus peditum sex millia, equites 500. duce Garfyere. Is per Milyada ingressurus, comperit aditus à Selgensibus occupatos. Fingit igitur discessum. E vestigio Selgenses, digressos hostes rati, & ipsi discedunt, ad castra alii, alii ad messem, quæ jam maturierat, faciendam. Garfyeris confestim regreditur, & transmissis nullo obsistente faucibus ad Climacem, eas ipse tutatur, ac totius belli curam Phaylo mandat. Phaylus Pergam profectus, Pamphylia Pisidiaque populos ad opem obsessis ferendam invitat. Aspensii quatuor, Eteneses octo hominum millia mittunt. Selgenses temeritate sua rem prope confectam corrumpunt, ac turpiter profligati, decem circiter hominum millibus amissis, Selgam confugiunt. Fugientibus instat Phaylus. Illi conterriti, Logbafim mittunt de pace acturum. Is pro deprecatore proditorem agit. Induciæ fiunt, quarum beneficio Selgam commecabant milites. Arcessitur Achæus, cujus clementiæ sese committebant Selgenses. In his tempus teritur, dum fraudi commodum tempus expectatur. Cum jam ad exitum perducenda videretur, res detegitur. Logbafis cum conjuratis &, quos admiserat, hostibus trucidatur. Tum Achæus serio de pace agit. Nec abnuunt Selgenses: jussi pendere statim 400, & post aliquod tempus 300 talenta; & Pednelisenses captivos gratis dimittere. Achæus, postquam Milyadem & partem Pamphylia maximam sui juris fecisset, Sardes proficiscitur: ubi continuum cum Attalo bellum gerens, etiam Prusiæ minabatur. [*Ibid.* à pag. 415. ad 420.]

Anno  
Munoi.  
Quo tempore Achæus in expeditione contra Selgenfes erat occupatus, Attalus Tectofages Gallos (quos propter opinionem fortitudinis ad bellum contra Achæum ex Europa acciverat) secum habens, per Æolidis urbes agmen ductabat, & per finitimas istis, quæ prius metu se Achæo dederant. Cuma, Smyrna & Phocæa ultro se ei adjunxerunt: Ægrenles & Lemnitæ, adventu illius perterriti, deditioem fecerunt. Adierunt illum & à Teis Colophonisque legati: quorum urbes, obsidibus acceptis, in eisdem fœderis leges recepit atque ante. Continuato deinde itinere, trajectoque amne Lyco, ad quæ Mysii habitant loca venit. Quorum ut emensus est fines, Carîensium attingit: quos, simul cum eis qui Didyma-tiche custodiebant, ita terruit; ut castellum utrumque Themistocles, quem iis locis Achæus discedens præfecerat, ipsi traderet. Profectus inde, Apia campum populatus, Pelecanem montem superavit; & ad Megistum amnem castra posuit. Eo loci quum Luna defecisset, Galli molestias itinæris ægre jampridem ferentes (ut quos in expeditione uxores liberique plaustris vecti sequebantur) tunc loco ostenti quod acciderat de Luna ducentes, ulterius se progressuros negarunt. [*Ibid. pag. 420.*] Septembris enim Juliani die primo, initio noctis Luna oriens, ultra horam obscurata permansit.

Attalus veritus ne Galli inclinatis ad Achæum animis res ipsius invaderent, & quod fidem ipsius secuti in Asiam trajectissent, contrucidare eos nolens; ad Hellepontum, quo transiilerant, tuto eos reduxit, ibique agros ad colendum idoneos eis assignavit: de cætero, quoties aliquid deinceps æquum à se postulerent, pro sua virili se ipsos adiuturum promittens. Deinde Lampfacenis, Alexandrensibus atque Iliensibus, quod in ipsius fide mansissent, benigne appellatis cum exercitu Pergamum reversus est. [*Polyb. ibid. pag. 421.*]

4. Antiochus factus certior magnum hostium numerum in urbem Arabiæ Rabatamana (Rabath-ben Ammon) convenisse, & agros eorum Arabum incurfionibus infestare, eo castra movit; ac prope illos terræ tumulos tendit, quibus urbs fuit imposita. Deinde quum circumflet collem, eoque omni ex parte perpecto,prehendisset duos tantum aditus eum habere; utroque in loco fabricatis machinis muros dejiciendi operam Nicarcho & Theodoto separatim mandavit. Cumque celeriter & opinione hominum citius pars utraque mœnium ruisset; dies pariter ac noctes, sine ulla intermissione, summa vi irruptionem tentabant regii: sed, propter hominum multitudinem quæ in urbem se receperat, conatu plane irrito. Tandem captivorum aliquis subterraneum meatum ostendit, per quem obsessi aquatum descendebant: quo obstructo, oppidani aquæ inopia adacti deditioem fecerunt. Rex urbe potitus, Nicarchum ibi cum idoneo præsidio reliquit. Hippolocho & Kerææ, qui à Ptolemæo defecerant, cum quinque peditum millibus ad vicina Samariæ loca proficisci iussit; ut provinciæ illi præfiderent, & omnes qui ipsius imperio agnoscerent ab hostium injuriis tutarentur. Ipse vero Ptolemaidem versus castra movit; illic hybernaturus. [*Ibid. pag. 414. & 415.*]

5. Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis Consularum iniiit. Inter prodigia ex pluribus simul locis tunc nunciata; in Sardinia *Solis orbem minuti visum*, & Arpis pugnantem cum Luna Solem, narrabatur. C. Flaminius alter Consul, qui Romæ tum aberat, eodem vere ad lacum Thrasymentum in Hetruria adversus Hannibalem infeliciter pugnans, cum 15. Romanorum millibus in acie casus est. [*Liv. lib. 22.*] Eclipsis Solis eo anno, Februarii Juliani die XI. in Sardinia visa fuit. Et nobilem illam in Hetruria pugnam, simul cum altera inter Antiochum & Philopatorem de Cœlesyriæ imperio habita, Olympiadis CXL. anno 3. (ad finem tendente) contigisse, confirmat Polybius. [*Ibid. pag. 442.*] Quæ posterior pugna, in Palæstina ad Raphiam gesta, ita ab eo habetur descripta.

6. Ineunte vere Antiochus & Ptolemæus, præparatis rebus omnibus, in eo jam erant, ut expeditionem susceptam prælio terminarent. Ptolemæus igitur, peditum septuaginta millia, equitum quinque, elephantos 73. secum trahens, Alexandria movit. [*id. ibid. pag. 421.*] & in urbe Pelusii castra primum posuit. Ibi assumptis qui sequebantur à tergo, postquam frumentum exercitui esset mensus, per terram carentem aqua, propter Casium montem & ea quæ vocantur Barathra iter habens, Gazam progressus est. Quintis deinde castris quo destinaverat pervenit, ibique stadia 50. à Raphia signa constituit: quæ urbs Cœlesyriam ex Ægypto petenti, post Rhinocorura occurrit prima omnium è Syriacis. [*ibid. pag. 422.*]

Per eosdem dies etiam Antiochus eodem cum exercitu advenit: in quo peditum 72. erant millia, equitum sex, elephantum 102. Qui urbem Raphiam prætervectus, decem ferme stadia primum, & post paucos dies non longiore stadiorum quinque intervallo à Ptolemæi exercitu castra collocavit. [*ibid.*]

7. Eo tempore Theodotus Stulus, qui in Ptolemæi aula antea versatus fuerat, ac propterea mores illius & vitæ quotidianæ consuetudinem notam habebat, duobus tantum comitatus, sub lucem hostile vallum intravit: & sequente nocte in tentorium Regis se intulit, ut solus eum occideret, atque hoc pacto bellum dissolveret. Sed abducto eo Dositheus Drimyli filius (qui genere quidem erat Judæus, postea vero à majorum religione descivit) fecit ut ignobilis quidam recumberet in tentorio ejus. Theodotus autem in tentorium irrumpens, ex iis qui ibi cubabant duobus vulneratis, & Andrea archiatro obruncato, sine discrimine in castra sua se recepit. [*ibid. & III. Maccab. I. 3. 4.*]

Postquam per dies quinque opposita invicem castra Reges habuissent, visum utrique est, prælio jam decernendum. [*Polyb. ibid.*] Deinde quum prælium vehemens committeretur, &

partis Antiochi res multo essent valentiores; Ptolemæi soror Asinœ capillis passis obambulans, milites cum lachrymis est hortata, ut & seipsos & liberos suos uxoresque audacter defenderent: promittens se, si vincerent, cuique duas auri minas daturam. Itaque evenit ut adversarii cominus pugnando perderentur, & multi quoque captivi comprehenderentur. [III. *Maccab.* 1. 5. 6. cum *Polyb.* lib. 5. pag. 424. 425.]

Desideravit autem è suis Antiochus non multo pauciores, decem millibus peditum; equites 300. & eo plures. Capti sunt vivi supra 4000. Elephanti in conflictu periere tres, è vulneribus postea duo. E Ptolemæicis occisi sunt pedites 1500. equites 700. ex elephantis 16. sunt trucidati; reliquorum pars major capta. [*Polyb.* *ibid.* pag. 427.]

Sepultis suorum cadaveribus, Rex Antiochus cum reliquis copiis domum est reversus. Ptolemæus & Raphiam & reliquas urbes, ut ad quamque accesserat, à civibus sibi traditis recepit: quum omnes civitates in dominatu ipsius instaurando & deficiendo ad illum, de celebritate inter se certarent. Cœlesyria enim populi ad Ægypti regum venerationem præ cæteris inclinati, hac insuper occasione accedente, nullum blandimenti genus prætermittentes, coronis, sacrificiis, altaribus cæteroque ejus generis cultu Ptolemæum honorarunt. [*Ibid.* pag. 427. 428.] Ille vero propinquas civitates adiens, donariaque delubris earum distribuens, ut subditi sui bono essent animo effecit. [III. *Maccab.* 1. 7.]

Judeis mittentibus ex Senatu & Senioribus qui salutarent ipsum, & munera apportantes de iis quæ evenerant gratularentur ipsi; accidit ut eo esset paratiore animo ad eos quam civissime adeundos. Qui Hierosolymitani templi pulchritudinem admiratus, etiam adyta (in quæ summo Pontifici soli ingredi licebat, idque semel tantum in anno) penetrare voluit. Quod cum Judæi contentiosissime recusarent, & Regi cresceret ex reculatione desiderium; toto templo lachrymis & ejulatu, civitate tumultu & querelis confusa, Simon Pontifex ex adverso templi (inter templum sc. & altare) flectens genua, elata voce orationem ad Deum habuit, opem ab eo præsentis necessitati implorans. Ea finita, Rex corpore animoque ita perturbatus est; ut ne fari quidem posset, & semivivus à suis extra templum abduceretur. [III. *Maccab.* c. 1. & II.]

Simulac Antiochiam ingressus est rex Antiochus, Antipatrum fratris filium & Theodorum Hemiolium legatos de pace ad Ptolemæum misit. Qui victoria tam inopinata contentus, & omnino Cœlesyria imperium recuperasse præter spem satis habens, minaciter paululum legatos allocutus & de Antiochi questus injuriis, inducias in annum eis concessit; Sosibio ad firmandum fœdus misso. [*Polyb.* lib. 5. pag. 428. cum *Justino*, lib. 30. cap. 1.]

d. Ptolemæus tres in Syria ac Phœnicia menses moratus, ad componendum singularum civitatum statum, omnibus illis locis Prætozem relinquens Andromachum Aspændium, cum sorore Arfinoë & amicis ad repetendam Alexandriam castra movit: imposito eo fine huic bello, quem subditi, reliquæ ejus vitæ atque institutorum gnari, satis mirari non poterant. Antiochus, ubi fœdus cum Sosibio affirmasset, ad bellum contra Achæum, sicut antea proposuerat, se comparabat. [*Polyb.* *ibid.*]

3788

Antiochus bello per hyemem magna cura adornato, ineunte æstate Taurum montem superavit; & facta cum Attalo societate, Achæum bello est aggressus. [*Id.* *ibid.* pag. 444. & 446.] Quem dum Sardibus inclusum ille obsideret; leves dimicationes & pugna sine intermissione ulla continue committebantur noctu atque interdiu: quum milites nullum non genus insidiandi aut insidiatores captandi, invadendique sese invicem comminiceretur. [*Id.* lib. 7. pag. 506.]

Cum Galli qui ab Attalo ad Hellepontum fuerant relictis, Ilienses obsiderent, Alexandrenses qui Troadem incolebant, misso Themista cum quatuor militum millibus, ex universa Troade eos eiecit; impediendo commeatus, & eorum conatibus se opponendo. Qui inde pulsus, Arisba Abydenæ ditionis urbe occupata, cætera ejus tractus oppida ex insidiis conabantur invadere; & assiduum cum illis bellum gerebant. Adversus hos igitur Bithyniæ rex Prusias expeditionem suscepit, & acie dimicavit. Ac viros quidem in ipso prælio, dum manus conferuntur, contrucidavit; sobolem vero propemodum omnem atque conjuges in ipsis castris jugulavit: atque utensilia victori militi diripienda concessit. [*Id.* lib. 5. pag. 447.]

Ptolemæus Philopator in Ægyptum reversus, ab omni rerum honestarum studio ad luxuriosum ac perditum vivendi genus se contulit. [*Id.* lib. 14. in *Excerptis Valesii*, pag. 62.] Augescens enim malitia, non solum innumeris se libidinibus explevit, sed etiam famosis libellis Judæos Alexandrinos vexare cœpit, & à vero Dei cultu avertere. Qui resisterent, vel occidi jussit, vel omni dignitate ac libertate privatos, stigmaticos fieri, inulto hederæ folio, quod Bacchi erat insigne: qui autem patria religione deserta, obtemperarent, hos voluit æquo cum Macedonibus jure cives Alexandrinos censeri.

Multi igitur Regis voluntati cesserunt; plurimi autem se à vitæ discrimine, & iniustione, pecuniæ largitione redemerunt. Qui autem in avita religione perstiterunt, in reges quidem benevolentiam fidemque constantem observabant, sed ab apostatarum convictu abstinebant; & ut gentis suæ hostes abominati, communi conversatione & signis amicitia omnibus eos privabant. Quod adversarii tamen ita sunt interpretati, ac si neque regi neque potestatibus illi consentirent, sed ab eorum obedientia homines averterent. Unde Philopator, non in Alexandrinos solum sed in reliquos etiam totius Ægyptii Judæos iratus, datis literis omnes in unum locum cogi jussit, ultimis suppliciis afficiendos. Descriptio eorum à Regis ministris diebus 40. facta

est;

cit; a 25. videlicet die mensis Pachon usque ad 4. Epiphi, hoc est, juxta fixum Alexandrinorum annum, (quem ante pugnam Actiacam in usu apud illos non fuisse, recentiores Chronologi sine ulla ratione sibi persuaserunt) a Maii Juliani die 20. usque ad Junii 29. constituta perditione illorum a 5. Epiphi ad 7. diebus tribus.

Tempore constituto, Judæi Alexandria in Hippodromo constituuntur, ut omnium prætereuntem probris & irusionibus paterent. Tum Rex Hermonem elephantorum præfectum advocat, jubetque sub insequentem diem, multo thure in vinum immisso, potari elephantos numero 500. eaque potione efferatos in Judæos immitti, ab iis proterendos ac discernendos. Postero die regem altus sopor detinet usque ad horam prandii; cum jam tota spectatorum turba diffluxisset. Insequenti die mandatorum eundem capit oblivio; ut furete putaret eos qui ad spectaculum eum invitabant. Tertio die, quum in Judæos immittendæ essent belluæ, visi sunt duo terribiles Angeli de cælo descendere; qui spectatores ita perturbant, ut quasi contracti vinculis immobiles fierent. Rex quoque totus inhorruit, atque animo commutatus feritatem deposuit. Quin & elephantum in armatos qui subsequerentur conversi, proculcabant & profigabant illos.

Tum Rex Judæos laudatos vinculis solvi jubet, Deumque ipsorum protectorem agnoscit: & per septem dies (a 7. usque ad 14. Epiphi, sive a 2. ad 9. nostri Julii) publicum epulum eis præbet. Quibus expletis, potestatem interficiendi apostatas Judæi ab illo impetrant: dicentes, eos qui ventris caula præceptiones divinas omiserint, ne in præcepta quidem Regis bono animo futuros unquam. Quorum cum supra 300. è medio in itinere sustulissent, Ptolemaïda (in Arfinoite Nomo ad Nilum positam) quæ à rosarum feracitate Rhodophoros est dicta, pervenerunt; ubi de communi sententia ipsorum classis dies septem eos præsolabatur. Ibi convivium eucharisticum fecerunt: Rege alacriter ipsorum cuique omnia suppeditante quæ erant opus ut se in suas domos singuli reciperent. Unde, terra & mari & fluvio, summo cum gaudio ad sua incolomes sunt reversi. Quæ omnia fufus in tertio Maccabæorum libro habentur descripta: quem in Ecclesiasticæ suæ historiae initio Philostorgius portentosum vocat, nihilque simile primo explicantem.

Ægyptii, secunda ad Raphiam pugna inflati, dicto audientes esse Philopatori non amplius dignabantur; ducem & auctorem quærentes, tanquam idoneis ad illi resistendum viribus præditi: quod ad extremum fecerunt; idque haud ita multo post. [*Polyb. lib. 5. pag. 444.*]

3789 Cum Ægyptiis defectoribus bellum gessit Philopator. [*Id. ibid.*] In quo, ab illius partibus Judæos recenti jam beneficio ab eo affectos stetit, non est dubium. Hoc certe tempore victos illos, & 60. millia armatorum ex numero eorum cæsa fuisse, in Eusebii & Jornandis Chronico proditur. Quæ tanta clades Demetrium, qui de Judææ regibus librum edidit, fortasse moverit, ut numeri annorum qui à captivitate Assyriaca & Babylonica usque ad quartum hunc Ptolemæum effluxerunt rationem hic ineundam esse censeret; quemadmodum apud Clementem Alexandrinum in 1. libro Stromatum legimus. Unde & ipsum historicum Demetrium, ut post Philopatorem, ita & ante desolationem populo Judaico ab Antiocho Epiphane illatam scripsisse colligimus: ad quam potissimum (si illam habuisset cognitam) priorum illarum calamitatum epochas accommodaturum eum fuisse, non levi ad suspicandum conjectura ducimur.

Sardium urbs, præter arcem, Lagoræ Cretenfis solertia, altero obsidionis anno ab Antiocho capta est. [*Polyb. lib. 7. à pag. 506. ad 510.*]

Sosibius, qui sub Philopatore res Ægyptias administrabat, de liberando Achæo, qui in Sardiniam arce obsessus tenebatur, cum Bolide Cretenfi egit. Ille, consilio cum Cambylo præfecto Cretenfium qui Antiocho militabant communicato, Achæum ex arce dolo clam eductum Antiocho prodidit. Achæo, extremis primum membris mutilato, caput amputatum atque utriusque asinino insutum, truncus in crucem sublatus est. Eorum qui in arce erant, aliis cum Ariobazo Sardiniam præfecto, aliis cum Laodice Achæi uxore (Mithradatis regis filia) sententibus, dum sibi invicem dissident, celeriter utraque factio & se & arces fidei Antiochi permiserunt. [*Id. lib. 8. à pag. 522. ad 529.*]

3790 Lacydes Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, annis 26. in schola consumptis, solus ex omni memoria vivens Phocensibus Telecli & Evandro eam tradidit. [*Laert. in Lacyd.*]

3792 Antiochus Mediam & Parthiam, cæterasque provincias quæ à progenitoribus ejus defecerant, aggressus est. [*Appian. in Syriac. init.*] Expeditionem ejus Parthicam adversus Artacem, qui Parthorum imperium inter primos fundavit, in libro 10. explicavit Polybius. [*à pag. 597. ad 602.*]

3793 P. Sulpitio & Cn. Fulvio Consulibus Lævinus Prætor cum Ætolis & Attalo rege Pergami societatem inivit. [*Liv. lib. 26. Justin. lib. 29. cap. 4. Eutrop. lib. 3.*] Quam cum Romanis amicitiam Attalus constantissima fide ad extremum finem vitæ servavit. [*Polyb. pag. 820.*]

3794 Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges M. Attilius & Manius Acilius legati, ad commemorandam renovandamque amicitiam à Senatu Romano missi, dona tulere: Regi togam & tunicam purpuream cum sella eburnea; Reginae pallam pictam, cum amiculo purpureo. [*Liv. lib. 27.*]

3795 Ptolemæo Philopatori, ex Eurydice uxore eademque sorore sua, natus est Ptolemæus Epiphanes; qui quinquennis postea patri in regno successit. [*Justin. lib. 30. cap. 1. & 2.*]

4 499

215

4 500

214

4 502

212

4 503

211

4 504

210

4 505

209

Hujus natalem Syriæ & subjctæ regionis magnates omnes celebrarunt: ac deinde Alexandriam gratulatum magno cum apparatu sunt profecti. Inter reliquos, Josephus quoque Judæus (Tobiz & filiz Simonis Justi Pontificis filius) Syriæ, Phœniciz & Palæstinæ vectigalibus exigendis præpositus, filium suum natu minimum Hyrcanum (ex fratris sui Solyinii filia susceptum) ad Regem salutandum misit: literis ad procuratorem suum Arionem (qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, tribus talentorum millibus non minorem) conscriptis; ut nummos ipsi præberet ad emendum Regi id quod inveniret pulcherrimum & pretiosissimum. Cumque alii, & hi munificentissimi, obtulissent talenta non plus quam viginti: Hyrcanus emptos à se centum pueros, totidemque puellas adduxit; jussos singulos talentum offerre, hos quidem Ptolemæo regi, has vero Cleopatrz reginæ. Quam tam insperatam munificentiam Ptolemæus miratus, adolescentem honorificentissime tractatum, & donatum regie, scriptis quoque ad patrem, & fratres, & omnes suos duces atque procuratores commendatitiis literis, dimisit liberaliter. Fratres autem (quos septem habebat, sed ex alia matre genitos) cum cognovissent tantum honoris ei habitum à Regibus; decreverunt obviam proficisci, & de medio illum tollere, ne patre quidem infcio, qui ob profusam in munera tam immensam pecuniam iratus, non erat de salute ejus sollicitus. Sed fratribus adortis eum in itinere, duos eorum occidit, & alios ex eorum comitatu non paucos. Sed quum Hierosolyma veniens, exciperetur à nemine, tertius secessit trans Jordanem fluvium, & illic vitam egit. [*Joseph. lib. 12. cap. 4.*]

3796 Philippus rex Macedonum cum Ætolis & auxiliis à Romanis & Attalo rege emissis bis prospero eventu pugnavit. Naves auxiliares ex Bithynia ab rege Prusia accepit. Attalus rex & P. Sulpitius Romanus Proconsul Æginæ hybernarunt. [*Liv. lib. 27.*] Vid. Polyb. lib. 10. pag. 612. 613. & 851.

Initio veris Sulpitius & Attalus Ægina Lemnum classe juncta transfuderunt; posteaque in Eubœam appulsi, Oreum & Opuntem ceperunt. Attalus audiens Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum, ommissis Romanis rebus atque Ætolico bello, in Asiam trajecit. Philippus rex Elatiam, jussis ibi se operiri Ptolemæi Rhodiorumque legatis, venit. Ubi cum de finiendo Ætolico bello cum legatis ageretur, nuncius affertur, Machanidam (Lacedæmoniorum tyrannum) Olympiorum solenne ludicrum parantes Eleos aggredi statuisse. [*Id. l. 28.*] Hac vero ætate Olympias CXLIII. acta est.

3797 Arsinoë reginam Ptolemæi Philopatoris sororem à Sosibio, Philammonis opera, fuisse interceptam, refert Polybius. [*lib. 15. pag. 719. & in Excerptis Valesii. pag. 56.*] A Philopatore vero occisam Eurydicen, uxorem eandemque sororem suam, apud Justinum legimus. [*lib. 30. cap. 1.*] Ut eadem fuisse videatur, & Polybii *Arsinoë*. & Justinii *Eurydice*, & Livii etiam atque Josephi *Cleopatra*. [*supra, ann. Mundi 3794. & 3795.*]

Sublata uxore & sorore sua Philopator, Agathocliæ paltrix & fratris ejus Agathoclis turpi amore captus, cum admiratione omnium ad regni curam Agathoclem promovit; hominem nulla aulica solertia aut rerum administrandarum industria præditum. Accedebat & utriusque mater Oenante, quæ geminæ sobolis illecebris, devinctum Regem tenebat. Agathocles Regis lateri junctus, civitatem regebat; tribunatus, præfecturas & ducatus mulieres ordinabant: nec quisquam in regno suo minus, quam ipse rex poterat. [*Polyb. lib. 15. pag. 720. & in Excerptis Valesii pag. 65. Justin. lib. 30. cap. 1, 2. Plutarch. in Erotico, & Cleomente. Athenæ. lib. 6. cap. 6. & lib. 13. cap. 13. Hieronym. in Daniel, cap. 11.*]

Cum populo vir idoneus deesset, cujus ductu iram suam in Agathoclem & Agathocliam effunderent, interim quiescebant; unicum spem adhuc in Tlepolemo habentes, qua se tantisper sustentabant. [*Polyb. pag. 66. Excerpt. Valesii.*] Huic juveni, in militari vita assidue cum splendore versato, pecuniæ regiz cura commissa est: quam cum ille, non ut curator, sed quasi hæres administraret: in odium offensionemque aulicorum incurrit. Unde cum Ptolemæus Sosibii (de quo dictum est) filius, à Philippo ex Macedonia (cum superioris, ut videtur, anni legatis) Alexandriam reversus, Tlepolemo obtrectare cœpisset; universos aulicos faventes sibi invenit. [*Id. lib. 16. pag. 82. & 85. Excerpt. Valesii.*]

3798 Hac dissensione brevi in majus aucta, in concilio publice habito adversus Tlepolemum aulici, & adversus ipsos simul omnes Tlepolemus accusationem instituit. Qua audita, Sosibius (cui regii annuli & corporis custodia erat mandata) annulum illi tradidit: eoque accepto, cuncta deinceps Tlepolemus arbitrato suo administravit. [*Ibid. pag. 85. & 86.*]

3799 P. Cornelio Scipione & P. Licinio Crasso Consulibus invento à Decemviris carmine in libris Sibyllinis, quodocunque hostis alienigena terra Italia bellum intulisset, eum peli Italia vincique posse, si mater Idaea Pessinunte Romam advecta esset; quinque legati, qui eam deportarent, à Romanis ad Attalum Regem missi sunt. Hi singulis quinquerebus profecti sunt; ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras, ad quas concilianda majestas nomini Romano esset. Attalus legatos, comiter Pergami acceptos, Pessinuntem in Phrygiam deduxit: sacrumque iis lapidem, quem Matrem deum incolæ esse dicebant, tradidit, ac deportare Romam jussit. [*Liv. lib. 29.*]

Ab Antiocho pacatam superiorem Asiam Bactris tenuit, in Prologo libri 30. Trogi notatum invenimus. Ibi vero, quum multo tempore Euthydemum de regno Bactrianorum deturbare frustra ille conatus esset; sædus tandem cum eo iniiit. Ad quod faciendum quum Euthydemum filium suum Demetrium misisset; ejus indole ac specie delectatus Antiochus, regno

dignum iudicavit. Et primo quidem unam è suis filiabus se ei desponsurum promisit: deinde ejus patri regii nominis usurpandi fecit potestatem. Tum fœderis condiciones super cæteris rebus scripto complexus, & societate jurejurando firmata, castra movit: ubi primum militibus commearum largiter dedisset, & elephantos omnes accepisset quos Euthydemus secum habebat.

[ Polyb. lib. 11. pag. 651. ]

Mox superato Caucaſo, Indorum fines ingressus amicitiam cum Sophagafeno rege renovavit. Ibi quoque elephantos alios accepit; ut jam 150. bestias haberet: deinde exercitui frumentum denuo mensus, copias cepit reducere; Androsthene Cyziceno relicto ad devehendam gazam sibi à Rege promissam. [ Id. ibid. pag. 652. ]

Arachosiam inde ventum: unde trajecto anni Erymantho, itinere per Drangianam habito, in Carmaniam Antiochus venit. In ea provincia, quia hycms jam appetebat, in hybernis copias collocavit. [ Ibid. ]

Philippo regi Macedonum pax à Romanis data est. Fœderi, inter alios, Prusias Bithyniæ rex à Philippo, llienſes & Attalus rex à Romanis adscripti sunt. [ Id. ibid. ]

Alexandriæ Ptolemæus Philopator mortuus est, relicto successore filio Ptolemæo Epiphane; cui paternum Philopatoris cognomentum in Syriacis suis Appianus perpetam attribuit. Eum quatuor tunc annorum Hieronymus, (in Daniel, cap. 11.) quinque Justinus fuisse refert. Regno vero Epiphaniſ anni 24. tribuuntur à Ptolemæo in Regum Canone, Clemente Alexandrino, Porphyrio, Eusebio & Hieronymo.

Philopatoris mors, dum Agathoclia & mater ejus Oeanthe pecuniam regiam rapiunt, & imperium inita cum perditissimis societate occupare conantur, diu occultata fuit. [ Justin. lib. 30. cap. 2. ] Tandem Agathocles, primariorum Macedonum concilio convocato, cum sorore Agathoclia & puero rege ad eos prodit: sorori puerum à moriente patre in ulnas traditum, & illorum fidei commissum narrat: & præsentis Critolai testimonio, in eo jam esse Tlepolemum ut sibi assumat diadema, confirmat. Quibus similia cum in aliis quoque cæteribus concionabundus diceret, ab omnibus contemptus est. Tum, ut suam cum Tlepolemo discordiam faceret palam, socrum ipsius Danaën, ex æde Cereris abreptam & per mediam urbem revelata facie tractam, in carcerem conjecit. Mæragenem deinde satellitum unum, quod omnia Tlepolemo indicaret, ejusque adjuvaret conatus (propter illam necessitudinem quæ ipsi cum Adæo urbis Bubaſti præfecto intercederet) delatum, Nicotrato qui illi erat ab epistolis torquendum tradidit. Qui cum à tormentis miro modo nudus evasisset, Macedones adversus Agathoclem concitavit. [ Polyb. lib. 15. pag. 712, 713, 714. ]

Cumque jam circa regiam turba omnis generis hominum conflueret, Agathocles se cum Rege & cognatis suis in Syringe, porticu triplici portarum obice munita, abdidit. Sed cum Macedones cogunt sibi Regem tradere: quem in publicum educunt, & in regio throno collocant, populo lætitia gessiente. Nec multo post Agathocles in vinculis ductus, à primis qui accurrebant confoditur. Post hunc ductus est Nico, deinde Agathoclia nuda cum fororibus, ac deinde universa cognatio. Novissima omnium Oeanthe, ex Theſmophorio avulsa, nuda, equo vecta in Stadium inducta est. Quibus simul omnibus populo traditis, alii mordere, alii mucronibus configere, alii oculos enutere. Ut quisque autem illorum ceciderat, jacentis membra distrahebant, donec artus omnium detruncassent. Eodem quoque tempore puellæ quæ cum Arſinoë fuerant educatæ, cum audissent ante triduum Cyrenis Alexandriam advenisse Philammonem, cui Reginæ occidende negotium commissum fuerat; in ejus domum per vim irruerunt, Philammonem faxotum sustiumque ictibus occiderunt, filium ætate plane puerum strangularunt, uxorem nudam traxerunt in plateam, ibique trucidarunt. [ Ibid. pag. 716, 718, 719. ] Seditio vero sedata, Aristomeni acarnani aliquanto post negotiorum regni cura commissa est. [ Ibid. pag. 717. cum lib. 17. pag. 771, 772. ] Qui tutor Regis constitutus, cuncta negotia prudenter administravit. [ Diodor. Sicul. in Excerptis, à Valesio edit. pag. 294. ]

Audita morte Philopatoris, Antiochus Syriæ & Philippus Macedoniae rex de relicti pupilli regno inter se dividendo fœdus impium inierunt; mutuis etiam hortatibus sese invicem concitantes, ut ipsum è medio tollerent. [ Id. lib. 15. pag. 707. cum Liv. lib. 31. & Justin. lib. 30. cap. 3. ] De quo Polybius, libro 3. [ pag. 159. ] Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς μεταλλάξαντος τὸν θρόνον, ἀποφασισαὶ τὴν Ἀντιόχου καὶ Φιλίππου ἐπὶ διαίρεσιν τῆς κατὰ τὸ κράτος τοῦ πατρὸς ἀρχῆς, ἤρξαντο χωρὶς ἑσθμιονῶν, καὶ τὴν πόλιν ἐπιβάλλειν, θύλακας δὲ τοῖς κατὰ Ἀργύριον καὶ Καρίας, Ἀντιόχῳ δὲ τὴν ἐν κελύεσσιν ἐπὶ ἑσθμιονῶν Πτολεμαῖοι rege mortuo, Antiochus & Philippus de relicti pueri regno dividendo junctis inter se consiliis, nequiter & dolose agere cœperunt; Philippus quidem in Egyptum & Cariam, Antiochus vero in Cælesyriam & Phœniciam manus injiciendo, & Hieronymus in 11. cap. Danielis. Philippus rex Macedonum & Magnus Antiochus pace facta, adversum Agathoclem (Aristomenem rectius dixisset) & Ptolemæum Epiphaneum dimicarunt: sub hac conditione, ut proximas civitates, regno suo singuli de regno Ptolemæi jungerent. Ex quibus ille Josephi locus est exponendus, lib. 10. Antiquit. cap. 3. Antiocho Magno in Asia regnante, in continua vexatione tam Judæa fuit quam Cælesyria: quod eo bellum gerente cum Philopatore Ptolemæo, hujusque filio qui Epiphaneſ cognominatus est, sive vinceret sive vinceretur, male mularentur; non aliter quam navis fluctibus utrinque oppugnata, inter prospèram & adversam Antiochi fortunam jactata. Tandem victor Antiochus Judæam suæ diitoni adjecit. Desuncto vero Philopatore, filius ejus magnum exercitum duce Scopæ misit in Cælesyriam:



qui & multas ejus urbes & nostram gentem vi in potestatem ejus retraxit, &c. Hoc enim ille voluit, aut velle certe debuit: Antiochum pro Judæa cum Ptolemæo Philopatore & Epiphane vario eventu decertantem, sub Epiphane tandem eam obtinuisse; quam deinde Scopas pro Epiphane recuperatam, aliquanto post amiserit. Quod non percipiens Eusebius, ad annum Philopatoris 10. Antiochum victo Philopatore Judæam sibi sociavisse; & ad Epiphanis annum 1. Ptolemæum Epiphane, Scopam principe militia destinato, Judæam cepisse, in Chronico suo annotat, quum pugna ad Raphiam victus Antiochus cum Philopatore bellum postea redintegrasse nullibi legatur: & quod inter illos fœdus erat initum, ipso illo primo Epiphanis anno (quo nondum huic bello, ut postea videbitur, Scopas se immiscuit) ab Antiocho primum ruptum fuisse, in commentariis ad 11. cap. Danielis ita nos doceat Hieronymus. *Ptolemæo Philopatore mortuo, adversum filium ejus; qui tunc quatuor annorum erat & vocabatur Ptolemæus Epiphanes, rupto fœdere Antiochus movit exercitum.*

3801 Cn. Servilio Cæpione & Cn. Servilio Gemino Consulibus Frufinone arcus Solem tenui linea amplexus est; circulum deinde ipsum major Solis orbis extrinsecus inclusit. [Liv. lib. 30.] Ea eclipsis Solaris fuisse videtur; quam hoc anno, Maii Juliani die 6. contigisse calculus Astronomicus demonstrat.

Carthaginenses, multis Scipionis victoriis in desperationem acti, in auxilium publicæ salutis Hannibalem domum revocarunt: isque anno 16. ex Italia discedens, in Africam trajecit. [Id. ibid.]

Philippus Macedonum rex Heraclidem Tarentinum, hominem improbissimum, Rhodum ad Rhodiorum naves corrumpendas, & legatos in Cretam, qui ad bellum contra Rhodios suscipiendum Cretenses incitarent, misit. [Polyb. lib. 13. pag. 672. 673.]

Pugna navali inter Philippum & Rhodios ad Laden insulam inita, duas Rhodiorum quinqueremes cum ipsis hominibus Philippus cepit. Reliquæ Rhodiorum naves in altum refugientes, in Myndiam tempestate ejectæ & postridie ad insulam Codelatæ sunt. Hostes vero quinqueremes captas ad naves suas religantes, ad insulam Laden (è regione Mileti) in ipsis Rhodiorum castris stationem fecerunt. Quod videntes Mileti, non Philippo solum sed etiam Heraclidi, urbem ingressis, coronas obtulerunt. [Id. in Excerptis Valefi, pag. 70. & 73. ex Zenone & Antisthene, Rhodius historicis.]

3802 Philippus annonæ penuria oppressus universam Attali ditionem ad ipsas Pergamæ urbis portas vastare non destitit. Et cum neque urbem ob locorum munitiones capere, neque ex agris propter Attali diligentiam prædam facere potuisset; in templa & aras sævit, ipsos etiam lapides confringens, ne dissipatæ ædes posthac restitui possent. Ac postquam Niciphorium lucum (juxta Pergamum) penitus excidisset, multaque ibidem fana solo æquavisset, principio quidem versus Thyatira est profectus, mox inde reflexo itinere Campum petiit qui Thebes appellatur, ratus se per eas regiones maxima præda potiturum esse. Qua spe iterum frustratus, delatusque ad Hieram Comen, legatos ad Zeuxim (Lydiæ sub Antiocho satrapam) misit; postulans ut commeatum subministrare, ac reliqua sibi præstare ex præscripto fœderi vellet. At Zeuxis parere quidem fœderi velle se inprimis simulabat; sed re ipsa volebat Philippum opibus ac potentia augere. [Polyb. lib. 16. in Excerptis Valefi, pag. 66. 69. cum Diodor. Sicul. ibid. pag. 294.]

Navale prælium cum Attalo & Rhodiis ad Chium insulam Philippus inivit. In eo cæsi sunt, Rhodii quidem ad 60. de copiis Attali ad 70. è classe vero Philippi, Macedones circiter 1200. focii navales ad 6000. Capti sunt vivi, Macedones cum sociis circiter 2000. Egyptii ad 700. Philippus tamen, licet universo prælio victus, victoriam duplici prætextu vendicabat. Unus erat, quod Attalo Erythras profugere coacto, regiam illius navim ceperat, & suis alligatam in portum deduxerat. Alter, quod naves quum eiecisset circa Argennum Ionæ promontorium, videbatur stationem occupasse quæ naufragiis colligendis opportuna erat. [Polyb. lib. 16. à pag. 723. ad 730.]

Prinassum Cariæ urbem obsidens Philippus, quum nihil promoveret, dolo & stratagemate usus oppido potitus est. [Id. ibid. pag. 730. 731.] In Jasso, Bargyliis & Euromensium urbe præsidia collocavit. [Ibid. pag. 731. & lib. 17. pag. 744.]

3803 P. Cornelius Scipio Hannibalem in Africa suprema Carthaginensibus pugna vicit. Defectu Solis integro territos tunc illos fuisse, apud Zonaram legimus. Sed minorem fuisse illum defectum, tum Livii testimonium libro 30. Cumis Solis orbem minus visum referentis, tum calculi astronomici ratio confirmat; quæ hoc anno, Octobris Juliani die 19. exiguam admodum Solis eclipsim nobis exhibet. Sunt qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, atque inde præparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant: postulantique ante omnia Scipioni ut Hannibal sibi traderetur, responsum esse, Hannibalem in Africa non esse. [Liv. ibid.] Sed verius alii, Scipionem neque exposcere eum à civibus voluisse, neque in ejus fortunam insultavisse, memorant. [Plutarch. in T. Q. Flaminio.]

Abydum adveniente Philippo rege, Abydeni ne legatis quidem admittis portas illi clausurunt. Eorum oppugnatio diu Philippum tenuit: eripique ex obsidione, ni cessatum ab Attalo & Rhodiis foret, potuerunt. Attalus 300. tantum milites in præsidium, Rhodii quadremem unam ex classe, cum ad Tenedum staret, miserunt. Eodem postea cum jam vix sustinerent obsidionem, & ipse Attalus cum per Egæum mare ad Tenedum venisset: spem tantum auxilii ex

propinquo

propinquo ostendit, neque terra neque mari adjutis sociis. Abydeni primo tormentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant. Postea cum & muri pars strata ruinis, & ad interiorem raptim oppositum murum cuniculis jam perventum esset; legatos ad Philippum de conditionibus tradendæ urbis miserunt. Pacificabantur autem, ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus, Attalique præsidium emitti liceret; atque ipsis urbe excedere cum singulis vestimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus respondisset: adeo renunciata hæc legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut delectos 50. è senioribus coram universis jurare coegerint, se ubi interiorem murum occupatum ab hoste vidissent, liberos & conjuges fore occisuros, & quicquid pretiosum habebant in mare dejecturos; militesque simul omnes juraverint, aut hostem superaturos se, aut pro patria dimicantes mortem appetituros. [Liv. lib. 31. Polyb. lib. 16. pag. 756, 757, 758.]

Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & Rhodiis legati Romam venerunt, injurias Philippi querentes, & Asia civitates sollicitari nunciantes. Quibus responsum est, curæ Asianam rem Senatui fore. [Liv. lib. 31. cum Justin. lib. 30. cap. 3.]

A Romanis ad Reges Ptolemæum & Antiochum, ut controversias illorum dirimerent, tres legati missi sunt; C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, & P. Sempronius Tuditanus. Qui quum Rhodum venissent, de Abydi obsidione audientes & cum ipso Philippo colloqui cupientes, sicut in mandatis acceperant, inhibito itinere ad Reges, M. Æmilium, è tribus natu minimum, ad eum miserunt. Ille ad Abydum cum Philippo congressus, ei significavit, decrevisse Senatam ab ipso petere, ne ulla cum Græcorum gente bellaret, neve Ptolemæi rebus manus injiceret; & ut pro injuriis Attalo atque Rhodiis illatis judicium subiret. Hæc si faceret, quo minus pace frueretur, nihil vetare: si non obtemperaret, bellum illi à populo Romano esse paratum. Cui Rex: *Ætas*, inquit, & forma, & super omnia Romanum nomen te ferociorem facit. Ego autem primum velim vos fœderum memores servare mecum pacem: si bello laecesseritis, mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque haud minus quam Romanum, nobile bello sentiat. [Id. ibid. cum Polyb. pag. 758, 759, 787, 788.]

M. Æmilium Lepidum hunc à Romanis in Ægyptum etiam missum fuisse, ut tutorio nomine regnum pupilli (Ptol. Epiphani) administraret, refert Justinus. [lib. 30. cap. 3.] sive legatione Alexandrinorum exorati illi fuerint, ut tutelam pupilli susciperent, tuerenturque regnum Ægypti, quod jam Philippus & Antiochus facta inter se partitione divisisse dicebantur; [ibid. cap. 2.] sive pupillus postremis patris precibus fidei ipsorum fuerit traditus, ut idem aibi significat. [lib. 31. cap. 1.] De quo Valerius Maximus, lib. 6. cap. 6. Cum Ptolemæus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, Senatus M. Æmilium Lepidum Pontif. Max. bis Consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit: amplissimique & integerrimi viri sanctitatem Reipublicæ usibus & sacris operatam externa procuratori vacare voluit; ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur. Putabat nimirum tutorio munere tunc illum fuisse functum, quando Pontifex Maximus esset, & secundum Consulatam gesserat: (quum eo tamen tempore Epiphanes in vivis esse desisset) quia nummos, ut videtur, viderat, in quibus una cum illis dignitatibus etiam veteris honoris tutorii memoriam conjunctam reperit. Nam & ad hunc usque diem denarii extant argentei, quibus in altero latere inscripta est ALEXANDREA, in altero, S. C. M. LEPIDVS. PONT. MAX. TUTOR. REG. qui etiam, in effigie apposita adolescentulo à dextris stanti cum sceptro in manu coronam imponere cernitur.

Athenienses, agro ipsorum à Philippi copiis pervastato, à Romanis, Rhodiis, Attalo & Ptolemæo rege auxilium petierunt. [Liv. lib. 31.]

Romanorum & Rhodiorum legati simul cum Attalo Athenis convenientes, communi consensu bellum adversus Philippum decreverunt. Honores primum regi Attalo immodici, deinde & Rhodiis ab Atheniensibus sunt habiti. Etiam tribum unam de nomine Attali nuncuparunt; ad decem veteres tribus addendam. [Id. ibid. Polyb. legat. 3. pag. 786, 787.]

Dum bellum adversus Philippum à Romanis apparatus, legati à rege Ptolemæo (vel curatoribus ejus potius) venerunt, qui nunciarunt, Athenienses adversus Philippum petisse ab Rege auxilium. cæterum etiam communes focii sunt, tamen nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem neque exercitum, defendendi aut oppugnandi cujusquam causa, Regem in Græciam missurum esse, vel quieturum eum in regno, si populo Romano socios defendere libeat: vel Romanos quiescere, si malint, passurum, atque ipsum auxilia, quæ facile adversus Philippum tueri Athenas possent, missurum. Gratiæ Regi ab Senatu actæ, responsumque, tutari socios populo Romano in animo esse: si qua re ad id bellum opus sit, indicaturos Regi; reque ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suæ Reipublicæ esse. Munera deinde legatis, in singulos quinum millium aris, ex Senatus consulto missa. [Liv. ibid.]

Anno 54. (ita enim in MS. Græco Lambethano recte legitur, non 51. ut in vulgato) secundæ Periodi Calippicæ, Nabonafari 547. mensis Mefori die 16. (Septembris Juliani die 22.) hora post meridiem 7. Eclipsis Lunæ Alexandriæ est observata. [Ptolem. lib. 4. cap. 11.]

Autumno ferme exacto, P. Sulpitius Galba Consul cum exercitu adversus Philippum in Macedoniam trajecit. Ibi ei præsto fuere Atheniensium legati, orantes, ut se obsidione eximeret. Missus extemplo Athenas est C. Claudius Cento cum 20. longis navibus & militum

copiis.

copiis. Non enim Philippus ipse Athenas obsidebat; sed eo maxime tempore Abydum oppugnabat. [*Liv. lib. 31.*]

Abydeni, juramenti sui memores, adeo pertinaciter pugnaverunt; ut cum nox prælium diremptura esset, Rex prius, territus rabie eorum, pugna abstulerit. Glaucides & Theognetus cum è senioribus illis aliquot, quibus atrocior pars facinoris delegata erat, quum paucos & confectos vulneribus ac lassitudine superesse prælio cernerent; luce prima, Sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo miserunt. Verum tanta rabies multitudinem invasit, ut repente omnes ad eadem conjugum liberorumque discurrerent, seque ipsi per omnes vias lethi interfecterent. Obstupescens eo furore Rex suppressit impetum militum, & triduum se ad moriendum Abydeni dare dixit: quo spatio plura facinora in se victi ediderunt, quam infesti edidissent victores; nec nisi quem vincula aut alia necessitas mori prohibuit quisquam vivus in potestatem venit. Rex opibus Abydenorum potitus, quas ut perderentur ipsi simul coacervaverant, urbi præsidio imposito, discessit. [*Liv. ibid. Polyb. lib. 16. pag. 738. 739*]

Bargyliis ille moratus, de Attali, Rhodiorum & Romanorum bellicis adversus ipsum apparatibus admodum erat sollicitus. Et cum ejus copia fame laborarent; alimenta eis modica partim Lydiæ præfectus Zuppeditabant. Quibus cum aliquid offerrent, præter ingenium adulabatur; cum nihil dabant, insidias comparabat. Denique Mylasensium urbi structis opera Philoclis insidiis, ob imprudentiam frustra recessit: & Alabadenis agros quasi hostiles vastavit, causatus alimenta militi suo conquirenda esse. [*Polyb. lib. 16. in Excerptis Valesii, pag. 86. 89.*]

Anno 55. secundæ Periodi Calippicæ, Nabonafari 548. mensis Mechir die 9. sub mediam noctem, (Martii Juliani die 20. ineunte) Alexandria Luna tota defecit. [*Ptolem. lib. 4. cap. 11.*]

Insequente ætate, bellum à Romanis, adjuvantibus rege Attalo & Rhodiis, adversus Philippum sociosque ejus in Macedonia gestum est. [*Liv. lib. 31.*]

Scopas, Atolorum gentis princeps, ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemæo missus, sex millia peditum, & equites mercede conductos Ægyptum avexit. Nec ex juventute Atolorum quenquam reliquisset, ni Damocritus nunc belli quod instaret, nunc futuræ solitudinis admonens (incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopæ, parum donis cultus) partem juniorum castigando domi continuisset. [*Id. ibid.*]

Circa hæc tempora, mortuo Josepho Tobie filio, populus Hierosolymitanus seditionibus agitatus est propter ejus filios; dum majores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. Plerique enim favebant senioribus, & in his Simon Pontifex propter cognationem. [*Joseph. lib. 12. cap. 5.*]

Anno 55. secundæ Periodi Calippicæ, Nabonafari 548. mensis Mefori die 5. post mediam noctem hora 3. (Septembris Juliani die 12. ineunte) Alexandria Luna tota defecit. [*Ptolem. lib. 4. cap. 11.*]

Attalus ante autumnale æquinoctium deditione Oreum recepit, Athenis sacris Eleusiniis interfuit, deinde in Asiam se recepit; Agesimbrotus & Rhodiis domum remisit. [*Liv. lib. 31.*]

3805 Post Simonem II. filius ejus Onias III. summum Pontificatum apud Judæos gessit. [*Joseph. lib. 12. cap. 4. 5.*] vir bonus & benignus, verecundus quidem visu, sed moribus mitis, & sermones decenter effertens; qui à puero laborem consumplerat in rebus omnibus quæ virtutis sunt propriæ (II. *Maccab. XV. 12.*) In Fastis Siculis (nam Græca Eusebiana Scaligeri hinc nos deficiunt) tribuantur illi anni 24.

3806 Ptolemæus Epiphanes magnum exercitum duce Scopa misit in Cælesyriam; qui & multas ejus urbes & Judæam vi in ejus potestatem retraxit: ut in lib. 12. Antiquit. cap. 3. refert Josephus; addito etiam Polybii hoc, ex libro historiarum 16. testimonio, ο δὲ τῷ Πτολεμαῖου στρατῷ Σκοπὸς ἐπέστειλε ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰεροσολύμοι, καὶ τῶν Ἰουδαίων ἕβησιν. Scopas copiarum Ptolemæi Dux, ad superiores regiones verso impetu, per hyemem Judæorum gentem subegit. De quo & Hieronymus, in Daniel. cap. 11. Cum Antiochus teneret Judæam, missus Scopas, Etolus, dux Ptolemæi partium, adversus Antiochum fortiter dimicavit: cepitque Judæam, & optimates Ptolemæi partium secum abducens, in Ægyptum reversus est.

Antiochus interim regnum Attali, præsidii navalibus terrestribusque vacuum, (quibus illatum in Macedonico bello Romanam rem juvabat) invasit. [*Liv. lib. 32.*]

b. Senatus Romanus, hac de re legatorum Attali querela audita, ad Antiochum legatos misit, qui nunciarent, Attali naviumque ejus & militum opera adversus Philippum communem hostem uti populum Romanum, gratum cum facturum Senatui, si regno Attali abstinere, belloque absistat, æquum esse socios & amicos populi Romani reges, inter se quoque ipsos pacem servare. Quorum auctoritate motus Antiochus, finibus Attali exercitum deduxit. Ob quod beneficium legati ab Attalo gratias Senatui egerunt; & coronam auream 246. pondo in Capitolio posuerunt. [*Id. ibid.*]

c. Duæ ex Asia classes profectæ, una 24. quinqueremium cum Attalo rege, Rhodia altera 20. navium testarum cui Agesimbrotus præerat classi Romanæ se adjungentes, Philippum persequabantur. [*Ibid.*]

d. Ea ætate, Antiochum omnes quæ in Cælesyria civitates Ptolemæi erant in suam potestatem redegit, in lib. 33. Livius indicat. Eodemque anno Antiochum, Scopa superato, Syriæ urbes recepisse & Judæis voluntate conjunctum fuisse, in Eusebiano Chronico legimus.

Antiochus enim ad fontes Jordanis (ubi Paneas condita est) cum Scopis prælio congressus, factus est superior: cumque recepisset occupatas à Scopis urbes una cum Samaria, Judæi quoque ultro deditioem fecerunt; receptumque intra mœnia ejus exercitum & elephantos liberallyter aluerunt, & oppugnantibus præsidium in arce à Scopis relictum impigre auxilium tulerunt. Ita Josephus, libro 12. Antiquit. cap. 3. ex ipsius Antiochi ad Ptolemæum præfectum epistola hoc confirmans. ubi etiam ex Polybii libro 16 refert, quomodo victo Scopis Antiochus Bataneam, Samariam, Abila & Gadara recepit; moxque Judæi qui Hierosolyma & celebre ejus loci templum incolunt, ad eum defecerunt. Quomodo etiam Gazensium urbem (qui in Ptolemæi fide constantissime permanserunt) Antiochus obsederit & vastaverit, in eodem libro explicavit Polybius. [Vide Excerpt. Valesii, pag. 77. & 86.]

Prælium quo ad Panium (juxta fontes Jordanis) cum Scopis confligit Antiochus, Zeno Rhodius, in 4<sup>to</sup> sua historia, (cujus in lib. 7. meminit Laertius) copiose descripsit: ejusque narrationis capita præcipua, accuratius Polybii censura notata, cum aliis Excerptis Polybianis, legenda nobis exhibuit vir eruditissimus Henricus Valesius. [pag. 77. 78. & 81.] Fugavit vero in eo prælio Scopam Antiochus, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. Ob quem liberandum miser Ptolemæus duces inclutos, Aeropum & Menoclem & Damoxenum. Sed obsidionem solvere non potuit: donec fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est. [Hieronym. in Daniel. cap. 11.]

4. Ita Antiochus Phœnicem, cæterasque Syriæ quidem, sed juris Egypti civitates cum invasisset; [Justin. lib. 31. cap. 1.] victoria illa ad Panium parva, Syriæ regibus Cœlesyriam & Phœniciam deinceps possidendam reliquit. [Polyb. legat. 72. pag. 893.] Ipse vero Antiochus in hyberna Antiochiam concessit. [Liv. lib. 33.]

Anno Nabonassar 551, & tribus annis antecedentibus, 17 dies mensis Athyr vagi, à quo usque ad 21 (teste Plutarcho in lib. de Iside & Osiride) Isia ab Egyptis celebrabatur, incidebat in diem 28. Decembris Juliani; ubi Eudoxum Brumale solstitium collocavisse in 7. capite libelli nostri de Macedonum & Asianorum anno Solari ostendimus. Hoc quum Dositheus in Octaeteride sua (quam Eudoxo inscriptam fuisse, Cenforinus nos edocet) vel in Parapegmate illi annexo, quod Colonia (prope Athenas, vel Colonia potius in Aolide) ille edidit, hoc tempore notavisset: inde apud Græcos opinio illa invaluit, cujus in sexto capite astronomici sui operis meminit Ceminus; secundum Eudoxum in brumale solstitium Isia semper incidere, quem errorem ab Eratosthene quoque in commentario de Octaeteride detectum fuisse, idem ibidem significat.

Hac hyeme Philippus rex cum Romano Consule Tito Quintio Flaminio de pacis conditionibus colloquium habuit: inter quas & hæc à Flaminio est proposita; Ptolemæo regi Egypti urbes omnes à Philippo esse reddendas, quas post Philopatons Ptolemæi mortem occupasset. [Polyb. lib. 17. pag. 943. Liv. lib. 32.]

6. Eodem anno inter insulas Theramenem (sive Theram) & Therasiam, medio utriusque ipse & maris spatio terræmotus fuit: in quo, repente ex profundo cum calidis aquis insula emerit. In Asia quoque eadem die idem motus terræ Rhodum, multasque alias civitates gravi ruinarum labe concussit, quasdam solidas absorbit. Quo prodigio territis omnibus; vates cecinerunt, orientis Romanorum imperium vetus Græcorum ac Macedonum voraturum. [Justin. lib. 30. cap. 4.]

6. Initio veris Quintius Flaminius, Attalo Eliam accersito, Thebas cum eo profectus est, ut Bœotos cum Romanis societate jungeret. Ubi quum majore quam ætas ferret impetu orationem ad Bœotos hac de re haberet Attalus; segnior jam & infirmior quam ut contentionem dicendi sustineret, subita vertigine aut rheumate correptus, in concione ipsa obmutuit, & concidit. Hinc parte membrorum captus, Thebis æger ille decubuit. Quintius, postquam non vitæ præsens periculum vis morbi attulisse sed membrorum debilitatem visa esset, relicto eo ad curationem necessariam corporis, Eliam unde profectus erat rediit. [Livius, initio lib. 33. ex codice Bambergenfi Romæ, Parisiis anno 1616. editi; cum Plutarcho in Q. Flaminio.]

Principio ejusdem veris Antiochus, præmissis terra cum exercitu filiis duobus Ardue ac Mithridate, jussisque Sardibus se operiri, ipse cum classe centum rectorum navium, ad hoc levioribus navigiis curcuisque ac lembis proficiscitur: simul per omnem oram Ciliciæ & Carie tentaturus urbes quæ in ditione Ptolemæi essent; simul Philippum exercitu navibusque adiuturus. Zephyrio, & Solis, & Aphrodisiade, & (superato Anemurio Ciliciæ promontorio) Selinunte, aliisque ejus oræ castellis omnibus, aut metu aut voluntate sine certamine in deditioem acceptis; Coracesium præter spem portas illi oclusit. [Liv. lib. 33.]

Dum Coracesium Antiochus oppugnabat, legati à Rhodiis missi ei denunciarunt; si intra Nephelidæ promontorium Ciliciæ copias suas non contineret, se obviam ituros: non ab odio illo, sed ne conjungi cum Philippo paterentur, & impedimento esset Romanis liberantibus Græciam. Quibus auditis, iræ Rex temperavit, & legatos se Rhodum missurum respondit: iisque mandaturum, ut renovarent vetusta jura cum ea civitate, sua, majorumque suorum; & vetarent eos adventum pertimescere regis, nihil his aut sociis eorum noxæ futurum fraudive. Nam Romanorum amicitiam se non violaturum, argumento & suam recentem ad eos legationem esse, & Senatus honorifica in se decreta responsumque. [Id. ibid.]

Rhodi Perzæam (quæ regio est continentis adversus insulam) à Philippo occupatam, à suis majoribus possessam, armis sibi vendicarunt, Pausistrato prætoris; fugatis Macedonibus, cum



L. Terentius & P. Villius à Thafſo, Lyſimachiam petierunt. Eodem & à Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia poſt paucos dies Antiochus convenerunt. Hegelianax quoque & Lyſias, qui ad Titum Flaminium ab Antiocho miſſi fuerant, in tempus illius conventus inciderunt. Ibi L. Cornelius æquum cenſebat, ut Ptolemæo cederet Antiochus urbes ditionis ejus, quas ipſe recens occupaverat; iis vero quæ à Philippo (à Romanis jam devicto) erant poſſeſſæ excederet: monebatque, ut à liberis civitatibus abſtineret. Rex ante omnia mitari ſe dixit, quoniam jure Romani de Aſiæ urbibus controverſiam ſibi moveant; cum ille de iis quæ in Italia gerantur nihil quicquam inquireret. Græcorum liberæ civitates, quæ ſunt in Aſia, libertatem nanciſci debere, non ex Romanorum juſſione, ſed ex beneficio ſuo. Sibi denique cum Ptolemæo & amicitiam eſſe, & id agere ſe, ut brevi etiam affinitas jungatur. [*Polyb. pag. 800. 769. & 770. Liv. lib. 33. Appian. Syriac. pag. 87. 88.*]

Quum dixiſſet L. Cornelius æquum videri, ut Lampſaceni Smyrnæique vocarentur, & dicendi poteſtas illis fieret; ita eſt factum. Aderant Lampſacenorum quidem legati Parmenion & Pythodorus; Smyrnæorum vero, Cæranus. Quibus liberam orationem habentibus, indignatus Rex, quod videretur apud judices Romanos eorum quæ feciſſet rationem contententibus ſecum reddere; loquentem Parmenionem tacere juſſit: non ſub Romanis judicibus, ſed Rhodiis, diſceptare hæc controverſias ſibi placere affirmans. Ita colloquium tunc eſt ſolutum, quum nullo modo inter ipſos conveniſſet. [*Polyb. lib. 17. pag. 770.*]

Polycrates, cujus fidei Cypri adminiſtratio & omnium redituum qui inde proveniunt fuit commiſſa, tradita provincia Ptolemæo Megapolitano, Alexandriam veniens, pecuniæ vim non mediocrem Ptolemæo Epiphani inde advexit. Eam ob cauſam magno omnium applauſu tunc acceptus eſt. [*Id. pag. 773.*]

Sub illius adventum, Atolorum motus Scopæ duce exiit: qui cum & numeroſam militum manum haberet, & tempus eſſet naſtus opportunum, Rege adhuc puero; dum cunctatur, dum deliberrat, præventus eſt. Nam ubi didicit Ariſtomenes amicos illum ſuos domum cogere, & una cum ipſis conſultare, miſſis ſatellitum nonnullis, ad Regium concilium eum vocavit. Scopæ vero repente ad eo externata mens eſt, ut neque eorum quæ moliebatur tentare quicquam auderet, nec Regi parere, cum ab eo vocaretur, ſuſtineret. Demum Ariſtomenes, cognita ipſius inopia conſilii, domum ipſius militibus circumdat, & per Ptolemæum Eumenis filium adducendum curat. [*Ibid. pag. 771.*]

Qui ubi concilium eſt ingreſſus, à Rege primum, deinde à Polycrate & Ariſtomenes accuſatus, omnium non Regiorum ſolum, ſed etiam exterarum gentium legatorum quotquot aderant, ſententia damnatus eſt. Ariſtomenes enim, quando ipſum accuſaturus erat, tum alios Græcos viros illuſtres ſecum accepit, tum etiam legatos Atolorum qui de pace fuerant miſſi: inter quos Dorymachus erat Nicoſtrati filius. Scopas igitur, una cum amicis qui eum ad Concilium ſequiebantur, in carcerem eſt conjeſtus. Proxima deinde nocte, Ariſtomenes Scopam quidem & ejus cognatos omnes veneno ſuſtulit: Dicaearchum vero, hominem inſigniter impium, tormentis excruciatum necavit. Hic enim Dicaearchus ille erat qui præfectus navium Philippi, in Cycladibus inſulis bello vexandis, in portu duas excitavit aras, unam *Impietati*, alteram *Iniquitati*; iſque ut Diis ſacrificavit. E cæteris Atolis ſi qui fuerunt qui redire in patriam vellent, abeundi & omnia ſua auferendi poteſtatem Rex cunctis fecit. [*Ibid. pag. 772.*]

Atolorum motu compoſito, eſtigiſio aulici ad conſueta ſolennia quando aliquis Rex ſalutatur, quæ Anacletaria vocant, celebranda ſe comparant: ætate quidem necdum exigente; ſed quod exiſtimarent, ubi innotuiſſet ſui juris & arbitrii Regem eſſe factum, in aliquo meliore ſtatu ipſius regnum fore quieturum, & ab eo principio aliquid ſemper deinceps incrementi accepturum. Proviſo igitur rerum omnium magnifico apparatu, pro dignitate regni quod deſtinaverant ſunt exſecuti. [*Ibid. pag. 773.*]

Dum diſceptationes per dies aliquot Lyſimachiæ inter Antiochum & Romanorum legatos haberentur, rumor (ex illa Scopæ, ut videtur, conjuratione ortus) ſine ullo ſatis certo authore de morte Ptolemæi regis, ut nullus exitus imponeretur ſermonibus efficit, nam diſſimulabat pars utraque ſe auſiſſe. Et L. Cornelius, cui legatio ad duos reges Antiochum Ptolemæumque mandata erat, ſpatium modici temporis ad conveniendum Ptolemæum petebat; ut priuſquam moveretur aliquid in nova poſſeſſione regni, perveniret in Ægyptum. Et Antiochus ſuam fore Ægyptum, ſi tum occaſio eſſet, cenſebat. Itaque dimiſſis Romanis, relictoque Seleuco filio cum terreſtribus copiis ad reſtituendam ut inſtituerat Lyſimachiam; ipſe omni claſſe navigans Ephesum, legatis ad Quintium Flaminium miſſis qui ad fidem de ſocietate agerent, oram Aſiæ legens, pervenit in Lyciam: Patarique cognito vivere Ptolemæum, navigandi in Ægyptum omiſſum conſilium eſt. [*Liv. lib. 33. Appian. Syriac. pag. 88.*]

Antiochus ad Cyprum, qua ſe potiturum ſperabat, properans, quum Chelidontum promontorium ſuperaiſſet, pauliſper ſeditione remigum eſt retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde proſectum eum ad capita (quæ vocant) Sari fluminis, ſæda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit. Multæ naves ejeſtæ: multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enataverit. Magna vis hominum ibi interiit, non remigum tantum, militumque ignotorum, ſed etiam inſignium amicorum. Collectis reliquiis naufragii, quum res non in eo eſſet ut Cyprum tentaret, in Seleuciam Syriæ delatus, claſſem quaſſatam reparavit; & ibi celebravit liberorum nuptias, Antiochi & Laodices, quos matrimonio junxerat. Deinde ſubduci navibus juſſis (quia jam hiems inſtabat) ipſe in hyberna Antiochiam proceſſit. [*Id. ibid.*]

b. Decem legati Romam reversi, de rebus Antiochi & ejus in Syriam profectioe Senatuum edocuerunt. [ *Liv. lib. 33.* ] Hannibalis æmuli, nuncios literasque ab eo ad Antiochum missas, & ab Rege ad eum clam legatos venisse, criminabantur. Quæ etsi falsa, apud timentes tamen pro veris habebantur. Itaque legati à Senatu Carthaginem missi sunt, qui apud eorum senatum arguerent Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli inire, & eum quoquo modo tollendum curarent. [ *Id. ibid. Justin. lib. 31. cap. 1. 2.* ]

Flaminius legatis Antiochi de societate agentibus respondit, nihil se absentibus decem legatis sententiæ habere; Romam eundem ad Senatum iis esse. [ *Liv. lib. 34.* ]

Hannibal, Carthagine clam se subducens, prospero cursu Tyrum pervenit: exceptusque à conditoribus Carthaginis, ut aliâ patriâ est. Ibi paucos moratus dies, Antiochiam navigavit: unde profectum jam regem Antiochum quum audisset, filium ejus solenne ludorum ad Daphnem celebrantem convenit; comiterque ab eo exceptus, nullam moram navigandi fecit, Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. Sed haud parvum momentum animo ejus ad molendum, adventus Hannibalis fecit: tantusque ex eo ardor illi accessit, ut non tam de bello, quam de præmiis victoriæ cogitaret. [ *Liv. fin. lib. 33. cum Justin. lib. 31. cap. 2. 3. & Æmil. Probo, in Hannibale.* ]

Hic, quum Phormio Peripateticus aliquot horas de Imperatoris officio & omni re militari coram Hannibale copiose disseruisset, dixisse Hannibal fertur; multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. [ *Cicer. de Oratore, lib. 2.* ]

c. T. Q. Flaminius, cum Eumene & Rhodiis, adversus Lacedæmonios & tyrannum eorum Nabisem bellum prospere gessit. [ *Liv. lib. 34.* ]

M. Porcio [ Catone ] Consule, Smyrnæi primi templum urbis Romæ statuerunt. [ *Tacit. Annal. lib. 4.* ] quorum exemplum Alabandenfes postea secuti, & templum ejus fecerunt, & ludos ei anniversarios ut Divæ instituerunt. [ *Liv. lib. 43.* ]

3810 Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum solum sed etiam poetam merito quis vocarit & philosophum & geometram, quum 82 annos vixisset, mortuus est. [ *Lucian. in Mæzopolis.* ] Cui in Bibliothecæ Alexandrinæ præfectura successit Apollonius Alexandrinus Callimachi discipulus, Argonauticorum scriptor: qui, quod Rhodi diu commoratus esset, Rhodii cognomentum est adeptus. [ *Suid. in Ἀπολλωνίου.* ]

Antiochus Judæorum erga se cognita voluntate magnis eos muneribus donat, & per epistolas crebris laudibus prosequitur. [ *Euseb. Chronic.* ] Extant hæc epistolæ apud Josephum, libro 12 Antiquit. cap. 3, in quarum una ad Ptolemæum præfectum scripta, variæ continentur donationes ac immunitates Urbi & Templo Hierosolymitano concessæ. In alia ad Zeuxidem, ex Judæis qui Babyloniam ac Mesopotamiam incolunt duo millia familiarum in Phrygiam & Lydiam traduci jubentur; ad eos qui res novas ibi moliebantur in officio continendos.

3811 Antiochus cogitans Græciam invadere, & inde bellum adversus Romanos incipere, communicavit cum Hannibale id consilium: qui negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. Ad hoc sibi centum rectas navès, 16 millia peditum, mille equites deposcebat. Ea se classe primum Africam petiturum: magnopere confidere & Carthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse; si illi cunctentur, se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis. In hanc sententiam cum adduxisset Regem; non ipse quidem Africam accessit, (quemadmodum in Vita Hannibalis retulit Æmilius Probus) sed Aristonem quendam Tyrium nactus Ephesi specie negotiationis Carthaginem misit, qui popularium animos ad bellum præpararet. Hunc Carthagine observantem inimici Hannibalis comprehenderunt. Dumque multis diebus in Senatu deliberaretur, an eum Romam ad purgandam conscientiam mitterent, ille conscensa nave ad Hannibalem profugit. Quo cognito, mitti legatos Romam, qui rem ad Consules & Senatum deferrent, placuit. [ *Liv. lib. 34. Justin. lib. 31. cap. 3. 4. Appian. Syriac. pag. 89. 90.* ]

Interim Antiochus legatos Romam misit Lysiam, Hegesianetem & Menippum, ut Senatus mentem pertentarent, quamvis aliud simulabat: ac si simpliciter ad amicitiam petendam jungendamque societatem eos misisset. Ab eis tamen significari jussit, mirari se, cur jubeatur Æolidis & Ioniz urbibus abscedere, & quibusdam tributa remittere, & non miscere se negotiis Asiæ, & omittere avitam possessionem Thraciæ: hæc enim jussa non in amicos, sed in victos competere. Legatis respondendi negotium Quintio Flamini & decem legatis, qui in Græciam missi fuerant, à Senatu delegatum est. A quibus cum urgeretur, ut aut Antiochus omni Europa abstineat, aut Romanis jus sit Asiæ civitatum amicitias & tueri quas habeant & novas complecti: à Regiis est responsum, se nec velle nec posse pacisci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur. Ita integra dilata res est. [ *Liv. ibid. Appian. pag. 89.* ]

Vixdum legati abierant, cum à Carthagine legati bellum haud dubie parare Antiochum, Hannibale ministro, attulerunt: injeceruntque curam, ne simul & Punicum bellum excitaretur. [ *Liv. ibid.* ]

3812 a. Antiochus rex hyeme Raphiæ in Phœnice (vel Palestina) Ptolemæo regi Ægypti filia in matrimonium data, Antiochiam se recepit. [ *Liv. lib. 35.* ] Certus enim jam bellum adversus Romanos gerere, propinquos reges connubiis sibi adjungendos putavit. misitque Ptolemæo in Ægyptum Cleopatram, Syram cognomine; in dotem addens Cœlesyriam, quam ei prius ipse ademerat: demulcens adolescentem, ut bello Romano quiesceret. [ *Appian. Syriac. pag. 88.* ] Hieronymus, in cap. 11. Danielis, Antiochum ait, in Ægyptum regnum suum extendere

volentem,

volentem, filiam suam Cleopatram per Eulem Rhodium septimo anno regni adolescentis despondisse Ptolemæo, & tertio decimo anno (juxta Chronicon Eusebii, quod ille sequitur; vel, juxta nostras rationes, duodecimo) tradidisse, data ei dotis nomine omni Cælesyria & Judæa; neque Ægyptum tamen obtinere potuisse; quia Ptolemæus Epiphanes & duces ejus, sentientes dolum, cautius se egerunt, & Cleopatra magis viri partes quam parentis fovit. Josephus, libro 12. Antiquit. cap. 3. Antiochum scribit, amicitia & fœdere Ptolemæo conjunctum, Cleopatram filiam in matrimonium ei dedisse, dotis nomine concessa Cælesyria, una cum Phœnicæ, Judæa & Samaria: divisisque inter utrumque regem vectigalibus, optimates suæ quemque patriæ imperatam pecuniam collegisse, & Regibus pependisse.

Antiochidem filiam aliam Ariarathi regi Cappadocum connubio jungendam misit Antiochus: & tertiam Eumeni regi Pergami. Sed hic, quia videbat eum jam bellum contra Romanos instituturum, & in hunc usum affinitatem querere, nuptias renuit. Mirantibusque fratribus Attalo & Philetæro aspernari eum affinitatem tanti regis vicini, & ultro invitantis, ostendit imminere bellum: in quo si Romani (quod omnino credebat) superiores forent, firmiter suum regnum esset obtenturus; sin Antiocho victoria contingeret, aut à præpotente vicino spoliandus regno ille esset, aut majoris regis imperio subjiciendus. [Appian. Syriac. pag. 88. 89.] qua de re videnda ipsius Eumenis oratio, apud Polybium in legat. 25. & Livium libro 37.

6. Antiochus per Ciliciam. Tauro monte superato, extremo jam hyemis Ephesum pervenit. [Liv. lib. 35.]

4522 192

Inde principio veris, Antiocho filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni (ne quid absente se à tergo moveretur:) ipse cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Selgam incolunt, oppugnandos est profectus. [Id. ibid.]

Eo tempore Eleam venerunt legati à Romanis ad Antiochum missi; qui sub specie legationis, & Regis apparatus specularentur, & Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum invisumque Regi redderent. P. Sulpitius & P. Villius hi erant; qui Lyfimacliæ ante apud Regem fuerant. [Liv. lib. 54. & 35. Justin. lib. 31. cap. 4. Jul. Frontin. Stratag. lib. 1. cap. 8. Appian. Syriac. pag. 90. 91.]

Elea legati Pergamum ascenderunt, ubi Eumenis erat regia: quem prius convenire jussi fuerant, quam Antiochum adissent. Ille, quantum autoritate aut consilio valebat, Romanos ad bellum contra Antiochum incitavit. Sulpitius æger Pergami substitit. Villius, quem Pisidiæ bello occupatum esse Antiochum audisset, Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam ut cum Hannibale, qui tum ibi fortè erat, sæpe congregaretur: ut animum ejus & tentaret, si qua posset, & metum demeret periculi ei quicquam ab Romanis esse. [Liv. lib. 35.]

Claudius Quadrigarius, secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit: eumque Ephesi collocutum cum Hannibale, & sermonem etiam unum refert, quo querenti Africano quem fuisse maximum Imperatorem crederet, respondisse, Alexandrum Macedonum regem. Querenti deinde quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse. Exequenti, quem tertium diceret; semetipsum dixisse. Tum risum obortum Scipioni, & subjecisse. Quidnam tum diceret, si me vicisses? Tum me verò, inquit, & ante Alexandrum & ante Pyrrhum, & ante omnes alios Imperatores esse. Et perplexum Punico astu responsum, & assentationis genus Scipionem movisse: quod è grege se Imperatorum velut inestimabilem secrevisset, & Alexandro præstantiorem vicisse innuisset. [Id. ibid. cum Plutarcho in T. Q. Flaminio, & Appiano in Syriac. pag. 91. 92.]

Villius ab Epheso Apameam processit. Eò & Antiochus audito Romanorum legatorum adventu occurrit. Apameæ congressis disceptatio eadem ferme fuit, quæ Romæ inter Quintium & legatos Regis fuerat. Mors nunciata Antiochi filii Regis, paulo ante in Syriam missi, diremit colloquium. Legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus observaretur, Pergamum concessit. Rex Ephesum, omisso quod inchoaverat bello, rediit. [Liv. lib. 35.]

Romani legati à Pergamo Ephesum accersiti, cum Minione quodam, amicorum Antiochi principe, colloquium habuerunt. Romanos accusabat Minio, quod prætextu liberandi Græcos, Antiocho bellum pararent: cum ipsi tam multos populos, clarasque urbes sibi subjectas haberent & vectigales, quæ olim liberæ ac sui juris erant. Respondente Sulpitio, & ad suas partes aliarum civitatum legatos (preparatos jam ante ab Eumene & instructos) advocante; è disceptatione altercatio facta est. [Id. ibid.]

Antiochus audita Rhodiorum legatione, ipsos, & Byzantinos Cyzicenosque, & quicumque alii Græci Asiam incolunt, liberos fore pollicitus est, si Romanis ipse fœdere jungeretur: Æolias autem & Ionas eodem jure esse noluit, assuetos jam dudum parere barbaris etiam Asiæ regibus. Itaque Romani legati nulla re impetrata (non enim in hoc, sed exploratum venerant) in urbem reversi sunt. [Appian. Syriac. pag. 92.]

4. Post hos Ætolorum legati venerunt ad Regem, Thoante legationis ejus principe: qui offerebant ei totius Ætoliciæ copiarum Imperium, hortabanturque ut in Græciam trajiceret tanquam ad rem paratam; nec sinebant ut expectaret exercitum descendentem à mediterraneis Asiæ regionibus. Quibus auscultans Antiochus in Græciam statim trajicere constituit. [Id. ibid. pag. 92. 93. cum Polybio, lib. 3. pag. 159. & Justin. lib. 30. cap. 4. & lib. 32. cap. 1.]

O o iij regressus,



Præquam solveret naves, Aliam à mari ascendit, ut Minervæ sacrificaret. Inde ad classem regressus proficitur 40 tectis navibus, apertis 60, Ducentæ onerariæ cum omnium generis comæatu bellicoque alio apparatu sequebantur. Copiæ universæ, 10 millia peditum fuere, & 500 equites, cum sex elephantis: vix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum bellum. *Liv. lib. 35.*

Eumenes statim fratrem Attalum Romam misit, qui nunciaret Antiochum Hellepontum cum exercitu transisse; atque Ætolos ita se parere, ut sub adventum ejus in armis essent. Et Eumeni absenti, & præsentî Attalo gratiæ actæ: atque huic ædes liberæ decreta, & munera data [*Id. ibid.*]

b. Circa hyemis ferè medium in urbe Demetriade consultatione de bello administrando ab Antiocho habita, prudentissimum Hannibalis consilium neglectum est: nisi quod ad classem copialque accendendas ex Asia Polyxenidas missus est. [*Liv. lib. 36. Justin. lib. 31. cap. 5. 6. Appian. pag. 93. 94.*]

Antiochus, amore captus virginis Chalcidensis Cleoptolemi hospitis sui filia, quinquagenario major, intermissis tanti belli curis, celebravit nuptias; Eubææ nomine illi imposito. Reliquum quoque hyemis in conviviis & voluptatibus traduxit: exercitu etiam per totum id tempus soluto in otium ac delicias. [*Polyb. lib. 20. apud Athenæum, lib. 10. cap. 12. Diod. Sicul. & Dio, in Excerptis Valesii, pag. 296. & 609. Liv. lib. 36. Appian. pag. 96. & 98.*]

M. Acilius Glabrio Consul ad quintum nonas Maias (qui eo anno, ut ex anni sequentis eclipsi colligitur, in Januarium Julianum incidit) paludatus Roma adversus Antiochum egressus est. [*Liv. lib. 36.*]

Sub idem tempus legati ab duobus regibus, Philippo Macedoniæ & Ptolemæo Ægypti rege, Romam venerunt; pollicentes ad bellum auxilia, & pecuniam & frumentum. ab Ptolemæo etiam mille pondo auri, 20 millia pondo argenti illata. Nihil est acceptum, gratiæ Regibus actæ. Et cum uterque se cum omnibus copiis in Ætoliam venturum, belloque interfuturum polliceretur: Ptolemæo id remissum; Philippi legati responsum, gratum cum Senatui populoque Romano a Curum si M. Acilio consuli non defuisset. [*Id. ibid.*]

c. Antiochus ab Acilio Consule & Catone tribuno militari ad Thermopylas superatus (quod prælium apud Livium, libro 36. Plutarchum in *Catone majore*, Appianum in *Syriacis*, & Frontinum libro 2. *Stratagem. cap. 4.* habetur descriptum) & in Asiam fugatus, cum nova nupta Ephesum fecerit. [*Liv. Justin. Appian. & Polyb. in Athenæo, lib. 10. cap. 12.*] Apud Tullium de Senectute ait Cato se ad Thermopylas Acilio Glabrione Consule, quarto à suo Consulatu anno, pugnasse. Ipsunque Catonem victoriæ nuncium Romam ab Acilio missum fuisse, & in ejus Vita Plutarchus, & in libro 36. Livius confirmat. Quæ de Buplago Syro & Publio duce Romano post hanc pugnam contigisse refert Antisthenes historicus, videnda apud Phlegontem Trallianum, in lib. de Mirabilib. cap. 3.

Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transiturus in Asiam Romanis. Quam securitatem quum Hannibal illi excussisset: Rex à mediterraneis satrapis prope copias convocavit ad mare; classem etiam apparans, cui præerat Polyxenidas exul Rhodius: moxque trajecit in Chersonesum, & rursus eam munit; misso in Sestum & Abydum præsidio, per quas in Asiam trajectus erat Romanis legionibus. [*Liv. lib. 36. Appian. pag. 99.*]

3814 a. C. Livius Salinator (à Romanis ad classem missus successor Attilio) & rex Eumenes, Asiam classe petentes, obvium circa Phocæam Polyxenidam classis Antiochi præfectum in fugam conjiciunt, decem naves ejus demergunt, 13 capiunt, ipsi unicam eamque Punicam amittunt, fugientes Ephesum usque persequuntur. Rhodiis deinde (qui pugna jam peracta cum 25 tectis navibus supervenerant) & Eumene domos dimissis, Romana classis ad Canas venit; & cum jam hyems appeteret, fossa valloque circumdatis naves subductæ sunt. [*Liv. lib. 36. Appian. pag. 99. 100.*]

Cum navalis hæc ad Coricum pugna ageretur, Magnesium quæ ad Sipylum est rex Antiochus concesserat, ad terrestres copias comparandas. Superatum vero se tum quum audivisset, classi maximè reparandæ, ne tota maris possessione pelleretur, intentus fuit. Itaque & Hannibalem in Syriam misit, ad Phœnicum accendendas naves: & Polyxenidam quassatas reficere & alias parare naves jussit. Ipse in Phrygia hybernavit: undique auxilia, etiam à Gallo-Græcia, accersens. [*Liv. lib. 36. & 37. Appian. pag. 100.*] Galatas enim muneribus & terrore apparatus in societatem belli pertraxit; ratus idoneos quos Romanis opponeret propter magnitudinem corporum. [*Appian. pag. 89.*]

Legati ab Ptolemæo & Cleopatra, gratulantes quod M. Acilius Consul Antiochum regem expulisset, Romam venerunt: ut in Asiam exercitum trajicerent adhortantes. Omnia enim percussa metu non in Asia modo, sed etiam in Syria esse dicebant; seque ad ea quæ censuisset Senatus, paratos fore. Gratiæ ob hoc regibus actæ sunt, & legati munera dari iussa, in singulos quaternum millium æris. [*Liv. lib. 37.*]

Filium Seleucum in Æolide cum exercitu reliquit Antiochus, ad maritimas continendas urbes; quas illinc à Pergamo Eumenes, hinc à Phocæa Erythrisque Romani sollicitabant. Omne vero hybendorum tempus, partim sociis ferendo opem, partim quos in societatem pellicere non poterat depopulandis, Seleucus consumpsit. [*Id. ibid.*]

b. Media ferme hyeme, Eumenes cum duobus millibus peditum & 100 equitibus Canas ve-

Anno  
Mundi.

nit, ubi Romana classis hybernabat. Ibi quum magnam ille prædam agi posse dixisset ex hostium agro qui circa Thyatira esset, hortando perpulit Livium ut quinque millia militum secum mitteret. Missi ingentem prædam intra paucos dies auerterunt. [*Id. ibid.*]

Inter hæc Phocææ seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Gravia hyberna navium erant, grave tributum (quod togæ 500 imperatæ erant cum 500 tunicis) gravis etiam inopia frumenti; propter quam naves quoque, & præsidium Romanum excessit. Tum vero liberata metu factio erat quæ plebem in concionibus ad Antiochum traheret. Senatus & Optimates in Romana societate persistendum censebant: sed defectionis auctores plus apud multitudinem valuerunt. [*Id. ibid.*]

Phocæensium igitur magistratus, suspectam multitudinis voluntatem habentes, legatione ad Seleucum Antiochi filium missa, rogabant ne urbi suæ appropinquaret: sibi enim propositum esse quiescere, atque expectare quem exitum bellum univèrsim nancisceretur. Ille verò, cognita inclinatione animorum vulgi & frumenti apud eos inopia, nullo dato responso urbem verius duxit. [*Polyb. legat. 18.*]

Romæ cum ambo Consules, Lucius Cornelius Scipio & C. Lælius Nepos, Græciam provinciam ambitent, P. Scipio Africanus dixit, si provinciam Græciam Lucio fratri decrevisset, legatum se illi in Asiam iturum. Quæ vox magno assensu audita sustulit certamen: quod Africanus nemo aptior videretur, qui Hannibali opponeretur. [*Cicero Philippic. 11. Liv. lib. 37. Valer. Maxim. lib. 5. Iustini. lib. 31. cap. 7.*]

Per eos dies quibus Lucius Consul ad bellum contra Antiochum est profectus, ludis Apollinariis, ad quintum Idus Quintiles cælo sereno interdiu obscurata lux est cum Luna sub orbem Solis subsisteret. [*Liv. lib. 37.*] Et certè horrendam Solis eclipsim Romæ non longe post Solis ortum die 14 Martii Juliani contigisse, calculus astronomicus demonstrat. Cui si quintus Iduum Quintilium tunc respondebat: ut Kalendæ Januariæ sequentis ann. in 29 diem Augusti Juliani incurrant, erit consecrarium. Tanta tum Romani Kalendarii fuit perturbatio.

c. Sub æquinoctium verum, Pausistratus cum 36 Rhodiorum navibus, Livius cum 30 Romanorum, & Eumenes rex cum 7 quadriribus suis Hellepontum petierunt. In portum, quem vocant Achæorum, classem primùm Livius advertit: inde Ilium ascendit, sacrificioque Minervæ facto, legationes finitimas ab Eleunte & Dardano & Rhæteo, tradentes in fidem civitates suas benignè audivit. Inde ad Helleponti fauces navigavit, & 10 navibus in statione contra Abydum, relictis, cætera classe in Europam ad Seston oppugnandam trajecit. Qua per dedicationem recepta, ad oppugnationem Abydi sese expedivit. [*Liv. lib. 37. Appian. pag. 101.*]

Dum hæc in Helleponto geruntur, Polyxenidas classis Regiæ præfectus, Rhodo tum exulabat, Pausistrato Rhodiorum navium Duci regis Antiochi classem, aut totam aut majorem ejus partem, traditurum se simulat. Ille proditori nimia credulitate fidem adhibens Samum petit: ubi custodias negligentiùs adhibens, vitam cum 29 navibus amisit. Nam quinque tantum Rhodiæ, cum duabus Cois, effugerunt. [*Id. ibid.*]

Sub idem tempus Seleucus proditam Phocæam, porta una per custodes aperta, recepit: & Cymæ, aliæque ejusdem oræ urbes ad eum metu defecerunt. [*Liv.*]

Dum hæc in Æolide geruntur, Abydus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset, præsidio regio tutante incenia, jam omnibus fessis, Philora quoque præfecto præsidii permittente, magistratus eorum cum Livio de conditionibus tradendæ urbis agebant. Sed cum intervenisset nuntius Rhodiæ cladis Livius, obsidione Abydi & custodia Helleponti extemplo relicta, cum omni classe Phocæam petiit. Quam cum teneri valido præsidio audisset, nec procul Seleuci castra esse; depopulatus maritimam oram, & præda maximè hominum raptum in naves imposita, tantum moratus dum Eumenes cum classe assequeretur, Samum petere intendit. Quo tempestate jactatus, tandem pervenit: classemque suam cum Rhodia navium 20, cui Eudamus præfectus fuerat, ibi conjunxit. [*Liv.*]

Classe ita aucta, profecti extemplo sunt Ephesum: & contra fauces portus instructa in frontem navium acie steterunt. Posteaquam nemo adversus ibat, classe divisa, pars in salo in hostium portus in anchoris stetit, pars in terram milites exposuit. In eos jam ingentem prædam latè depopulato agro agentes, Andronicus Macedo (Nicandrum appellat Appianus) qui in præsidio Ephesi erat, eruptionem fecit; exutosque magna parte prædæ ad mare ac naves redegit. Qui mox inde Samum reversi sunt: quo & L. Æmilius Regillus Prætor, in Romanæ classis præfectura C. Livii successor, pervenit; cui à Chio eo trajicienti duæ Rhodiæ quadrirèmes missæ obviam à Livio, & rex Eumenes cum duabus quinquereibus occurrit. [*Id. cum Appiano pag. 102.*]

Ibi concilio de bello navali habito, L. Æmilius cum tota classe, ad inferendum hostibus terrorem, portum Ephesi; Livius Pataram Lyciæ adiit. Æmilius ab Epheso tempestate repulsus irritò incepto, Samum rediit. Civitates quas Livius est prætervectus, Miletus, Myndus, Halicarnassus, Cnidus, Cous, imperata enixè fecerunt. Sed in Lycia malè à tempestate atque ab hoste acceptus, in Græciam transmisit; ut conventis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant in Italiam trajiceret. [*Liv.*]

Samum à Scipionibus ad L. Æmilius & Eumenem advenere literæ; quibus de pactis induciis cum Ætolorum gente, & profectioe terrestrium copiarum versus Hellepontum certiores fiebant. Antiocho similiter & filio ejus Seleuco eadem ab Ætolis sunt nuntiata. [*Polyb. legat. 19.*]

Legatione ab Eumene, societatis jungendæ causa, in Achaiam missa; multitudo Achæorum

in concilio congregata societatem firmavit; & juvenum manum suppetias misit. ei [ *Id. legat. 20.* ]

L. Æmilius cum tota classe Miletum & cæteram sociorum oram prætervectus, in Bargylien-  
co sinu excensionem ad Iasium fecit. Urbem Antiochi tenebat præsidium, agrum circa Roma-  
ni hostiliter depopulati sunt. Missis deinde qui per colloquia principum & magistratum tenta-  
rent animos, posteaquam nihil in potestate sua responderunt esse, Æmilius ad urbem oppu-  
gnandam duxit. Sed Iassensium exulum precibus moti Rhodii, Eumene etiam rege assumpto,  
pervicerunt, ut oppugnatione abstineretur. [ *Liv.* ]

Heraclientes Ponti, legatis ad Æmilium missis, literas ab eo humanitatis plenas acceperunt:  
quibus & amicum fore ipsis Senatam, nec ulla in re prudentiam Romanorum & curam (si quan-  
do his indigeant) eis defuturam pollicebatur. [ *Memnon Excerpt. cap. 28.* ]

Dum Eumenes procul à dotto cum Romanis & Rhodiis Lyciæ maritima oppugnabat, in fi-  
nes regni illius Seleucus transit. Ad Elæam primò infestis signis accessit: deinde omnia oppu-  
gnatione urbis, agros hostiliter depopulatus, ad caput arcemque regni Pergamum oppugnandam  
duxit. Attalus Eumenis frater stationibus extra urbem positus; primo fatigare hostem ex-  
cursionibus cœpit: deinde ut se infirmiorum vidit, mœnibus se continuit, & oblideri urbs cœpta  
est. [ *Id.* ]

Eodem ferme tempore & Antiochus ab Apamea profectus, Sardibus primùm; deinde haud  
procul Seleuci castris ad caput Caii antris stativa habuit, cum magno exercitu misto variis ex  
gentibus. Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat. Hos, pau-  
cis admittis, ad pervastandum passim Pergamenum agrum misit. [ *Id.* ]

Hæc cum Sami Eumenes didicisset, evocatus domestico bello, cum classe Elæam petiit: in-  
deque priusquam hostes sentirent Pergamum ingressus, levia per excursionem prælia ibi fecit.  
Post paucos vero dies Romana Rhodiæque classis, ut opem illi ferrent, Elæam ab Samo ve-  
nerunt. [ *Id.* ]

Cùm tot classes in unum convenisse portum Antiocho allatum esset; & sub idem tempus au-  
divisset Consulem cum exercitu in Macedonia esse, paratque quæ ad transitum Hellepontii  
opus essent: de pace cum Romanis, Eumene & Rhodiis agendum sibi statuit. Motis igitur ca-  
stris ad Elæam accessit: & tumultu quodam adversus urbem occupato, peditum omnes copias  
ibi constituit; & cum equitatu (erant autem supra sex millia equitum) in campos sub ipsa Elææ  
mœnia descendit. Missis deinde in urbem qui de pace agerent: L. Æmilius Eumene à Pergamo  
accito, Rhodiorum etiam navarchis Eudamio & Pamphiliada adhibitis, ea de re consilium ha-  
buit. Et Rhodii quidem pacem non aspernabantur: sed Eumenes neque honestum esse dicebat  
de pace agi, neque finem rei eo tempore imponi posse. Atque in eam sententiam Antiocho res-  
pondit Æmilius; ante Consulis adventum de pace agi non posse. Quo responso accepto, Elæ-  
nium agrum extemplo vastavit. Deinde Seleuco filio ad Pergami obsidionem continuandam  
relieto, cum infesto exercitu continuis itineribus pergens, in agrum illum opulentum, quem  
Thebes campum vocant, impressionem fecit; omnisque generis præda exercitum suum implevit.  
[ *Polyb. legat. 21. Liv. lib. 37.* ]

Per eodem dies Diophanes Megapolitanus cum mille peditibus & centum equitibus ab Achæis  
in Eumenis auxilium missus, Elæam advenit. [ *Liv. ibid. cum Polyb. legat. 20.* ] Veterani omnes  
& periti belli erant; & ipse dux, Philopœmenis (summi tum omnium Græcorum Imperatoris)  
discipulus. [ *Liv. ibid. Appian. pag. 102. cum Polybio legat. 20 pag. 810. & in Excerptis Va-  
lesii, pag. 110.* ]

Egressos navibus obviam missi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt. Unde factis excursio-  
nibus aliquot, non minus audacibus quam felicibus, Seleucum ex agro Pergameno castra mo-  
vere Achæi cœgerunt. [ *Liv. ibid. Appian. pag. 102-103.* ] qui nihilominus in maritima ora  
permanens, aliis terrori, aliis præsidio erat. [ *Liv.* ]

Dum Antiochus Adramytteum hostiliter itinere facto petit; eo Æmilius & Eumenes, ut urbi  
præsidio essent, navibus circumvecti venerunt. Antiochus igitur urbe abstinens, agros depopu-  
latus est. Peræam inde coloniam Mitylenæorum expugnavit; Cotton, & Corylenum, & Aphro-  
disiadem, & Crenem, primo impetu cepit: deinde per Thyatira Sardes rediit. [ *Liv.* ]

Classis Romana cum Eumene Rhodiisque, Mitylenem primo, unde profecta erat,  
Elæam rediit. Inde Phocæam petentes, ad Bacchium insulam urbi Phocensium imminentem  
appulerunt; & quibus ante abstinuerant templis signisque hostiliter direptis, ad ipsam urbem  
transmiserunt. Sed quum missum ab Antiocho præsidium trium millium armatorum urbem in-  
travisset; extemplo oppugnatione omitta, classis ad insulam se recepit; nihil aliud quam depopu-  
lato circa urbem hostium agro. Inde Eumenes Elæam, Romana & Rhodia classis Samum  
rediit. [ *Id.* ]

d. Æstate media Rhodiorum classis, quæ 32 quadrirremium & 4. ttrirremium, cum Antiochi classe  
ab Hannibale ex Syria ducta, quæ 37 majoris formæ navium erat, ad Sidam in Pamphylia pro-  
montorium pugnam iniit: in qua Hannibalem Rhodii fugarunt, sed naves ejus, ægris magna  
ex parte remigibus, insequi longius non potuerunt. Sed ut ejus ad veterem classem transitum  
impedirent, Chariclitum cum 20 navibus rostratis ad Patara & Megistum portum miserunt: quo  
etiam mox Pamphiliada cum 4. navibus tectis missus est. [ *Id.* ] Atque ita in Pamphylia clau-  
sus Hannibal est. [ *Appian. pag. 104.* ] Vid. Emil. Prob. in *Hannibale*.

Sardes veniens Antiochus, ad Prusiam Bithyniæ regem (cognomento qui Κωνσταντὸς sive

Venator

Anno  
Periodi  
Julianæ: Anno  
te tertio  
Christi.

Anno  
Mundi:

nator dictus est) legatos & litteras misit, quibus eum adineundum secum aduersus Romanos societatem hortabatur. Et jam fluctuabat animo Prusias, quum literæ à Lucio & Publico Scipionis fratribus acceptæ animo illius à metu Romanorum aliquantum liberarunt. Maxime autem est confirmatus, posteaquam Roma legatio ad eum venit, cujus princeps C. Livius, qui prætor antè classi præfuerat. Cum his enim legatis ille collocutus, spes consiliaque sua ab Antiocho penitus separavit. *Polyb. legat. 22. 811. 812. Liv. lib. 37. Appian. pag. 10. pag. 1.*

Antiochus posteaquam à spe societatis Prusiæ decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quæ per aliquot menses instructa ac parata fuerat, visendam, Quum enim nullam aliam rationem esse iudicaret impediendi ne pedestres hostium copiæ trajicerent atque omnino bellum ex Asia expellendi, quam si potentem maris se firmè stabiliret; navali prælio cum hoste dimicare proposuit. [*Polyb. & Liv. ibid.*]

Notium itaque Colophonorum oppidum Epheso vicinum oppugnare aggreditur, ut dum Romani sociam urbem obsidione liberare parant; occasio rei bene gerendæ Polyxenidæ daretur. Erant Polyxenidæ naves 89, vel 90. quibus Æmilii & Rhodii ad Myonesum occurrerunt, Æmilii cum navibus 58 & Rhodii cum 22 ut Livius, vel 25 ut Appianus refert. In pugna victus Polyxenidas, secundo vento Ephesum fuga petiit: amissis navibus 42 (non 29 tantum, ut apud Appianum legitur) ex quibus 13 una cum vectoribus in potestatem hostium venerunt. Romanorum naves duæ fractæ sunt, vulneratæ aliquot. Rhodiam unam captam Polyxenidas secum Ephesum abduxit. Mense Decembri (ut annus tunc Romæ agebatur) pugnam hanc fuisse commissam, locus ille Macrobbii indicat, in primo libro Saturnalium. XI. *Kalend. Januar. feriæ sunt Laribus dedicatæ: quibus eadem bello Antiochi L. Æmilii Regillus prætor in campo Martio curandam votis.* quod votum post annos undecim illum exsoluisse docet in libro 40 Livius: ubi & tabulæ, victoriæ hujus summam continentis supra valvas & novi sui templi & ædis Jovis Capitolini ab eo fixæ, exemplum (sed vitiosè admodum exaratum) legendum proponitur.

Hujus cladis nuntio territus Antiochus, præsidium à Lyfimachia, ne opprimeretur ibi à Romanis, deduci pravo consilio iussit. Colophonis etiam obsidione abscedens, Sardes recepit se: atque inde in Cappadociam ad generum suum Ariarathen, qui auxilia accerferent, & quocumque alio poterat ad copias contrahendas misit. [*Liv.*] Ipse vero Sardibus hærens, rei gerendæ tempora consumebat, & summa lentitudine omnia administrabat. [*Polyb. legat. 23.*]

815

Æmilii post victoriam navalem profectus Ephesum, directis ante portum navibus, quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset, Chium navigans, naves in prælio quasatas quum ibi refecisset, Phocæam trajecit, quæ dudum à Romana societate defecerat. Eam primum vi adortus, postea deditione recepit: sed quo minus diriperetur, à milite impetrate non potuit. Urbem tamen agrosque & suas leges iis restituit: & quia jam hyems appetebat, gemino eam urbem portu instructam ad hybernandum classi delegit. [*Liv.*]

Per idem ferè tempus Lyfimachia, referta omnium rerum commeatibus velut in adventum Romani exercitus præparatis, Scipiones excepit. Unde ingressi rursus iter per Cheersonesum, Hellepontum pervenerunt, ubi omnibus cura regis Eumenis ad trajiciendum præparatis, velut in pacata litotra, nullo prohibente, aliis aliò delatis navibus sine tumultu trajecere. [*Id.*]

Antiochus metu consternatus & rebus suis diffidens Heraclidem Byzantium legatum de pace ad Romanos misit: cum mandatis & publicè concilio, & privatim P. Scipioni Africano communicandis. Cum vero responsum accepisset Antiochus, impensam quæ in bellum facta esset omnem præstare cum oportere, & cis Taurum montem possessione Asiæ cedere: ille, nihil gravius sibi si bello esset victus imperatum iri ratus, cogitatione pacis abstinuit, & necessaria ad prælium omnia undique apparavit. [*Polyb. legat. 23. Diodor. Sicul. legat. 6. & 7. à Fulv. Vrsino edit. Liv. lib. 37. Justin. lib. 31. cap. 7. Appian. pag. 10.*]

Lucius Scipio Consul ex stativis ad Hellepontum movens, Dardanum primum, deinde Rheeteum, ultraque civitate obviam effusa, venit. Inde Ilium processit, castrisque in campo qui est subiectus mœnibus positus, in urbem arcemque quum ascendisset, Minervæ ut arcis præfidi sacrificavit, atque hic mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit; Iliensibus Æneam ceterosque cum eo duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus, tantaque læticia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. [*Liv. Justin. lib. 31. cap. 8.*] Demetrius Scepsius puerum se sub id tempus ait Ilium peregrè venisse; atque ita neglecta vidisse domicilia, ut ne tecta quidem imbricibus coctis integerentur. [*Strabo lib. 13. pag. 594.*]

Inde profecti sextis castris ad caput Caici annis pervenerunt. Ubi & Eumenes rex, cum auxiliis occurrit. Hic plurium dierum præparatis cibariis, consilium erat ire ad hostem priusquam hyems opprimeret: [*Id.*]

P. Scipio Africanus Elæam æger delatus est; relicto apud fratrem legato Cn. Domitio. Antiochus vero circa Thyatirenos campos contrahens copias, non longe ab hostibus, Scipioni filium quem captivum habebat sine pretio remisit. Quod non solum animo patrio gratum minus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit. [*Vid. Polyb. legat. 23. Liv. lib. 37. Justin. lib. 31. cap. 7. App. pag. 105. 106. Aurel. Vict. de vir. ill. cap. 54. & Dio. in Exc. Valesii pag. 609.*]

Senatus popululque Heraclienfium in Ponto, legatione ad Scipiones missa, ut initam prius cum Æmilio amicitiam confirmarent, impetrarunt. Ut Antiochus etiam in gratiam apud

I. Vffer. Annal. pr. p.

P p Romanos

Romanos reponeretur, orabant: & perscripto ad Regem plebiscito, ut bellum contra Romanos deponeret, adhortabantur. [*Memnon Excerpti, cap. 28.*]

Elephantis immensæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & suo ebore fulgentibus Antiochum aciem suam utrimque vallavisse, scribit Florus. [*Histor. Rom. lib. 2. cap. 8.*] Habuisse illum elephantos 120 in I. Maccab. VIII. 6. legimus. Et 102 quidem contra Ptolemaum Philopatore eum eduxisse, & 150 elephantos postea habuisse; ex Polybio jam ante audivimus. [*ad ann. Mund. 3787. & 3799.*] sed 54. tantum cum Romanis pugnanti illi adfuisse, memorat Livius. Qui etiam 70 millia peditum & plus 12 millia equitum habuisse eum refert: licet 70 tantum millia universo illius exercitui Appianus tribuat. *Trecenta millia peditum, equitum salutarumque curruum non minor numerus*: inquit Florus; nimis profecto hyperbolicè. In Romano vero exercitu 50 tantum millia fuisse, Appianus affirmat: è quibus & duo millia mistorum Macedonum Thracumque præsidio castris fuisse relictos, Livius indicat.

Circa Magnesium ad Sipylum montem positam pugna commissa est. Ab ea absuit tum Hannibal, cum Syra classe in Pamphylia clausus, tum P. Scipio Africanus, ægritudine Elææ detentus. Nebulosus is dies fuit: qui & caligine Regiis in tam lata acie conspectum cornuum suorum adimebat, & humore arcus fundasque & jaculorum amenta emollebat. Cùm in dexteriorum cornu pulsa legio Romana ad castra fugeret; M. Æmilius Lepidus tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare se milites suos & extra vallum progredi jussit, strictisque gladiis fugientibus mortem minari, nisi in prælium reverterentur. Atonita tam ambiguo periculo legio, comitantibus M. Æmilio & duobus millibus Macedonum Thracumque qui in castris relictis fuerant, in prælium reversa est; magnaque cæde edita, initium victoriæ fuit. Ex Regiis ad 50 millia peditum cæsa ea die dicuntur; equitum quatuor millia: ut apud Livium & Eutropium legitur. Captos fuisse 1400 refert Livius; undecim millia Justinus. Ex elephantis nonnulli interfecti sunt, 15 cum rectoribus capti. Romanorum aliquot vulnerati sunt: ceciderunt non plus 300 pedites, 24 equites, & de Eumenis exercitu 25.

Antiochus cum paucis fugiens, in ipso itinere pluribus congregantibus se, modica manu armatorum, media fermè nocte Sardes pervenit. inde quum audisset Seleucum filium & quosdam amicorum Celænas (juxta quas nova urbs condita, cui Apamææ nomen est inditum ab Apamea sorore Seleuci regis) fugisse; & ipse quarta vigilia cum conjugè ac filia eo concessit: Zenoni Sardium custodia tradita, & Timone Lydiæ præposito. Insequenti vero die Celænas (relictis ibi ducibus, qui regio è fuga recolligerent) in Syriam profectus est. [*Liv. lib. 37. Appian. pag. 110. & ex Dione Zonaras.*]

Polyxenidas Antiochi navarchus, audita pugna, Ephesum reliquit; & classe usque ad Patara Lyciæ pervectus, metu stationis Rhodiarum navium quæ ad Megisten erat, in terram egressus, cum paucis itinere pedestri Syriam petiit. [*Liv. ibid.*]

Legati à Thyatira primum & à Magnesia ad Sipylum, deinde à Sardibus, Tralibus, Magnesia quæ super Mæandrum est, & Epheso, ad dedendas urbes venerunt: Asiæ civitatibus in fidem Consulibus ditionemque populi Romani sese tradentibus. [*Id. ibid.*]

Sardibus receptis, Consul eo se contulit. Eo & frater ejus P. Scipio ab Elæa, cum primum pati laborem viæ potuit, venit. Sub idem ferè tempus Musæus, caduceator ab Antiocho missus, per P. Scipionem à Consule petiit impetravitque, ut legatos mittere liceret regi de summa rerum acturos. Paucis deinde post diebus, venere legati ab Antiocho, Zeuxis qui præfectus Lydiæ fuerat, & Antipater fratris Antiochi filius. Hi prius Eumene convento, quem propter vetera certamina aversum maximè à pace credebant esse, & placatiore eo & sua & regis spe invento, tum P. Scipionem, & per eum Consulem adierunt: præbitoque iis perentibus frequenti concilio, eadem conditiones pacis datæ sunt; quæ antea ad Hellepontum, priusquam prælium committeretur, fuerant oblata; P. Scipione prædicante, Neque Romanis si vincantur animos minui, neque si vincant, secundis rebus insolescere. Oportere igitur Antiochum Europa cedere, & Asia omni cis Taurum. Pro impensis in bellum factis 15 millia talentum Euboicorum dare: 500 præsentia, 2500 quum Senatus populusque Romanus pacem comprobaverint, 1000 deinde talenta per 12 annos continuos: Eumeni quoque 400 talenta reddere, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri debitum erat. Hannibalem quoque Carthaginensem, Thoantem Ætolium, & alios aliquot belli concitatores dedere. Pignoris autem loco obsides 20 dare. Quum acciperent conditiones Antipater & Zeuxis, placuit omnibus legatos Romam mitti, ad pacis probationem obtinendam: atque ita tum discessum est. [*Polyb. legat. 24. Diodor. Sic. legat. 9. Liv. lib. 37. Justin. lib. 31. cap. 8. Appian. pag. 111. 112.*]

Sequentibus diebus Consul in hyberna exercitum Magnesium ad Mæandrum & Tralles Ephesumque divisit. [*Polyb. & Liv. ibid.*]

Ephesum ad Consulem paucos post dies pars imperatæ pecuniæ advecta est, & adducti obsides; [*Id. ibid.*] inter quos fuisse juniorem regis filium Antiochum narrat Appianus [*pag. 112. 113.*] licet à Scipionis successore Cn. Manlio Vulfone hoc primum exactum fuisse, ut inter obsides Antiochus Regis filius daretur, ex Dione referat Zonaras.

M. Aurelius Cotta legatus L. Scipionis cum Antiochi legatis, & Eumenes rex, itemque Rhodiorum, Smyrnenium, & omnium ferme cis Taurum populorum ac civitatum legati Romam profecti sunt. [*Polyb. & Liv. ut sup.*]

M. Acilius Glabrio de rege Antiocho & Ætolis triumphans, Romam ingressus est. [*Liv. li. 37.*]

Anno  
Periodi  
Julianæ.  
Anno-  
te æræ  
Chrifto.

Anno  
Mendi.

Cn. Manlius Vulfo Consul in Afiam miffus est. Exercitus ei quem L. Scipio habebat est de-  
cretus & in eius supplementum quatuor millia peditum Romanorum, 200 equites, & fociorum  
ac Latini nominis octo millia peditum & 400 equites. Eodemque ferè tempore & Cn. Man-  
lius consul in Afiam, & Q. Fabius Labeo prætor ad classem venit. [ Liv. lib. 37. ] Vere autem  
primo Ephesum Consul venit; acceptisque copiis à L. Scipione, & exercitu lustrato, concionem  
apud milites habuit, qua ad novum cum Gallis suscipiendum bellum eos adhortatus est; [ Id.  
lib. 38. ] Fabius vero classe ab Epheso in Cretam profectus est, ut Romanos atque Italici ge-  
neris captivos ibi detentos servitute eximeret. A Creta Ephesum reversus; tribus inde navibus  
in Thraciæ oram missis, ab Eno & Maronia præsidia Antiochi deduci iussit, ut in libertate eæ  
civitates essent. [ Id in lib. 37. fine. ]

Appetente ætate, Eumenes rex & legati ab Asia Romam venerunt. Cotta in Senatu primum,  
deinde in concione narravit, quæ essent gesta in Asia. Eumenes deinde, postulante Senatu, sua  
merita postulataque modestè exposuit. Cui Rhodii tam pro se, quam pro libertate Græcarum  
civitatum restiterunt. Quibus auditis, à Senatu decretum est, ut cis Taurum montem quæ  
intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attribuerentur: præter Lyciam Cariamque usque  
ad Mæandrum amnem; quæ civitatis Rhodiorum essent. Cæteræ civitates Asiæ, quæ Atta-  
li stipendiariæ fuissent, eadem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuissent,  
eæ liberæ atque immunes essent. [ Polyb. legat. 25. & 36. Diodor. Sic. legat. 10. Liv. lib. 37.  
& 38. Appian. Syriac. pag. 116. ]

Antiochi regis legati Antipater & Zeuxis auditi à Senatu, ut pacis in Asia à L. Scipione da-  
tæ conditiones confirmarentur, impetrarunt. Et quum paucos post dies etiam populus eam pa-  
cem iussisset esse ratam, fœdus in Capitolio cum Antipatro, principe legationis & regis An-  
tiochi fratris filio, est idem, quo pacta illa confirmabantur. [ Polyb. legat. 25. Liv. lib. 37. ]  
Hoc fœdus in æs incisum, dedicatum est in Capitolio, ubi solent & alia dedicari fœdera  
Exemplar ejus Manlio Vulsoni, successori Scipionis, transmissum est. [ Appian. pag. 111. ]

Inter alia vero constitutum fuisse, ut tam ipse Antiochus, quam qui regnaturi essent post  
eum, tributum magnum solverent, & darent obsides & *δυναστα* sive divisi Imperii partem; in  
I. Maccab. VIII. 7. legimus. Et ex pactis quidem hæc, intra 12 annos, pensionibus æquis,  
solvere tenebatur Antiochus talenta Euboica (non Attica, ut verba Polybii non rectè vide-  
tur accepisse Livius, sed argenti Attici optimi) 12000, quorum unumquodque 80 libras Ro-  
manas ponderaret; & tritici 540 millia modium: atque obsides 20 dare, unoquoque trien-  
nio mutandos. In Imperii vero divisione reliquæ Antiocho sunt, non solum Comagena & Sy-  
ria & Judæa, ut voluit Memnon. [ in Excerpt. cap. 28. ] sed etiam regiones superiores trans  
Euphratem, Babylonia, Assyria, Susiana, &c. atque in inferioribus Cilicia; licet in fœdo  
Ciliciæ ultra Calycadnium & Sarpedonium promontorium belli causa illi navigare non fuerit  
permissum. [ Polyb. legat. 25. & 35. Liv. lib. 37 & 38. App. pag. 112. 113. ]

Smyræorum & reliquorum omnium Asiaticorum legationibus auditis, Senatus more ma-  
jorum decem legatos misit ad res Asiæ componendas, & controversias inter civitates dirimen-  
das. [ Polyb. legat. 25. Diodor. Sic. legat. 10. Liv. lib. 37. ]

Quo tempore Romæ de pace cum Antiocho agebatur, in Asia Cn. Manlius Consul sum-  
ma ope tetendit, ut eam pacem turbaret; & Antiochum, si sui potestatem fecisset, insidiis ex-  
ciperet. Verum ille cognita fraude Consulis, cum sæpe colloquiis petitis captatus esset, non  
congressum modo sed conspectum etiam ejus vitavit. Consul eum inæquè capiens, in ipsis pro-  
pe Tauri jugis ad divortia aquarum castra posuit. Cum nullam ibi causam belli inveniret, quief-  
centibus regibus, cum Gallo-græcis bellum gessit: eo prætextu, quod & auxiliis Antiochum ju-  
vissent; & adeo indomita haberent ingenia, ut nequiquam Antiochus emotus ultra juga Tau-  
ri montis esset, nisi horum opes frangerentur. Et quia Eumenes Romæ tunc aberat, accersit-  
us Pergamo frater ejus Attalus Consuli, ab Epheso ad Magnesium profecto, cum mille  
peditum & 200 equitum auxiliis occurrit. Quibus deinde ad Harpasum fluvium progressis oc-  
currit Eumenes & Attali frater Athenæus, cum Cretenfî Leuso & Corrago Macedone: qui mil-  
le pedites mixtarum gentium, & 300 equites secum adduxerunt. Liv. lib. 38.

Huc legati ab Alabandis ad Consulem venerunt: quorum rogatu castellum quod ab ipsis  
nuper desciverat, vi receptum, Alabandensibus est redditum. Ipse via nihil digressus, ad An-  
tiochiam super Mæandrum amnem posuit castra: quo Seleucus Antiochi filius, ex fœdere isto  
cum Scipione, ad frumentum exercitui dandum venit. Tabenses in finibus Pisidarum, qui in ag-  
men Romanum eruptionem temere fecerant, 25 talentis argenti & 10 millibus medimnûm tritici  
imperatis, in deditionem sunt accepti. Tertio inde die ad Chium amnem perventum: inde pro-  
fecti, Erizam urbem primo impetu, ceperunt. [ Liv. ibid. ]

Moagates tyrannus, cui Cybita, Syleum, & quæ Alymne (vel Alinda) appellatur, suberant,  
homo crudelis & callidus, ægrè adduci se passus est, ut datis Consuli 130 talentis & 10 mil-  
libus medimnûm frumenti, salutem propriam redimeret. [ Id. ibid. Polyb. legat. 30. ]

Quum Colobatuni amnem Consul trajecisset, Isindensium legati ad eum venerunt, orantes ut  
opem ipsis ferret. Termessenses namque, accitis Philomeliensibus, agrum eorum vastasse, ur-  
bem dirupisse, nunc quoque arcem urbis obsidere, quo cives universi cum conjugibus &  
liberis confugissent. Ille occasione hac libenter arrepta, Pamphyliam versus agmen duxit:  
Isindenses obsidione exemit, & Termessensibus, 50 talentis argenti acceptis, pacem dedit.



uti & Appendis, cæterisque Pamphyliæ populis, eodem modo. [Polyb. legat. 31. Liv. ut supr.]

3816

a. Ex Pamphylia ad Galaticam expeditionem reversus, Cormasa urbe capta & multa præda, castra movit. Progredienti præter paludes, legati à Lyfinois dederunt civitatem occurrerunt. Quibus susceptis, in Sagalassenum Pifidarum agrum venit: ex quo ingente præda abacta, quum legati ab urbe venissent, accepta corona 50 talentorum, cum 20 millibus medimnorum hordei, ac totidem tritici, pacem eis dedit. [Polyb. legat. 32. Liv. ut supr.]

Progressus inde ad Obruinæ fontes, ad vicum quem Aporidos *nditw* vocant castra posuit. Eo Seleucus ab Apamea postero die venit. Agros inde & inutilia impedimenta quum Apameam dimisisset, ducibus itinerum à Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum campum, postero die Diniis Phrygiæ processit. Inde Synnada venit; metu omnibus circa oppidis desertis: quorum jam prædis gravè agmen trahens, vix quinque millium die toto itinere profecto, ad Beudos quod vetus appellat, & tertio inde die ad Galatarum fines pervenit. [Liv.]

Hic plures dies stativa habens, legatos ad Epifognatum misit; qui unus ex Galatarum regibus & in Eumenis amicitia manserat, & negaverat Antiocho adversus Romanos auxilia. Ille ad Galatarum Reges profectus, ut æquis conditionibus se Romanis subjicerent, persuadere conatus est. [Id cum Polyb. legat. 33.] Trium vero populorum, Tolisto-boiorum, Tectosagum & Trocmorum Reges tunc erant, Ortiagon, Combolomarus & Gaulorus. [Liv.] è quibus Ortiagon præ cæteris liberalitate, prudentia & fortitudine insignis, consilia de Galatarum principatu in se unum transferendo agitare credebatur. [Polyb. in Excerpt. Valesii, pag. 134. & apud Suid. in Opnâpov.]

Interea Oroandensium legati ad Consulem in vico quem vocant Tyscon castra habentem venerunt, amicitiam petentes; quam, 200 talentis solutis, postea impetrarunt. [Liv.]

Ad Cuballum Gallo-græciæ castellum castra habentibus Romanis apparere cum magno tumultu hostium equites, & quosdam occiderunt. Quibus deinde fugatis, & aliquot fugentibus occisis, continentibus itineribus ad Sangarium flumen Consul processit. [Liv.]

Ponte ibi facto, quia vado nusquam transitus erat, transgressus flumen Galli Matris magna ab Attide & Battaco sacerdotibus Pefsinunte missi occurrere cum insignibus suis; vaticinantes fanatico carmine, Deam Romanis victoriam & Imperium ejus regionis offerre. Accipere se omen quum dixisset Consul; castra eo ipso loco posuit. [Liv. & Polyb. in Excerptis Valesii pag. 209.]

Postero die ad Gordium pervenit, tum desertum fuga incolarum oppidum, sed copia rerum omnium refertum. Ibi stativa illi habenti legati ab Epifognato nunciarunt, colloctum eum cum regibus Gallorum fuisse, sed ad nullam æquam conditionem reducere potuisse. Olympum eos montem cum conjugibus & liberis & reliqua substantia univerfa petere; ut inde armis locorumque situ se tueantur. [Liv. & Polyb. legat. 33.] Certiora postea Oroandensium legati attulerunt. Tolisto-boios Olympum montem cepisse; Tectosagos alium montem, qui Magana dicitur, petisse: Trocmos, conjugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armatorum agmine Tolisto-boiis statuisse auxilium ferre. [Liv.]

Galatarum castra in Olympo monte posita à Consule & Attalo sunt expugnata. Claudius Quadrigarius bis pugnatum in Olympo scribit, & ad 40 millia hominum caesa. Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia caesa refert. Numerus captivorum, haud dubie millia 40 explevit: quia omnis generis ætatisque turbam secum traxerant; demigrantium magis quam in bellum eunium modo. Consul armis hostium in una concrematis cumulo, cæteram prædam conferte omnes jussit: & aut vendidit quod ejus in publicum redigendum erat; auticum cura, ut quam æquissima esset; per milites divisit. [Liv.]

Supererat bellum integrum cum Tectosagis. Ad eos progressus Consul, tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem pervenit: unde hostes paulo plus decem passuum millia aberant. Ibi Chiomera Ortiagontis regis uxor captiva, à centurione stuprum passa, præcisum ejus caput ad maritum suum; qui ab Olympo domum refugerat, retulit. [Liv. cum Floro, lib. 2. hist. Rom. cap. 11. & Aurel. Victore de vir. illustr. cap. 55.] Plenius historiam hanc retulit Polybius: qui cum ipsa Chiomera Sardibus se colloctum & ejus prudentiam admiratum fuisse scripsit. [Plutarch. de Clar. mulierib.]

Ad Ancyra in stativa oratores Tectosagum ad Consulem venerunt; petentes, ne inde castra moveret, priusquam de pacis conditionibus cum suis regibus esset colloctus. Illi vero specie colloqui insidias Romanis struxerunt; quorum etiam plurimos, prævalente multitudine, peremerunt: magna que pars oppiessa foret, nisi pabulatorum 600 equites ad clamorem & eadem fugientium occurrissent. [Polyb. legat. 34. Liv. lib. 38.]

Romani ardentibus ira animis, postero die cum omnibus copiis ad hostem pervenerunt. Biduo in natura montis exploranda absumpto, die tertio Consul in quatuor partes divisas copias eduxit. Hostium quod roboris erat, Tectosagi & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum 50: equitatum (quæ equorum nullus inter inæquales rupes usus erat ad pedes deductum, 10 millia hominum; ab dextro locaverunt cornu. Ariarathis Cappadoces, & Morzis auxiliares, in lævo quatuor ferme millium numerum explebant. Prælio conferto Galatæ, post plurimam suorum cædem, quò quemque tulit impetus, fugerunt. Fugatis deinde sine pugna duobus Galatarum cornibus, octo millia hominum in fuga ceciderunt, reliqui flumen

Halyn

Halya trajecerunt. Postero die Consul captivos prædamque recensuit. Ubi captivi alligati catenas moribus & ore tentaverunt, atque suffocandas invicem fauces præbuerunt. Præda vero tanta fuit, quantam avidissima rapiendi gens, quum cis montem Taurum omnia armis per multos tenuisset annos, coacervare potuit. Galatæ ex dissipata passim fuga in unum locum congregati, magna pars faucibus aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad Consulem miserunt. Eos Manlius Ephesum venire iussit. Ipse (jam enim medium autumnus erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, victorem exercitum in hyberna maritimæ oræ reduxit. [*Liv. ibid. cum Appiano, in Syriac. pag. 115. & Floro, lib. 7. cap. 11.*]

Romæ, Kalendis Februariis (quæ, ut annus tum agebatur, in 27 Septembris Juliani diem inciderunt) L. Æmilius Regillus navalem de rege Antiocho triumphum egit. [*Liv. lib. 37.*]

Sub id tempus quo decem Romani legati, & alii qui ex Asia missi fuerant, profectionem ab Urbe parabant, Brundisium in Italiam Publius & Lucius Scipio appulerunt: & post aliquot dies triumphantes Romam sunt inveci. [*Polyb. legat. 25.*] Triumphavit vero ex Asia de Antiocho L. Scipio mense intercalario pridie Kalendas Martias (circa 16 Novembris Juliani diem) anno ferè posteaquam consilium abiit: & ne cognomine fratri Africano cederet, Asiaticus est appellatus. [*Liv. lib. 37.*]

C. Manlio Vulsoni, post exactum Consulatum, proconsulare in Asia imperium in annum prorogatum est. [*Id. lib. 38.*]

b. Olympiadis CXLVII. anno quarto, ad Cn. Manlium proconsulem Ephesi hybernantem, legationes undique ex omnibus civitatibus gentibusque, quæ cis Taurum montem incolebant, convenerunt: propter victoriam de Galatis partam coronas aureas illi afferentes. Quos omnes laudatos comitæque exceptos, lætiores etiam quam venerant ille dimisit. Venerunt de Galatis legati, ut scirent quibus legibus pacem à Romanis essent impetraturi. Quibus responderi, postquam venisset Eumenes, de pace cum iis se acturum. Similiter quoque ab Ariarathe Cappadocum rege missi sunt legati, ad veniam petendam, luendamque pecunia noxam, quod auxiliis Antiochum (socerum suum) javisset. Ei talenta argenti 600 (licet 200 tantum habeant Livius & Appianus) sunt imperata. Venit & missus ab Antiocho Musæus: cui venturum se ad fines Pamphylie Proconsul dixit, & talenta 2500 frumentumque, ex pacto cum L. Scipione fœdere, accepturum. [*Polyb. legat. 35. Liv. lib. 38.*]

c. Principio deinde veris iustrato exercitu, assumptoque Attalo, Proconsul profectus, die octavo Apameam venit. Ibi triduum stativis habitis, tertius rursus ab Apamea castris in Pamphyliam, ad locum constitutum legatis Antiochi, pervenit. Ibi quum triduum concessisset, frumentum à regis advectum exercitui divisit, pecuniam uni Tribunorum militum traditam Apameam deportari iussit. Inde ad Pergam duxit: quæ una iis locis regio tenebatur præsidio. Appropinquanti præfectus præsidii obvius fuit, 39 dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret. Dato tempore, ad eam diem præsidio decessum est. [*Id. ibid.*]

Sub idem tempus decem legati & rex Eumenes ineunte jam æstate Ephesum appulerunt: ubi cum è naufraga biduum se refecissent, Apameam ascenderunt. Proconsul audito eorum adventu, Lucium Manlium fratrem cum quatuor milibus militum ad Oroandenses misit; ad reliquum pecuniæ ex eo quod pepigerant exigendum. Ipse, iussis sequi Antiochi legatis, Apameam exercitum reduxit. Invenit ibi Eumene cum decem legatis, de iis quæ agenda essent consultabant. Primam igitur placuit ipsis ictum cum Antiocho fœdus pacemque confirmare: in cuius leges à Senatu scriptas (quarum apud Polybium & Livium formula extat) Manlius Proconsul legatis Antiochi iurjurandum præstitit; missis confestim in Syriam Q. Minucio Thermo tribuno & Lucio Manlio fratre (qui tum forte ab Oroandensibus pecunias asportans redierat (qui ab Rege iurjurandum exigerent, & omnes conditiones firmarent. [*Id. ibid. cum Appiano, pag. 713.*]

Q. Fabio Labeoni, qui classi præerat, Proconsul scripsit, ut Patara extemplo proficisceretur; quæque ibi naves regie essent, concederet cremaretque. [*Polyb. & Liv. ut supra.*] Profectus ab Epheso Labeo, 50 tectas naves aut concidit, aut incendit. Telmessum eadem expeditione (territis subito adventu classis oppidanis) recepit. Ex Lycia protinus, iussis ab Epheso sequi qui ibi relicti erant, per insulas in Græciam trajecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piræcum ab Epheso naves venirent, totam inde classem in Italiam reduxit. [*Liv.*]

Cn. Manlius, quum inter cætera quæ ab Antiocho accipienda erant elephantos quoque (qui in Apamea erant, ut apud Polybium legitur) accepisset, dono Eumeni omnes dedit. Deinde causas civitatum, multis inter novas res turbatis, cognovit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniæ imperatæ, Eumenis beneficio cui responderat per eos dies filiam, remissa, in amicitiam est acceptus. [*Idem.*]

Apameæ quoque decem legati & Proconsul, auditis omnibus qui eo convenerant, iis quæ de agro aut pecunia aut simili re alia inter se contendebant, tribus ex communi consensu assignarunt, in quibus suas controversias disceptarent. Colophonios in Notio habitantes, Cymæos & Mylasenses immunes in posterum ab omni pensatione tributi futuros pronuntiarunt. Clazomeniis, præter immunitatem, Drynussam etiam insulam ipsis objectam dono dederunt. Milesiis Sacrum agrum, quo propter hostes prius desererant, restituerunt. Chios, Smyrnæos &



Erythraeos pro singulari fide quam eo bello præstiterunt, & agro quem quique illorum cupiebant, donarunt; & in omni præcipuo honore habuerunt. Phœcenibus & pristinae leges restituta, & ager quem ante bellum habuerant redditus. [Polyb. legat. 36. Liv. 38.]

Ilensis Rhœtæum & Gergithum addiderunt; non tam ob recentia ulla mèrita, quam originum memoria. Eadem & Dardanum liberandi causa fuit. [Liv. ibid.]

Cumque ante sub Pergami ditione pauca quædam fuissent loca usque ad mare, juxta sinum Elaiticum & Adramyttenum, (ut docet Strabo, lib. 13. pag. 624.) regi Eumeni Lyfynachiam & Thraciam Cherfonesum in Europa dederunt: in Asia Lycaoniam omnem, Myliada, Phrygiam utramque (minorem ad Hellepontum, & majorem alteram) & Lydia Ionizque omnia; exceptis oppidis quæ libera fuerunt, quo die cum rege Antiocho pugnatum est. Nominatim vero Tralles, & Ephesum, & in Lycia Telmessum, ei donaverunt. Mysiam; quam prius ipse subegerat & Prusias rex ei ademerat, illi restituerunt. De Pamphylia, quam Eumenis citra Taurum, legati Antiochi ultra Taurum esse dicebant, integra res ad Senatam est rejecta. [Polyb. legat. 36. Liv. lib. 37. & 38.]

Rhodiorum legati Thæretus & Philophon, ut sibi Lycia & Caria juxta Senatus decretum darentur, orabant. Ilensium legati Hipparchus & Satyrus, Romanos decemviros pro mutua inter ipsos cognatione rogarunt, ut Lyciis veniam delictorum darent. Utrisque decemviri, quod in ipsis esset, conati sunt satisfacere. Nam in gratiam Ilensium nihil asperius in Lycios consuluerunt: Rhodiis vero ut gratificarentur, Lyciorum gentem eis contribuerunt; excepta Telmesso, & castris Telmessiorum, & agro qui Ptolemæi Telmessii fuerat. Caria quoque trans Mæandrum eis est; data: illis oppidis exceptis quæ in libertate fuerant, pridie quam cum Antiocho pugnatum erat. Verum Lycii quidvis se potius perpersuros dicebant, quam ut Rhodiis subjicerentur: utpote non pro munere, sed tanquam amici & socii à decem legatis concessi. [Polyb. legat. 36. & 39. & 60. Liv. lib. 37. & 38.]

Cum ab Antiocho Romani, inter ceteras condiciones pacis, deditionem Hannibalis depolcerent; admonitus à rege Hannibal, Cretam ad Gortynios profugit. [Justin. lib. 32. cap. 4. Emil. Prob. in Hannibale.] Fama tamen tenet, devicto à Romanis Antiocho, Hannibalem in Armeniam ad Artaxiam primum se contulisse, & tum alia multa utiliter suasisse, tum metropolis Armeniæ condendæ autorem illi fuisse, quæ à principis nomine Artaxata sive Artaxiata dicta fuerit. [Plutarch. in Lucullo. Strabo, lib. 11. pag. 528.] Artaxias enim & Thariades sive Zariadres duces militiæ Antiochi, permisso illius Armeniæ (prior majori, alter minori) imperaverunt. Postea vero Romanis, qui Antiochum debellaverant, sese adjungentes, Regum titulum assumpserunt [Strabo, ibid. & pag. 531. 532.] Atque eo tempore, quo cum Romanis illi societatem inierunt, Hannibalem relicta Armenia in Cretam secessisse, veri fuerit simillimum.

Antiochus, Asia provincia amissa, benigne sibi à populo Romano factum esse dicebat, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. [Cicero, pro Dejotaro. Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1.]

3817

Cn. Manlius & decem legati omnibus rebus ordinatis, aut iis saltem quæ maxime erant necessariæ, cum omni exercitu ad Hellepontum sunt profecti; in transitu quæ erant cum Galatis firmatæ. [Polyb. legat. 36. Liv. lib. 38.]

Eo evocatis Galatarum regulis leges sunt data, quibus pacem cum Eumene servarent; denunciatumque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis se continerent. [Liv. ibid.] in illis nimirum partibus Phrygiæ, Paphlagoniæ, Mysiæ ad Olympum, & Cappadociæ, quæ ab illis occupatæ nomen Galatiæ obtinuerunt. [Zonar. ex Dione.] Tributum quoque eis fuisse impositum; in I. Maccab. VIII. 2. legitur. Atque ita Romani, Galatarum castigata audacia, sibi quidem citerioris Asiæ imperium absque controversia quasi-verunt (sinem Imperii sui Taurum montem statuentes:) incolas vero illius terroribus atque injuriis, quas Barbari inferre eis erant soliti, liberarunt. [Polyb. lib. 3. pag. 159. cum Manlii orat. apud Livium, lib. 38.]

Contractis ex omni ora navibus, & Eumenis etiam classe per Athenæum fratrem regis ab Elea adducta, copias omnes Manlius in Europam trajecit. [Liv. lib. 38.]

Antiochus in loca superiora exercitum ducens, (sive, ultimas regni sui penetrans urbes, ut ad Daniel, cap. 11. loquitur Hieronymus) successorem filium Seleucum Philopatorem declaravit: ut ex II. Maccab. IX. 23. intelligitur.

Cum Antiochus gravi tributo pacis à Romanis oneraretur, seu inopia pecuniæ compulsus, seu avaritia sollicitatus, qua sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatus sacrilegia commissurum; Jovis Beli templum in Elymaide auro & argento ac pretiosissimis refertum esse donariis audiens, spoliare illud constituit. In Elymaidem igitur veniens, causatusque ab incolis bellum sibi illatum esse; adhibito exercitu, nocte templum aggressus est, grandemque pecuniam inde abstulit. Quæ re prodita, finitimi barbari absque aliorum ope eum adorti, ipsum cum omni militia interemerunt. [Diodor. Sicul. in Exceptis Valer. pag. 192. & 298. Strabo, lib. 16. pag. 744. Justin. lib. 32. cap. 2.] Adversus Elymæos pugnantem, cum omni deletum esse exercitu, Hieronymus: [in Daniel cap. 11.] à fodalibus, quos temulentus in convivio pulsaverat, occisum fuisse scribit Aurelius Victor. [de vir. illustr. cap. 54.] Ejus vero excessum, ad C. Flamini & Amilii Lepidi Consulatum recte ex Dione refert Zonaras.

Post

Anno Mundi.

Post patrem, Seleucus Philopater (Soter Josepho, lib. 12. cap. III. Demetrii cognomento, dictus) annos 12. regnavit; otiosus nec admodum potens, propter cladem quam pater acceperat. [Appian. Syriac. pag. 131. cum Porphyrio, Eusebio, & Severo Sulpitio.] Cui in ipso regni initio filius natus est Demetrius Soter; quem moriente patruo Antiocho Epiphane 23. annorum fuisse significat Polybius. [Legat. 107.] Ad hunc vero Seleucum spectat locus ille, initio capituli tertii libri II. Maccabæorum. Dum sancta civitas cum omni pace habitaretur, & leges conservarentur optime, propter pietatem Onia sacerdotis summi, & improbitatis odium; accidit ut ipsi quoque reges honorarent hunc locum, & templum missis muneribus optimis decorarent: adeo ut Seleucus ipse rex Asia suppeditaret de suis redditibus omnes sumptus ad ministeria publica sacrificiorum pertinentes.

Prætor Achæorum Philocæmene, venit Alexandria Demetrius Atheniensis, Ptolemæi legatus, ad renovandam societatem Regis nomine cum gente Achæorum. Qui fœdere libenter renovato, legatos ad Regem miserunt, Lycortam Polybii historici patrem, & Theodoridam & Rhositalem Sicyonios: ut & præstarent ipsi jusjurandum, & à Rege exigent. [Polyb. legat. 37.]

3818 Cn. Manlius Vulso, majore decem legatorum parte reclamante, de Gallis Asiaticis Romæ ad III. Nonas Martias triumphavit. [Liv. lib. 38. & 39.] De cujus in Asia rebus gestis Hannibal, hoc tempore à belli cura vacuus, commentarios Græco sermone, quem à Sosilo Lacedæmonio didicerat, ad Rhodios conscripsit. [Emil. Prob. in Hannibale.] Solum vero hunc Iliensem fuisse, & res Hannibalis libris 7 scripsisse, confirmat Diodorus Siculus. [lib. 26. eclog. 3.]

Prætor Achæorum Aristæno, redierunt qui ad Ptolemæum missi fuerant legati; quum Megalopoli Achæorum conventus celebraretur. Cui Lycortas exposuit quonam modo & præstitissent & exegissent à Rege jusjurandum: addens deinde, atulisse se donum communi Achæorum, arma aenea ad peltastas instruendos 6000. & pecuniæ signatæ æræ talenta 200. [Polyb. legat. 41.]

Ad eundem conventum Eumenes legatos misit, ut societatem quæ patri ipsius fuerat cum Achæis renovaret; 120 etiam talenta se eis daturum pollicens, ut scœnore ea summa occupata, è redditibus alerentur qui in publicis conventibus ad concilium convenissent. Quam oblatam largitionem, etsi propter vim ostensæ pecuniæ supra modum blandientem, cum clamore omnes respuerunt. [Id. ibid. Diodor. Sic. legat. 13.]

Eodem & Seleuci legati venerunt, tum renovandæ amicitie, tum ut decem naves longas Achæis pollicerentur. Quibus placuit, amicitiam quidem cum rege Seleuco renovare; sed navium quas donabat munus in præsentia non accipere. [Id. ibid.]

3819 Romam venerunt Eumenis legati, de Thraciæ urbibus Maronea atque Æno (quas ut Thraciæ Chersonesii appendices à Romanis sibi donatas ille assererat) acturi, & de Philippo Macedonum rege conquesturi, quod oppidis illis per vim occupatis præsidia imposuisset, & Thracum inde multitudinem in Macedoniam traduxisset. Ad quorum causam cognoscendam legati Q. Cæcilius Metellus, M. Bæbius & Tib. Sempronius missi, Thessalonicæ Philippum regem & adversam partem ea de re disceptantes audiverunt. [Polyb. legat. 40. & 42. Liv. lib. 39.]

3820 Illis Romam reversis, & legatis Philippi & Eumenis qui cum iis venerunt eadem iterantibus quæ Thessalonicæ prius fuerant dicta; aliam legationem novam, cujus princeps Appius Claudius fuit, Senatus decrevit: mandato dato, ut ab Æno & Maronea præsidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciæ ora à Philippo & Macedonibus liberaretur. [Polyb. legat. 42. & 44. Liv. lib. 39.]

Etiam è Sparta Areus & Alcibiades, viri apud suos existimatione summa, legati Romam missi, eodem tempore in Senatu de injuriis quos Lacedæmonii Achæi intulerant graviter sunt conquesti. Quibus auditis, placuit Patribus, ut de his quoque rebus iisdem legatis darentur mandata. [Polyb. legat. 42. Pausan. in Achaic. pag. 214.]

Lycortas Megapolitanus (Polybii pater) Achæorum prætor concilium indixit: in quo Areus & Alcibiades, qui legationem Romam adversus gentem Achæorum susceperant, capitis damnati sunt. [Liv. lib. 39. Pausan. ut supr.]

Paucos post dies Roma legati venerunt: quibus Clitore in Arcadia datum est concilium. [Liv. ibid. Polyb. legat. 43.] Sed minime fuit eorum adventus Achæis gratus: quum Areum & Alcibiadem, capitis abs se in concilio proximo damnatos, cum eis viderent. Lycortas, pro majestate magistratus, causam Achæorum summa libertate egit. Legati dicta illius non magni facientes, Areum & Alcibiadem sententia sua nihil grave in Achæos commisisse declararunt; & ut damnatio eorum nuper facta tolleretur, effecerunt. [Liv. & Pausan. ut supra.]

Cum Hannibal diu quietam vitam apud Gortynios in Creta egisset, invidiosumque se propter nimias opes videret; amphoras complures plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortunæ suæ præsidia, deposuit: atque ideo nihil de illo sollicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus tenebat, ad Prusiam (cognomento Venatorem, Bithyniæ regem) contendit, auro suo in status aeneis quas secum portabat infuso, ne conspectæ opes vitæ nocerent. [Justin. lib. 32. cap. 4. Emil. Prob. in Hannibale.]

4528 186

4529 185

4530 184

Inter

Inter Prusiam & Pergamenum regem Eumenum bellum ortum est; quod Prusias, Hannibalis fiducia rupto fœdere, prior intulit. [*Justin. ibid.*] Bellum inter eos gerebatur & mari & terra: sed utrobique Eumenes plus valebat, propter Romanorum societatem. Cumque domesticis rebus minus esset robustus Prusias; ceteros reges conciliabat illi Hannibal, adunabatque bellicosas nationes. [*Amil. Prob.*] Inter reges erat Philippus Macedo: qui Philoclem legatum cum auxiliis ad Prusiam misit. [*Polyb. legat. 46.*]

3821

Olympiade CXLIX, initio Consulatus M. Claudii Marcelli & Q. Fabii Labeonis, ab Eumene rege legatio cum fratre ejus Athenæo, coronam 15000 aureorum secum afferente, Romam venit, ad querendum de Philippo: simul quod non deducerentur ex Thraciæ urbibus præsidia; simul quod in Bithyniam Prusiæ bellum adversus Eumenum gerenti auxilia missa forent. [*Polyb. legat. 46. Liv. lib. 39.*] Inter Lacedæmoniorum quoque legatos, Areus & Alcibiades ad Senatum eodem tempore venerunt. [*Polyb. ibid.*]

Cum Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset, & prælium in mare transferens navium multitudinem superareur; dolo pugnandum esse putavit Hannibal, cum par non esset armis. Omne serpentium genus in fictiles lagenas conjici jussit, medioque prælio in naves hostium mitti: præcepto classiaris dato, omnes ut in unam Eumenis regis concurrerent naves, à cæteris tantum isto serpentium commento se defenderent. Et ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset; caduceatorem ad illum misit cum epistola, nihil continente aliud, nisi quod ad irridendum eum pertineret. Bithynis igitur universis naves Eumenis adorientibus, ille fuga salutis suæ consuluit: quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia se recepisset, quæ in proximo littore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ naves cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia conjici cæpta sunt: quæ jacta initio risum pugnantibus excitarunt; neque quare id fieret, poterat intelligi. Sed ubi serpentibus repleti naves cœpere, ancipiti periculo circumventi, hosti victoriam cesserunt, seque ad sua castra nautica retulerunt. [*Justin. in lib. 32. cap. 4. Amil. Prob. in Hannibale.*]

Ita Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque tum solum, sed sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios. [*Prob. ibid.*] ubi semel, cum illi pugnare placeret, & negaret Prusias se audere, quod exta prohiberent: *An tu, inquit, caruncula vitulina mavis, quam imperatori veteri credere?* [*Cicero de Divinat. lib. 2. Plutarch. de exilio. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 7.*]

Hæc ubi Romam nuntiata sunt, missi à Senatu legati sunt, qui utrumque regem in pacem cogerent, Hannibalemque deposcerent. [*Justin. ut sup.*] Titum Quintium Flaminium ad Prusiam & Seleucum legatum tunc fuisse missum, Philipœmone adhuc vivente & præturam Achaorum gerente, Polybius indicat. [*legat. 47.*] In legatione ad Prusiam, adjunctos ei fuisse L. Scipionem Asiaticum & P. Scipionem Nasicam, apud Livium in fine libri 39. affirmat Valerius Antias.

Agæspolis, qui in ætate puerili Rex Sparta fuerat, legatus cum aliis qui ab iis qui Lacedæmone exulabant Romam missus, in mari à piratis occisus est. [*Polyb. legat. 49.*] Hic post Cleomenis mortem puer ab ephoris Rex rite & legitime constitutus (ut in lib. 4. pag. 304. docet Polybius) ab insequentibus Lacedæmoniorum tyrannis, Lycurgo, Machanida & Nabide, regno exclusus est. Eo vero legitimo rege vita functo, Areus ille (de quo ex Polybio, Livio & Paulania, jam dictum est) acerrimus patriæ libertatis adversus Achæos vindex, imminuta jam per Romanos Achaicæ Reipublicæ potentia, Regis saltem titulum obtinuisse videtur. Ad Oniam enim III. Oniæ filium, summum Judæorum Pontificem, Areum Lacedæmoniorum regem legationem cum literis misisse, Josephus lib. 12. Antiquit. cap. 4. & Eusebius in Chronico confirmant. Habentur eæ literæ apud Josephum cap. 5. in prioris Maccabæorum libri capitulo 12 ex Hebræo (eo enim sermone librum illum primitus scriptum fuisse ostendit Hieronymus) cum brevitate & retentis Hebraïsmis expressæ. In quibus scriptura illa Spartiatarum & Judæorum cognationem commemorans, ex Græcorum Mythologiis petita fuisse videtur: cujusmodi Claudii Iolai illa est (apud Stephanum Byzantinum, in voce *Ισοστία*) à *Judæo Spartone*, Bacchi commilitone, *Judæicam* gentem nomen accepisse. Licet nomen *Spartonis* sui temporis Spartiatis ignoratum fuisse, significet Paulanias. [*in Corinthiac. pag. 58.*]

Eumenes cum Prusia Bithyniæ & Ortiogonte Galatarum rege bellum gessit. [*Prolog. Trogi lib. 32. cum Polybio, lib. 3. pag. 159.*]

3822

Ad initium Consulatus L. Æmilii Paulii & Cn. Bæbii Tamphili mortem Hannibalis referimus. Hisce enim Consulibus illum interiisse, scripserunt Polybius & Valerius Antias: non sub præcedentis anni Consulibus, ut Attico atque eum secuto Livio; neque sub anni insequentis, ut Sulpitio visum fuit. [*apud Amil. Probum, in Hannibale.*] Mortis autem modus ex Livio libro 39. Justino libro 32. capite 4. Plutarcho in T. Q. Flaminio, Dione apud Zonaram, Æmilio Probo in Hannibale, & Appiano in Syriacis pag. 92. ejusmodi fuisse memoratur.

Hannibal uno loco se tenebat, in castello quod ei à Prusia datum erat muneris: septemque ex ædificio exitus fecerat, & ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur. Cum nuntiatum igitur illi esset, milites regio in vestibulo esse; postico, quod devium maxime atque occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occursum militum obseptum sensit,

&amp;

& omnia circa clausa custodibus dispositis esse: veneno sumpto, quod multo ante præparatum ad tales habebat casus, septuagenarius vitam finit. De morte vero ejus ferunt hoc datum fuisse oraculum.

*Λίβυσα κρηνη βάλει Ἀννίβη θύας,  
Annibalis cineres terra Libyssa teget.*

quod ille de Africa acceperat: cum viculus esset ille Bithyniæ maritimus; de quo, in lib. 5. cap. 31. Plinius. *Fuit Libyssa oppidum, ubi nunc Hannibalis tantum tumulus.*

Pharnaces, rex Ponti Sinopensem urbem de improviso expugnavit: quæ ei ac ejus deinceps successoribus servivit. [*Sirabo, lib. 12. pag. 545. & 546.*]

Olympiadis CXLIX anno 2, venerunt Romam legati ab Eumene & Pharnace regibus bellum tum inter se gerentibus, atque à Rhodiis de Sinopensium clade querentibus. Indeque Marcus & alii legati à Senatu sunt missi, ad res Sinopensium vitandas & Regum controversias cognoscendas. [*Polyb. legat. 51. & 53. Liv. lib. 40.*]

Hircanus (Josephi filius, Tobia nepos) Seleuci tempore trans Jordanem fluvium tributis colligendis præpositus, castrum munitissimum è marmore candido extruxit, quod Tyrum vocavit; in finibus Arabiæ & Judææ Trans-Jordanensis, non procul regione Hellebonitide positum: præfuitque illi tractui postremo toto regni Seleuci septennio, assiduum cum Arabibus bellum gerens eorum multos interficiens, alios in captivitate abstrahens. [*Joseph lib. 12. cap. 4. 5.*]

Marcus & collegæ, à Senatu ad cognoscendum de bello inter Eumenem & Pharnacem missi, legationem suam renunciaverunt: & moderationem Eumenis in omnibus rebus, Pharnacis vero avaritiam & ingentem superbiam pluribus exposuerunt. [*Polyb. legat. 53.*] Fuit enim ille omnium ex superiori memoria Regum iniquissimus. [*Idem in Excerptis Valesii pag. 130.*]

181 Ariarathes Cappadoce cum Eumene Pergameno contra Pharnacem Ponticum bellum gerentibus; à tribus regibus Romam legati missi sunt. Quibus auditis Senatus respondit; iterum se legatos missurum, qui de eorum controversiis diligentius cognoscerent & statuerent. [*Id. ibid. cum lib. 3. pag. 159. Liv. lib. 40.*]

Pharnaces alpernatus iterum nomen Romanum, quum causæ cognitio ad Senatum fuisset delata, Leocritum per hyemis tempus cum decem militum millibus ad devastandam Galatiam misit. [*Polyb. legat. 55.*]

Ipsè, vere ineunte, copias coëgit; ceu facturus in Cappadociam impressionem. [*Idem ibidem*]

Eumenes, gravissimè indignatus quod omnes fidei leges violasset Pharnaces, simul cum fratre Attalo Romam reverso exercitum duxit in Galatiam. Et Leocritum quidem ibi non offenderunt: sed quum Carignatus (pro quo Eposognatum reponendum opinatur Fulvius Ursinus) & Gæzotorius legatos subinde mitterent, ne quid sibi noceretur poscentes, & imperata cuicumodi illa essent facturos se pollicentes; repudiata horum petitione, quia fidem prius mutassent cum omni exercitu adversus Pharnacem profecti sunt. [*Ibid.*]

Quintis castris Calpito (vel Calpia Bithyniæ urbe) ad Halym fluvium est ventum; sexto deinde die Amisum pervenerunt: ubi postquam Ariarathes Cappadocum rex cum suis se illis conjunxisset; agrum Amisenam sunt ingressi. Quum vix metati castra essent, nuntius affertur, adesse legatos populi Romani ad pacem conficiendam. Quo cognito, Eumenes Attalum misit qui illos exciperet: ipse copias duplicabat, & magno studio ornabat. [*Ibid.*]

Hortantibus legatis post suum adventum ut bellandi finem facerent, respondit Eumenes & Ariarathes, paratos se ad omnia quæ vellent suaderentque. Petentibusque illis, ut dum de pace tractaretur, exercitus ex hostico deduceretur, assensus est Eumenes; ac sequenti die motis signis in Galatiam ducere exercitum cepit. [*Ibid.*]

Romani cum Pharnace congressi, cum persuadere illi non possent ut in colloquium ipse cum Eumene veniret; ægrè tandem ab eo obtinuerunt, ut ad oram maritimam legatos mitteret cum libera potestate pacem iis legibus conficiendi, quas ipsi legati dixissent. Postquam venerunt legati, instituto colloquio, cui ipsi intererant, cum Romanis & Eumene: hic quidem studio pacis ad omnes condiciones paratus erat descendere, contra vero legati Pharnacis ita se gesserunt, ut facile intelligerent Romani, non eum fuisse Pharnacem qui consentire paci vellet. [*Ibid.*]

Itaque soluto infecta pace colloquio, quum Romani Pergamo discessissent, & Pharnacis legati essent dimissi; duravit inter reges bellum; & necessaria in eam rem apparatus instituit Eumenes; qui tamen eodem tempore obnixè rogatus à Rhodiis, celeriter ad eos se contulit, ut bellum contra Lycios administraret. [*Ibid.*]

Leocritus Pharnacis præfectus, cum Pium (vel Teium potius ad Pontum oppidum) crebris oppugnationibus urgeret, mercenarios milites, qui præsidio urbi erant, dedere eam coëgit; ea conditione, ut ipsi quoque quodcumque libitum esset tuto deducerentur. Sed quum ut universo occideret mandatum accepisset à Pharnace; quod olim ipsum offenderent; contra sceleris fidenter in eos iter agentes impressione facta cunctos sagittis confixit. [*Diodor. Sicul. in Excerpt. Valesii. pag. 302.*]

Seleucus coactis haud contemnendis copiis ad opem Pharnaci ferendam profectus, Taurum montem superare jam parabat. Sed cum apud se reputasset per leges sceleris, quod populus Romanus cum patre percusserat, id ei non licere; recessit. [*Id. ibid.*]

3824

Inter Pharnacem, Attalum & ceteros, fœdus postea ictum est. Eumenes Pergami tum commorans, è gravi morbo convaluerat. Qui post Attali fratris adventum, ubi omnia quæ gesta fuerant cognovisset approbassetque; fratres omnes suos Romam misit. Ibi privatim pro se quisque eos juvenes, quos in bellis Asiaticis notos habuerant, comites accepit: Senatus vero & hospitia & laetitia uberrima eis exhibuit. Attalus in Senatum ingressus, de Pharnacis questus est injuriis; & ut eum pro commerita noxa castigarent, Patres oravit. Cui benigne illi responderunt; missuros se legatos, qui bello huic omnino finem sint imposituri. [*Polyb. legat. 56. Diodor. Sic. legat. 14.*]

Ptolemæus Epiphanes, cupiens societatem inire cum gente Achæorum, legatos misit, decem naves pollicens 50 remorum, omnibus rebus instructas. Achæi, quod esset munus dignum cuius haberetur gratia, (utpote ad summam talentorum ferme decem accedens) promissionem ejus cupide susceperunt. Legatosque ad eum decreverunt Lycortam cum filio suo Polybio (historico) licet annis minore quam per leges liceret, unaque cum his Aratum, Arati Sicyonii filium: qui & Regi gratias agerent pro armis & pecunia, quæ prius per Lycortam miserat; simulque naves ab eo acciperent, & in Peloponnesum devehendas curarent. Verum patriæ fines legatio ista, interveniente morte Ptolemæi sub idem tempus, non excessit. [*Idem legat. 57.*]

Cum enim Ptolemæus Seleuco moliretur insidias, & adversus eum exercitum prepararet; cum unus è ducibus ab illo quæreret, tantas res moliens, ubi haberet pecuniam: respondit, sibi amicos esse divitias. Quod cum divulgatum esset in populis; timentes duces ne eorum opes ille auferret, veneno eum sustulerunt. [*Hieronym. in Daniel. cap. 11.*] Apud Priscianum Grammaticum Cato regem optimum & beneficentissimum eum vocat. Et aliquamdiu quidem præclare se gessit magnamque laudem retulit: postquam vero ab adulatoribus corruptus Aristomenem, quem instar patris observaverat, epoto cicuta poculo mori cœgisset, magis ac magis efferatus, & tyrannica sævitia non regia utens potestate, in tantum Aegyptiorum odium venit, ut parum abfuerit quin regno excideret. [*Diodor. Sicul. in Excerpt. Valesii pag. 294. 267.*]

Mortuus, duos post se reliquit filios impuberes: quorum grandior Philometor, minor Phylcon est cognominatus. [*Joseph. lib. 12. cap. 5.* Ptolemæum Philometorem (Epiphano Philopatore perperam dictum) annos 35 post patrem regnavisse, Ptolemæus in Regum Canone, Clemens Alexandrinus, Eusebius, & alii confirmant: è quibus nos, ad temporum exæquationem, menses tantum tres detrahimus.

3825

Pharnaces subita & gravi hostium impressione territus, legatos ad Eumenum & Ariarathem de pace misit: qua bellum, quod Eumenes & Ariarathes cum Pharnace & Mithradate Armenia satrapa gesserunt, hisce conditionibus finitum est. Ut Pharnaces Galatiam nullo modo ingrederetur; & quæcunque illi antea cum Gallis fuissent fœdera dirimerentur. Ut Paphlagonia pariter excederet; & quos prius inde eduxit incolas, simul cum armis, restitueret. Ut Ariarathi loca omnia ei adempta, cum obsidibus, restitueret. Ut captivos transfugasque omnes sine pretio redderet. Ut Morziæ & Ariarathæ regibus 900 talenta, ex eorum gaza ablata, restitueret: atque Eumeni, pro belli impensis, 300 talenta penderet. Et ut Armenia satrapes Mithradates 300 solveret talenta; quia bellum cum Ariarathæ gessit, contra fœdus quod cum Eumene habuit. Comprehensi sunt hoc fœdere, è dynastiis Asiae Artaxias majoris partis Armeniae, regulus, & Acusilochus, ex Europæis Gatalus Sarmata, è liberis civitatibus, Heraclæotæ, Mesembriani, Chersonesitæ, & cum his præterea Cyziceni. Ad quarum conditionum observationem cum obsides à Pharnace dati advenissent, dimissi sunt exercitus. [*Polyb. legat. 59.*]

3826

Terum ad Pontum oppidum, quod ex pacis fœdere Prusias reddiderat, Eumenes aliquanto post ab eo exoratus illi dedit; in magnam accipientis gratiam. [*Id. ibid.*]

Mortuo rege Macedonum Philippo, filius ejus Perces vel Perseus, Q. Fulvio & L. Manlio Consulibus, regnum accepit: regnavitque undecim annos. [*Liv. lib. 45.*] vel ann. 10. tantum: 8. ut à Porphyrio accuratius est expressum. [*in Græc. Euseb. Scalig. pag. 229.*]

Periodus Calippica tertia incipit. Lycii legatos Romam miserunt, de Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione attribuerant, crudelitate querentes. Servitutem, quam sub rege Antiocho erant perpessi, collatam cum præsentis statu, præclaram libertatem visam esse dicebant: nihilque inter se jam & argentorum parata mancipia interesse. Motus his Senatus, literas Lyciis ad Rhodios dedit: quibus monebantur, ita sub eorum simul imperio & tutela esse Lycios, ut in ditione Populi Romani civitates sociæ sunt. [*Liv. lib. 41.*]

3827

Prusias sororem Persei, Perseus filiam Seleuci Laodiceæ uxorem duxit; Rhodios cum tota classe sponsam ad eum deducenibus. [*Liv. lib. 42. Polyb. legat. 60. Appian. legat. 25.*]

Rhodiis Lycios bello petentibus, Xanthii è Lycia in Achaïam & Romam legationem miserunt, cujus princeps erat Nicostratus. [*Polyb. legat. 60.*]

Lyciis bello jam devictis, legati eorum Romam venerunt: quibus exeunte jam æstate, postquam Tiberius & Claudius Consules in expeditionem contra Istros & Agrios fuissent missi, ad Senatum datus est accessus. Ibi quum & Rhodiorum crudelitatem, & calamitatem suam enarrassent; eo tandem Senatum adduxerunt, ut legatos Rhodum mitterent, qui significarent,

inspectis commentariis quos decem legati in Asia fecerant repertum esse, Lycios Rhodiis à Romanis datos fuisse, non loco muneris, sed ut pro amicis & sociis eos haberent. Quod quidem multitudini (Rhodiis ob navatam Perseo in deducenda sponsa operanti infensa) minus probabatur; qui ad exhauriendos Rhodiorum apparatus & thesauros, Rhodios & Lycios inter se committi cupiebant. [*Id. ibid.*]

828 Postquam Romanorum legatio Rhodum venit; tumultus inter cives & magna perturbatio est orta: quod rebus Lyciorum jam recte ordinatis, aliud denuo molestiarum principium sibi viderent exoriri. Lycii enim, simul ac ista à Romanis sunt declarata, seditionem iterum excitarunt; seque paratos ostenderunt omnia pati, quo legibus suis & libertati redderentur. Rhodii vero Romanos à Lyciis fuisse deceptos rati, legatum statim Lycophronem ad Senatum miserunt. Cujus legatione audita, Senatus responsum dare distulit. [*Id. legat. 61. & 62.*]

Simon quidam ex tribu Benjamin, Templi præfectus patrocinio, cum Onia III. Pontifice contendens, quum vincere cum non potuisset; ad Apollonium Thrasæi filium Cælesyriæ & Phœniæ præfectum se contulit: immensam opum vim in Templi gazophylacio esse indicans, qua non uterentur Sacerdotes, quæque in Regis potestatem posset redigi. Quod cum Apollonius Seleuco regi renuntiasset; ille Heliodorum præfectum ærario Hierosolyma misit, qui eam pecuniam inde auferret. Ibi Onias Pontifex Heliodorum monuit, pecunias in Templo asservatas partim viduarum & orphanorum, partim Hyrcani Tobæ (nepotis; de quo ad annum Mundi 3812) viri eminentissimi, esse deposita; neque talentorum 400 argenti, & 200 auri, summam excedere: eamque esse & Templi & depositi religionem, ut nullo eam modo violari oporteret. Cum vero Heliodorus neque Oniæ rationibus precibusve, neque populi tumultuantis dolori acquiesceret; à Dei angelis percussus & exanimatus domum à suis exportatus est. Mox tamen Oniæ precibus sanitati restitutus, ad Seleucum rediit; Templi sanctimoniam & Dei potentiam prædicans. Habetur historia in II. Maccabæorum libri capite III. & apud Josephum in libello *ἑβραϊστὶς ἀποστολῆς ἡλιόδωρου*: qui pro Heliodoro tamen Apollonium (ut & Fastrorum Siculorum scriptor) hic substituit, & sub Seleuci exitum gesta ista fuisse indicat.

4538 176  
Quum conditionibus pacis Antiocho Magno datæ, obsides Romanorum arbitrato subinde permutandi essent; pro Antiocho Epiphane prioris Antiochi filio, qui Romæ tum obses fuit, [*I. Maccab. I. 11.*] Demetrius præsentis regis Seleuci filius obses substitutus est. [*Appian. Syriac. pag. 116.*]

Simon Benjaminita, pecuniarum & patriæ ille proditor, Oniam Pontificem de civitate & gentilibus optime meritum, calumniatus est, tamquam si ipse Heliodorum compulisset, & malorum artifex extitisset. Cumque eo usque discordia processisset; ut cædes à Simonis parte fierent; atque ad Simonis malitiam furor etiam Apollonii accederet: ad Seleucum regem Onias est profectus. [*II. Maccab. IX. 1.-6.*] Sed eum jam mortuum fuisse, antequam ab Onia conveniretur, Jasonis Cyrenæi abbreviator subindicat: licet id ab Onia effectum, ut Simon in exilium pelleretur, Eusebium Chronicon significet.

Atque ita ad Antiochi Epiphani & Maccabaicæ Historiæ initia Asiaticum & Ægyptiacum nostrum Chronicon est perductum. Cujus continuationem, ad extremum usque sub Vespasiano Reipublicæ Judaicæ excidium, (una cum Novi Testamenti Annalibus, & Ecclesiastici Chronici breviario, usque ad quarti post Christum natum sæculi exordium producendo) si divina benignitas vitam & vires dederit, deinceps adjicere nobis est propositum.

Quæ sequitur.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by the paper's texture and staining.



10031 810